

**Series II. — «АНАЛЕКСТА ОСВМ» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.**

LITTERAE EPISCOPORUM

HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

(1600-1900)

vol. I: 1600-1640

COLLEGIT, PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1972

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM DOMINI IOANNIS FEDORCZUK (CANADA)

ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI

SECTIO III

Series II. — «ANALECTA OSBM» — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Серія II.

Sectio III:

**DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE
IN TERRIS UCRAINAЕ ET BIELARUSJAE
CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA**

**EPISTOLAE METROPOLITARUM, ARCHIEPISCOPORUM
ET EPISCOPORUM**

LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINE ILLUSTRANTES
vol. I: 1600-1640

LIBERALITATE DOMINAE DOCIAE FEDORCZUK

R O M A E

**Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.**

LITTERAE EPISCOPORUM

HISTORIAM UCRAINAЕ ILLUSTRANTES

(1600-1900)

vol. I: 1600-1640

COLLEGIT, PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1972

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM DOMINI IOANNIS FEDORCZUK (CANADA)

IMPRIMI POTEST

Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S.ti Josaphat, die 8.V.1972.

P. PAULUS P. MYSKIW
Vicarius Generalis

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 19. V. 1972.

HECTOR CUNIAL
Archiep.pus Soteriopolitanus, Vicesgerens



CL. M. IOANNES (1969) et DOCIA FEDORCZUK (CANADA)

ПРИЗНАННЯ Й ПРИСВЯТА

ЦЕЙ ТОМ ТРЕТЬОЇ СЕКЦІЇ «ЗАПИСОК ЧСВВ» ЗАФУНДУВАЛА ПАНІ ДОКІЯ Ф Е Д О Р Ч У К, НАРОДЖЕНА 12-го ЛЮТОГО 1904-го РОКУ, У ВІЛЬХІВЦІ, ГОРОДЕНСЬКОГО ПОВІТУ, В УКРАЇНІ. ДО КАНАДИ, ДО СУДБУРІВ, ПРИБУЛА ВОНА 1924 РОКУ, ДЕ ТОГО Ж РОКУ ОДРУЖИЛАСЯ З ПОКІЙНИМ ІВАНОМ ФЕДОРЧУКОМ, НАРОДЖЕНИМ У ПРОБАБИНІ, НА БУКОВИНІ.

ПОКІЙНИЙ ІВАН Ф Е Д О Р Ч У К ПОМЕР ДНЯ 28-го КВІТНЯ 1969-го РОКУ, В СУДБУРАХ, ОНТЕРІО, КАНАДА, ПРОЖИВШИ 77 РОКІВ ЖИТТЯ.

ЦЕЙ ТОМ ПОЯВЛЯЄТЬСЯ В ТРЕТЬЮ РІЧНИЦЮ З ДНЯ НЕВІДЖАЛУВАНОЇ ВТРАТИ ТОВАРИША Й ДРУГА ЖИТТЯ Й ПРАЦІ, ЯК ВДЯЧНА НЕЗАБУДЬКА І ПАМ'ЯТКА НА ЙОГО МОГИЛУ.

AGNOLEDGEMENT AND DEDICATION

THE PUBLICATION OF THIS VOLUME HAS BEEN MADE POSSIBLE THROUGH THE GENEROSITY OF MRS. DOCIA F E D O R C Z U K. MRS. FEDORCZUK WAS BORN ON FEBRUARY 12, 1904 IN THE VILLAGE OF VILKHIVTSI, DISTRICT HORODENKA, IN UKRAINE. IN 1924 MRS. FEDORCZUK CAME TO CANADA AND SETTLED IN SUDBURY, ONTARIO. THE SAME YEAR SHE MARRIED THE NOW LATE JOHN FEDORCZUK, WHO CAME FROM PROBABYN, BUKOVINA, UKRAINE. JOHN FEDORCZUK DIED ON APRIL 28, 1969, AT THE AGE OF 77 IN SUDBURY, ONTARIO, CANADA.

THE PUBLICATION APPEARES TO COMMEMORATE THE THIRD ANNIVERSARY OF THE UNFORGETTABLE LOSS OF A FRIEND AND AS A MEMORIAL TO HER COMPANION IN LIFE.

PRAEFATIO

Praesenti volumine nostrae Collectionis « Documentorum Romanorum Ecclesiae Catholicae in terris Ucrainae et Bielarusjae » aliam partem « Epistolarum Metropolitarum, Archiepiscoporum et Episcoporum » nempe « Episcoporum aliorumque Praelatorum », qui de rebus « Ecclesiae Ruthe-nae seu Ucrainae » tractabant et proinde eius historiam saeculis praeteritis illustrare possunt, et de facto bene illustrant — inchoamus.

Volumen hoc primum, quod primum dimidium saeculi XVII comprehendit, simul cum aliis partibus nostrae Collectionis consultari debet, ut historiam ecclesiasticam huius periodi plenius illustrare valeat et viceversa ex hac consultatione et ipsa documenta nunc edita melius intelligi possint. Proinde praesens volumen, ut melius intelligatur postulat et « Documenta Pontificum » et « Acta, Litterae et Decreta Sacrarum Congregationum » et « Litteras Nuntiorum, Secretariatum, Officiorum » et « Documenta Bio-Hagiographica » aliaque huius generis, sive iam edita sive adhuc edenda.

Omnia haec, sive enumerata sive tantummodo et in genere commemo-rata, etsi ex ipsa natura rerum tractarum et ex chronologia unum quid con-stituunt, tamen ex necessitate collectionis et ex methodo editionis, quae etiam currente tempore fiunt, per partes tantummodo ad notitiam Lectoris per-veniunt. Huic tamen methodologicae dispersioni et divisioni aliquando pro-videbit posteritas, editione « Indicum generalium » tum chronologicarum to-tius Collectionis tum saltem partialium magnae partis voluminum editorum. Hic status rei certe maiorem exigit laborem ex parte Lectorum, sed viris doctis et rerum praeteritarum gnaris non constituit quoddam impedimen-tum vix superabile.

Aliam quoque adnotationem praesenti volumini praeficere necessum est, nempe de eius editione. Prout ex eius dedicatione patet, volumen hoc libe-ralitate Dociae Fedorczuk apparebat, quae hoc modo tertium anniversarium diem ab obitu dilecti socii vitae et laboris commemorare eiusque perennem memo-riam amicis, collaboratoribus, parentibus, conterraneis, sive in regione Ca-nadensi sive in Patria longiqua, monumento aere perenniori tradere statuit. Cui sincerae et simplici intentioni, quae ex magno amore originem ducit, nos libenter nostrum dedimus assensum et operam, animam pie functi Joannis — Deo, eius vero terrenam memoriam et operam — gratitudini nostro-

rum Lectorum commendando, qui eius posthumo merito, praesenti nempe volumine, in suis studiis et laboribus uti valent.

Nostra vero gratiarum actio et sincera agnitio generosae liberalitatis in favorem rerum ucrainicarum, tum praeteritarum tum praesentium, — pertinet Clarissimae Dominae Dociae Fedorczuk (Sudbury, Canada), cui Deus Optimus Maximus remuneret donis suis terrenis et caelestibus quamque servet incolumen in multos et felices annos!

Hisce optatis expressis, nil manet nisi exoptemus, ut praesens volumen maiori gloriae Dei et utilitati hominum cedat, in quo tota nostra stat voluntas et actio.

« ANALECTORUM OSBM » REDACTIO

Romae, die 11.V.1972
— in Ascensione Domini —

INTRODUCTIO

Volumen primum «*Litterarum Episcoporum historiam Ucrainae illustrantium*» ulteriorem partem «*Collectionis Documentorum Ecclesiae Catholicae in terris Ucrainae et Bielarusjae*» constituit et nonnisi in connexione cum tota Collectione recte intelligi et interpretari potest. Negotia Ecclesiae Unitae a Metropolitis Kioviensibus semper promovebantur et litterae Episcoporum tantummodo res secundarias pertractabant, prout etiam ex nostra Collectione patet. Exinde maior pars documentorum romanorum potius ab episcopis latinis provenit. Etsi hae litterae ab extraneis proveniunt, tamen historiam ecclesiasticam Ucrainae et Bielarusjae illustrant, et proinde in nostra Collectione locum suum habent nec silentio praeteriri poterant.

Ob diversas rationes, in praesenti volumine quaedam alia documenta, nostro programmati quasi extranea, posita sunt, ipsa methodo nostrae editionis commendata. Et quidem sequentia explanare necessum est.

Imprimis agitur de litteris Metropolitarum Kioviensium (H. Potij, J. Rutskyj, R. Korsak), quae vel iam in aliis voluminibus editae sunt, vel postea edendae erant, sed tamen in praesenti sectione positae sunt. Et quidem et imprimis agitur de litteris Hypatii Potij, quarum exiguus numerus in separato volumine collocari non potuit, sed neque hanc ob causam omitti debuit et proinde hic suam collocationem obtinuit. Ob vastitatem Archivorum romanorum neque omnes epistulae Josephi Vlamin Rutskyj suo tempore et loco (an. 1956) inveniri et edi potuerunt. Quas proinde decurrente tempore invenimus, in praesenti volumine collocare necessum erat; simile quid dici debet de documentis Raphaelis Korsak, qui proprium volumen iam anno 1956 obtinuit. Etsi forsan litterae hae in s.d. «*Supplementis*» tandem aliquando imprimenda fuissent, tamen rem utiliorem duximis easdem iam nunc Lectori proponere.

Ob easdem vel similes rationes praesenti volumini etiam quasdam litteras Nuntiorum et Secretarii S.C. de Prop. Fide, iunximus tum ob ipsam utilitatem tum ob ipsam naturam rei, tum ob rationem formalem, quia Nuntii Apostolici erant etiam et quasi semper Episcopi vel Archiepiscopi.

Formam editionis praesentis voluminis quod spectat, methodum iam nobis suetam sequuti sumus, sive transcriptionem quod spectat, sive

abbreviationes earumque lectiones, sive adnotaciones argumentaque sive demum typographicum aspectum. Quod vero spectat praesentationem singulorum documentorum seu fontes et editiones, cum temporis decursu alii quoque eadem vel similia documenta tractabant, necessum erat, ut etiam recentiores editiones commemorarentur, praesertim Universitatis Ucrainensis Catholicae sub tit. « *Monumenta Ucrainae Historica* » (vol. I et II), Romae edita cura et impensis Em.mi Card. Josephi Slipyj (an. 1964-5), quae singula perlegimus, collationavimus, et in quibusdam usi sumus maioris claritatis et utilitatis causa, etsi et haec iam nobis nota, collecta et parata erant, quod refertur praesertim ad documenta maioris molis vel momenti, prout in huiusmodi labore omnino suetum est, nec opportunum erat, ut Lectorem ad alias libros remitteremus, sed omnia textu pleno ad manus offeramus.

His dictis et aliis iam pluribus in voluminibus nostrae Collectionis repetitis, finem huic brevi introductioni imponimus, Lectoribus nostris vale dicimus quos ad solitam benevolentiam nobis exhibendam invitamus et proxima volumina ipsis, volente Deo, promittimus.

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ, OSBM

LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

Vol. I: 1600-1640

**LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAЕ ILLUSTRANTES
(1600-1640)**

1.

Varsavia, 4. III. 1600.

Nuntius Rangonus Card. Aldobrandino, de nominato Metropolita Hypatio Potij et Episcopo Cyrillo Terleckyj; de Palatino Kiovensi, S. Unionis potenti inimico; de Palatina Vilnensi mortua.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, vol. 11-A (Dispacci del Nunzio Rangoni, orig.).

...Il nominato Metropolita et il Vescovo Cirillo di Luceoria sono quâ fermissimi et constantissimi nella devotione di Nostro Signore et Santa Sede; io gl'ho accarezzati et honorati, et inanimati, et mi sono essibito per spendermi ad ogni suo cenno quanto comporterà il servizio di quella santa Unione, et così farò, et sin qui non ho mancato, come loro sanno; il suo nemico potentissimo il palatino di Chiovia¹ non è anco venuto, s'aspetta però.

Quella signora chiamata la Palatina di Vilna è stata sepolta in una chiesa di rito Rutheno scismatica, non so ma si quando intenderanno l'imperazione della conivenza penseranno di sepellirla nella chiesa cattolica...

Di Varsavia, alli 4 di Marzo 1600.

Claudio Rangone, Vescovo

2.

Varsavia, 28. III. 1600.

Nuntius Rangonus Card. Aldobrandino, de unione Ruthenorum et motionibus contrariis schismaticorum; de Episcopo Vladimiriensi nominando.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, vol. 11-A (Dispacci del Nunzio Rangoni, orig.).

...Dell'Unione Ruthena s'è trattato, et quei Scismatici favoriti dal Palatino di Chiovia, ben che absente, hanno usato ogni mezzo per gua-

¹ Constantinus Ostrožskyj (obiit an. 1608), qui anno 1595-96 Unioni Berestensi se opposuit eamque omnibus mediis iuris et facti annihilare contendebat.

dagnare qualche punto, ma Dio gratia non gl'è riuscita cosa alcuna. L'Arcivescovo di Leopoli et Monsignor di Luccoria² hanno giudicato che sia passato tutto bene, et dicono che col non perdere si guadagna assai, et sperano che il tempo possi apportare incremento buono. Per il vescovo di Vladimiria non si truova in somma persona sopra la fede di cui possa assicurare la nominatione, onde dicono questi prelati zelosi et pii, che sia buono anzi necessario ch'io supplichi Sua Santità che concedi la ritentione ad tempus al Metropolita (*in margine*: Ci contentiamo) perchè se si conferisse il vescovado ad uno incostante potria partirsi dall'Unione, et per consequenza recusare di dare la riservata pensione al Metropolita, et questo restaria in stato miserrimo, del che ne potriano nascere altre difficoltà d'importanza; il Re pur concorre in questo; ho detto che scriverò, et così faccio, aspettando la resolutione, se sarà conforme, come credo, con l'espeditione di tutto con la metropolia, acciochè si possi fare che bisogna da quel Prelato nelle cose pertinenti al governo della Unione...

Di Varsovia, li 28 di Marzo 1600.

Claudio Rangone, Vescovo.

3.

Besce, 5. I. 1601.

Nuntius Rangonus card. C. Aldobrandino, de expeditione Bullae Metropolitae Hypatio Potij.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, vol. 11-A (orig.).

...L'espedition della metropolia di Chiovia s'è saputa con gusto del Re et del provisto il qual ha cominciato a sentir quei disturbi, che s'erano previsti, per esser capitata la duchessa di Sluscha, cattolica, alle mani del figliuolo del Palatino di Vilna, heretico, poichè gl'hanno levato un'Abbadia, et la iurisdittione c'havea nella chiese di quel ducato. Per rimediare secondo che sarà possibile, io non mancherò d'affaticarmi...

Di Besce, li V di Gennaio 1601.

4.

Vilna, 9. I. 1601.

B. Woina, Ep. Vilnensis, Card. C. Aldobrandino, de sua confirmatione in Episcopum; de Collegio Rutheno Vilnae erigendo.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, 7 (orig.).

² Archiepiscopus Leopoliensis Latinorum — Demetrius Solikowski (1582-1603) et Episcopus Luceoriensis, etiam latinus — forsan adhuc Bernardus Maciejowski (1589-1600) vel iam Stanislaus Gomolinski (1600-1604).

Ill.me ac R.me D.ne et D.ne Colendissime,

Quemadmodum Ill.ma Celsitudo Vestra pro sua singulari bonitate et clementia, praeter ulla mea merita, in negotio confirmationis meae faelicius expediendo opera et autoritate sua amplissima praesto mihi fuerit, abunde intellexi ex capitulari meo, quem ad Sanctam Sedem Apostolicam pro episcopatus mei Vilnensis, in quem electus fui, suprema confirmatione miseram. Imparem me sane sentio ad reddendas Ill.mae Celsitudini Vestrae pro tanta beneficentia gratias, attamen quantas agere possum agam quoad vixero, beneficiique accepti, ut me semper gratum ac memorem intelligat omni diligentia et conatu enitar,

De Ruthenico vero Collegio, de quo me Ill.ma Celsitudo Vestra commonefacit, in eo extruendo omne studium impendam; illudque ut spe multorum celerius a me, Deo auxiliante, extractum esse brevi Celsitudo Vestra intelligat, enixius curabo. Interim autem totum me quantus sum ad obsequia Ill.mae Celsitudinis Vestrae affero. Deus Optimus Maximus Ill.mam Celsitudinem Vestram diutissime servet in columem et faelicem.

Vilnae, die 9 Ianuarii 1601.

5.

Vladimiria, 14. I. 1601.

*Hypatius Potij Provinciali Ord. Praed., de apostasia Gedeonis Balaban,
episcopi Leopoliensis.*

TURGENEV A.J., *Suppl. ad Hist. Russ. Mon.*, p. 473-475, nr. 186 (Apographum ex Archivo Dominicanorum Leopoliensium, relatum a D. Zubrycki).
MUH, vol. I, pag. 197-199, nr. 290.

Admodum reverendissime Pater Provincialis, frater in Christo charissime!

Ześ mię w. mość pisaniem swoim y pocieszył y nawiedził, za osobliwy znak miłości braterskiej to u siebie poczytując, w.m. wielce dziękuię. Wiedząc też o tym, że w.m. do Rzymu masz wolą iechać, wiernie bym sobie tego życzył, abym się *ante discessum* z tych kraiów, mógł się z waszą mością widzieć y o niektórych rzeczach pilnych namówić. Ale, iż podobno do tego przyjść nie może, posyłam w.mości list *ad illustrissimum cardinalem Baronium*, który, tak rozumiem, u niego będzie wdzięczny y w.mości nie zawadzi. — Władyki Lwowskiego apostasia nie dziw, że się przy tey jedności świętej nie ostał: bo ią był zaczał *non sincero corde*, ani dla chwały Bożey, ale więcej dla prywaty swoiej, iż nań byli ciężcy patryarchowie za bractwo Lwowskie: czego y sami braciszki Lwowscy poświądczają. Nawet i sam iegomość xiądz arcybiskup Lwowski mógł by to

powiedzieć, iż władyska Lwowski przyjezdzał do iegomości, do Dunaiowa, prosząc y z płaczem upadając do nóg, aby go z niewoli patryarchów Constantinopolskich wzywolił, obiecując bydż pod posłuszeństwem Papieża Rzymskiego. Ale, ieśli kto tak smiały, że go obmawia, niechże mu raczey poradzą, aby władyskę Luckiego pozwał o to: który nań gotow *evidentissimis testimoniiis* pokazać, że nie kto inszy, jedno on naprzód tą iedność był zaczął y patryarchów odstąpił. Teraz lepak apostasia iego dobrze mu się płaci na tym świecie: bo wszyscy niemal z metropolii i ze wszystkich władzctw, które nie są *in unione*, udali się do niego. Mogł by już woyłaki z włosów chłopskich robić, co ich tak wiele strzyże na popowstwo: ale *pereat* y z pożytkiem swoym. Temu się tylko dziwuię, iż będąc synodem wykłyty y od iego królewskiey mości uniwersałem obwołany, że już biskupem nie iest, a śmie przedsię nietylko w diecezy swoiej, ale y w cudzych sprawy duchowne odprawować y sierp swoj w cudze żniwo wpuszczając: czego mu ja już daley cierpieć nie będę, bo mam do niego dwoiakie prawo. Pierwsze, że iest sługą y namiestnikem metropolita Kijowskiego: bo nie na swey, ale na metropoliey stolicy siedzi; druga: są zapisy przodków iego w skarbie metropolitalnym, w których znają się bydż slugami y namiestnikami metropolita Kijowskiego, któremu y dań nie małą z pożytków Ruskich kraiów dawali, y ledwie to dopiero czwarty władyska Lwowski, *cum antea* nie był tam władyska nigdy, jedno metropolitowa juryzdykcja na wszystkie iego diecezye ściągała się. I pewny-m tego, iż nie długo ten niezbożny człowiek będzie na cudzym kokoszył; gdyż w Rzymie już wiadomo o tym, y była agitowana ta *causa*, y iego królewska mość iest na tym, tylkoby poprzeć tey cauzy trzeba; ponieważ przodkowie iego zdradzili pana swego metropolita y podkupili się, wyłamawszy z namiestnictwa y uprosiwszy sobie władysctwo nowe Lwowskie, które przed tym nigdy nie bywało, ale to zawzdy była, jako Halicz, tak Lwow y Kamieniec diecezya metropolitowa. To-m tego do waszmości wypisał, abyś w.m. wiedział, jakie *responza* dawać temu-tam bałwanowi y fautorom iego. I to nie mnieysza, iż wszyscy władyskowie a *metropolita Kijoviensi dependent*, y od niego Sacrą swoią przyjmować powinni: co y *summus pontifex perpetuis temporibus* stwierdził. O toż, chociażby ten Zuzanin y do śmierci został na tym, wierz że w.mość temu, że drugiego po nim Lwow nie doczeka: bo nie będzie tak głupy metropolita Kijowski, którykowiek tego doczeka, aby miał *in praejudicium jurisdictionis suaे*, władyskę tam stawić, a zwłaszcza mając takie *documenta*, że on nie mógł być *absolutus episcopus*, tylko jako sługa metropolii. To wszystko w.mość na pamięci mając, możesz y z iego mością xiądzem kardynałem Baroniuszem, jako protectorem naszych Ruskich kraiów rozmówić. Gdyż y ja byłbym trochę tych trudności swoich uprzątnął, tedy się nie zaniecham zawiązać po tey sprawie,

azaliz Pan Bóg y insze przeskody uprzatnie, które nam do dobrego rządu drogę zawaliły. Kongregacya ich, o którymi mi w.mość pisać raczysz, y mnie iest *suspecta*; wszakże ja naymniey nie dbam o to: bo by y tu nie na skąpego trafił, gdzieby którego z czym diabół przyniosł. Jednak, a co wiedzieć, azali się nie obaczą? Iakoż już by się dawno skłonili, by tylko panowie katholicy nie dopuszczali im tak bardzo wirzgać. Począł ci był niezłe pan starosta Przemyślsky z swoim, a nie wiem, przecież osłabiał; y blisko już do tego było, że się już chciał pokłonić; ale przypowieść: « popuść złodzieiowi sidła na palec, przybędzie mu ięzyka na piędrz ». Nieszczęście moie, że się w tamte Ruskie kraie do ichmości panów katholików zawinąć nie mogę: pokazał bym ja taką drogę, żeby ci daley nie brykali. A mniemam, że też to na mnie należy: ponieważ-em iest metropolitanem *totius Russiae ritus Graeci*. Przy tym proszę abyście w.mość nam pomagali *verbo et opere*, tey świętey iednosci promowować, a ludziom oczy zamydłone otwierać, aby poznali upor swoy: ponieważ, jako mam pewną wiadomość od senatora wielkiego, że y sami patryarchowie szukają tey zgody, y xiądz legat co do mnie pisał o Cyrillu, w.mości przepis tego posyłam. Ale, podobno, by y patryarchowie do iedności świętey przystąpili, tedyby podobno owieczki ich, albo koziolkowie na to nie pozwolili: bo ten syzmatycki narod ma w sobie niejakoś *innatam pertinaciam*; czego przykład mamy z Florentskiego synodu. Ale teraz azaliby im niewola dokuczała, kiedy by jedno chcieli swego Greka Besariona Dogmatikę czytać, ieśliże się nie właśnie proroctwo iego nad tym nieszczęsnym narodem wypełniło. Daley niechcę w.mości pisaniem moim zabawiąć. Proszę, abyś mię w.mość w łasce y w miłości swej braterskiej chowając, w modlitwach swoich przepominać nie raczył.

Datum Vladimiriae, die 14 Januarii, anno 1601.

Waszey mości wszego dobra życzliwy brat y sługa Hypatius Pociey,
Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopus metropolita Kijowiensis,
episcopus Władomiriensis, ręką własną.

6.

Leopoli, 24. I. 1601.

Copia litterarum Cyrilli Lucaris Alexandrini Archiepiscopo Solicovio: de Ecclesia Occidentali et Orientali.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 76, fol. 228-229, 232 (*copia*).

SUSZA J., *Meletius Smotriscius...*, Romae 1665, p. 181-186.

MUH, vol. I, pag. 186-189.

Ego Cyrillus Lucari, magnus Archimandrita Alexandrinae Ecclesiae

et Exarchus beatorum patriarcharum Mattheai Constantinopoleos et Meletii Alexandriae sedium, delegatus in regnum Poloniae Nuncius et Deputatus.

Obedientiae meae senioribus meis debitae satisfaciens, non autem ulla levitate aut curiositate incitatus, in has partes veni. Et quoniam in tempus hoc incidi cum bellicis tumultibus Moldavia, Vallachia et Transilvania ob Michaëlis multam inquietudinem, variationes et technas turbaretur, et nomine Ser.mi ac potentissimi Poloniae Regis, ab eius maiestatis ducibus et exercitu Ieremias Mohila, Palatinus Moldavus, per Michaëlem principatu suo exutus, suo loco restitueretur, Literas quas a beato patriarcha meo Meletio, tum ad Ser.mum Regem, tum ad alios Regni Poloniae et magni ducatus Lituaniae proceres habui, per me reddere non potui; et quas reddidi non pluribus, quam R.mo ac Ill.mo D.no Ioanni Demetrio Solicovio, Archiepiscopo Leopoliensi, Ill.mo D.no Ioanni Zamoschi, regni supremo Cancellario et exercituum duci, item Ill.mo D.no Palatino Chioviensi, Ostrosiae duci, praesens exhibui, et quas sacrae regiae maiestati eram coram redditurus, quum id hoc tempore praestare me non posse oportune intellexisse, mandato eius maiestatis, ad manus D.ni Palatini Chioviae suae maiestati preferendas tradidi. Fuerunt mihi et aliae literae ad plures in specie, praesertim ad senatum et ordines huius amplissimae Reipublicae. Sed cum ab eius maiestate benignissime admonitus essem, ut tempore hoc reipublicae turbato, ne quam occasionem praesentia mea novis exasperationibus inter hos homines preeberet (etsi hoc minime cogitarem, nec omnino vellem) ad meos reverterer, parendum mihi puravi. Ne tamen existimationem meam, mihi ut omnibus viris bonis est, esseque debet charissima, in medio relinqurem, hoc scriptum meum praesens in manibus Ill.mi ac R.mi Archiepiscopi Leopoliensis, cuius humanitatem erga me perspectam habebam, reliqui.

(fol. 228v) Quo in primis attestor et integra fide profiteor, me in has partes a meis beatis patriarchis non fuisse vel aliqua curiositate vel malo animo missum, sed quia certi homines et domini, qui ad hoc usque tempus more antiquo ritus graecos sequentes, Ecclesiae Orientalis directionem aspiciebant et observabant, id fieri et cupiebant et orabant; igitur mei beati patriarchae, ne officio in eos pietati suae deessent, me miserunt, ut istorum necessitates intelligerem et, si opus esset, suae regiae maiestati et regni ordinibus commendarem. Ac quoniam superiori anno dominorum Evangelicorum quidam ministri Vilna ad meum patriarcham beatum Meletium scripserant, quod olim et Virtembergenses germani ad piae memoriae Hieremiam patriarcham Constantinopolitanum fecerant, sed non obtinuerunt, ut in unitatem et communionem graecae religionis susciperentur, eis responsum ab eodem beato Meletio retuleram. Quod tamen cum intel-

lexissem minus gratum fore tum sacrae regiae maiestati, tum catholicis omnibus, neque reddidi neque publicavi. Et non solum hoc feci, sed etiam nullos cum illis publice, nisi cum uno et altero in Volhinia, idque ad aedificationem sermones habui. Ad quaedam facienda a nonnullis fui sollicitatus; sed ego minimae turbationis occasione viam paecludens, nullum consensum praebui. Scio enim probe, et sciunt mei patriarchae haereticorum sive evangelicorum dogmata et actiones semper non solum Ecclesiae catholicae Orientalis et Occidentalis perniciem et turbationes excitasse, quod et nunc in Germania, Gallia, Anglia et alibi cernere est; sed etiam morum corruptionem notabilem inter christiani nominis regna induxisse. Cumque Regnum hoc vestrum nobilissimum et potentissimum, quod Deus Optimus Maximus diutissime servet florens et incolume, eiusmodi sit, ut in eius statu (*fol. 229*) consistat salus totius christiani orbis ac populorum Iesum Christum Salvatorem mundi sequentium, hoc ut concordiam suam servet ac tueatur, non solum ego opto et Deum oro, sed etiam mei patriarchae, immo omnes Graeci et caeteri Orientalis Ecclesiae christiani desiderant. Et licet haeretici Europaei odio Romanae Ecclesiae ac Petrinae Sedis, saepius tentarint inire cum Orientalibus concordiam, tamen nunquam recepti fuerunt. Quod in generalibus tantum articulis, quae illis et nobis cum Iudeis et Mahometanis sunt communia, ut v. gr. unum Deum esse creare mundi, gubernatorem, iustum bonorum et malorum retributorem, vitae aeternae datorem, et his similia, convenient; in praecipuis autem christianaee religionis capitibus dissideant; nempe de antiquitate ordinis ecclesiastici, de apostolicis traditionibus, de authoritate SS. Patrum et Doctorum Ecclesiae utriusque, quorum aut omnes, aut plerosque eorum sectae reiiciunt, de canone sacrorum librorum, de observationibus, de iustificationibus, de liturgia sacra, sive Missae sacrificio, de Sanctorum reliquiis et veneratione, de Deipara Virgine, de Sanctissima Trinitate, etc. et novas ex suo sensu proprio Sacrae Scripturae interpretationes depromunt, quae res quanti periculi sit, experientia ipsa loquitur. Longissime igitur illi cum absint a nobis, nequam coalescere nobiscum possunt. Inter Orientalem vero et Occidentalem Ecclesiam, quae interesse ad aliquam disceptionem retinere videntur, indoctoriorum quidem illusio esse videtur; doctiores vero facile eundem aut proximum sensum in dilectione Christi eliciunt. Non detestamur S. Petri Sedem, quin eam debita veneratione et honore prosequimur, primamque ac tanquam matrem agnoscamus. Una ac eadem nobis est fides, unum baptisma, cum Deo Patre, Filio et Spiritu S. una natura, una omnipotentia, una divinitas, una spes vocationis, una charitas, communes pro omnibus christianorum statuum regibus, rectoribus, ducibus, magistratibus orationes et supplicationes, eadem Sacraenta, iidem

Ordines in Ecclesia minores et maiores sacri, eadem evangelia, eadem prophetica et apostolica scripta, eadem sanctorum Ecclesiae orthodoxorum Patrum Graecorum et Latinorum authoritas.

(fol. 229v) Quid nobis cum aliis sectis sit commune? Immo quos-cunque una, eosdem et altera Ecclesia haereticos semper censuit, habuit, excommunicavit et anathemate percussit. Concilia prima sibi communia habuit utraque, vel potius una ritus utriusque. Ita ut merito in fundamentis doctrinae christiana non controversia aut contrarietas, quam diversitas quaedam nationum graecae et latinae peculiaris observatio et usurpatio fuerit. Ut autem ad perfectionem illam exactae unionis Orientalis et Occidentalis Ecclesiae res adducantur, optandum quidem esset; verum his adhuc temporibus, cum illae partes alterius fidei sceptro ob peccata nostra subiaceant et harum reges et principes, nec moribus nec religione, eadem poena divinam concordiam christianam retineant, fere que totus mundus in maligno positus sit, non tam cito sperandum. Ut autem ad concordiam christianus orbis, summa Dei ope, aliquando inclinare, et spectare incipiat, intelligo et emendatione vitae, et summa vi precum nobis utrisque opus esse. Quod ad me attinet, ut hac tempestate obediens Suae Maiestatis admonitioni ex hoc Regno discedo, et ad meos regredior, ita plane profiteor, me nihil his in locis nec agere nec conari voluisse, quam ut inter eos qui unitatem cupiunt ac profitentur, atque illos qui in ea non sunt, et pie se facere credunt, si ad summa illa capita sua respicientes, nec inter se ipsos conveniunt, et potius haereticis erroribus consentiunt, pax aliqua et symphonia institui potuisset. Quod cum his temporibus factum non sit, meliori occasioni et tempori reservandum videtur. Ego quantum studio et opera mea fideli apud beatos patriarchas meos efficere potero, dare volo operam, ut in me ad omnia ea, quae pacis et verae charitatis sunt, et communis boni, et huius Regni nobilissimi ac piissimi et Ser.mi Regis prudentissimorumque ordinum commodum spectant, nullum boni viri studiosissimi et perobsequentis officium merito desiderari queat. Hanc significationem et declarationem animi (fol. 232) mei sibi, Ill.me ac R.me Leopoliensis Antistes, D.ne ac Patrone mi, ob singularem in me tuam benevolentiam et humanitatem, quam agnosco, relinquo. Ill.ma Dominatio Vestra pro sua prudentia utetur cum meae personae commendatione in hoc Regno ad illorum, quibus opus fuerit, aliquam utilitatem et consolationem.

Leopoli, 24 Januarii 1601.

Cyrillus, magnus Archimandrita Alexandrinus et Exarcha utriusque sedis manu pr.

Locus sigilli Cyrilliani.

Locus sigilli ipsius Archiepiscopi Leopoliensis.

Cum originali concordare testor.

Ioannes Demetrius Solichovschi, Archiepiscopus Leopoliensis m. pr.
(fol. 231v) Die 13 Februarii 1634. Congr. 189. Num. 5.

Al Nuntio dell'effetto che potrebbe far presso Rutheni. Et ad S. Officium.

(fol. 230) Havendo Mons. Vescovo di Pinsco portata una lettera del patriarca Cyrillo da lui scritta del 1601 mentre era grand'Archimandrita Alessandrino...

7.

Varsavia, 11. III. 1601.

Nuntius Rangone Card. C. Aldobrandino, de causa Unionis contra schismaticos in comitiis agenda.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, 11-A, (orig.).

...Gli Heretici con li Scismatici uniti fanno così gran sforzo, che mai più tutti affermano sia stato da loro fatto così, et sfaciatamente dicono, che si vogliono servir della necessità in che si trova il regno, et che se non ottengono hora, disperano d'ottener mai più, per che il l'Arcivescovo di Gnesna³ andò hieri in Senato et disse contro di loro tanto, ch'ogn'uno stupì, et l'istesso Re me l'ha confirmato, et tutti confessano ch'egli mai più dopo che è stato in Comitii habbia fatto tanto, et concludono, che Dio habbia parlato per bocca di lui, essagerando contro li Ruteni come apostati, et gl'altri heretici et Ariani, et dicendole che non era tempo di trattar di simil cose, ma di montar a cavallo et andar contro il nemico ch'era a danni della patria, et ch'egli piutosto voleva che le fosse tagliato il collo ch'accconsentire a cosa alcuna contro la religion cattolica et veramente questo Signore si mostra così zeloso et costante nelle cose della religione cattolica, ch'io per consienza debbo lodarlo molto, et dir che merita, se alcun può meritare la gratia di Nostro Signore, oltre il buon proceder, ch'egli usa ordinariamente meco, come ministro di Sua Santità, in tutte l'occasioni.

Due giorni restano per la Dieta, et sono così pericolosi per l'ostinatione di costoro, che niente più, ne sin qui basta per acquetar il dire, che in altri Comitii si parlerà delle loro proposte. Io non manco far quanto debbo per muover et riscaldar tutti. Dio sia quello che gl'humili...

Di Varsovia, li XI di Marzo 1601.

³ Archiepiscopus Gnesnensis — Stanislaus Karnkowski (1582-1603).

8.

Varsavia, 19. III. 1601.

Nuntius Rangonus Card. C. Aldobrandino, de conspiratione Haereticorum et Schismaticorum contra Unitos; de Rege Poloniae strenuo propugnatore causae Unionis in Comitiis; de Palatino Volinia, filio ducis Ostrogiae, inimico S. Unionis; de expeditione pallii Metropolitae Hypatio Potij.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, 11-A (orig.).

Gl'heretici et scismatici, come per altre mie scrissi, haveano fatta conspiratione aperta si per pruomuover la confederatione, come per disfare l'Unione et pregiudicare alli ecclesiastici nelle decime, et tirarli al loro foro quanto alli patrimoniali, altrimenti protestavano di mandar in fumo ogni cosa, et si dubitava tanto di loro, che s'era condesceso a prometterli di parlarne nell'altra Dieta senza porlo in scritto, et parea alli cattolici d'haver truovato buon temperamento in tanta necessità, ma quei mai volsero acquetarsi, per il che s'è stato in continuo pericolo sin all'ultimo, che la Divina Maestà ha stesa la sua mano, et ha confuso li nemici suoi così, che non solo non hanno conseguito quello voleano, ma ne anco saputo ritener la promessa sudetta, quale se ben non era di sicuro guadagno, poteva però arrecare non poca sodisfattione ad essi, et alli cattolici molto disturbo. Il Re s'è portato così bene in conservar la sua autorità in quello che gl'è la voleano minuire, che mai più ha fatto tanto, per detto di tutti. Ma quello che importa più, s'è mostrato così zeloso et risoluto difensore della religione cattolica et dell'Unione SS.ma, che publicamente (*fol. Iv*) ad alta voce, senz' aspettare che il Cancelliere o Vicecancelliere secondo il consueto per lui dasse le risposte, ha detto più d'una volta, che non si potea far quanto voleano et replicando essi et volendo protestare, replicava anch'egli di voler star constante, andasse che se ne volesse, dal chè n'ha acquitata laude singolare et reputazione, oltre il merito che n'haverà col Signore Iddio, il quale veramente ha tanto favorito questi Comitii, che mentre da un heretico fu cominciato far protesta per guastarli, ha permesso che un altro heretico, marescialco grande di Lituania, col tardar ad arte di legere certa scrittura, habbia dato tempo a Sua Maestà et a' cattolici di trattare, et con un strepito di tutti notabile d'acquetarlo, talchè ne seguì la felice conclusione.

Il Metropolita di Chiovia, ch'era presente, et ha visto et sentito tutto, ha repigliato tanto core, et è partito così allegro, che non le pare dover temere più male, ma sperar ogni bene. Il Palatino di Volinia,⁴ figliuolo

⁴ Alexander Ostrožskyj — Palatinus Volhiniæ (1593-1603).

del Palatino di Chiovia scimatico,⁵ c'ha fatta tutta la guerra, non gl'es-
sendo riusciti i suoi pessimi disegni, è rimasto così stordito et disgustato,
che ne anco ha voluto nel partir suo baciar la mano di Sua Maestà, com'era
solito et debito suo. L'Arcivescovo di Gnesna sin all'ultimo è stato vigi-
lante, et s'è portato valorosamente. Il Signore Cancelliere, anco ricercato
da me in tanto bisogno, s'è mostrato pronto di far la parte sua, et la mat-
tina della giornata che si finì la Dieta, mandò a farmi saper che io stasse
quieto, che le cose passariano bene... (fol. 4v). Il Metropolita di Chiovia,
come non pratico di quello si debba fare in materia del pallio, m'ha pre-
gato ch'io supplichi V.S. Ill.ma et R.ma ad aiutarlo, et impetrarle gratia
da Nostro Signore tale c'habbia quanto le bisogna, senza ch'egli debba
mandar costì, non havendo ne modo, ne persone per farlo, et tuttavia
aspetta nuova da suo figliuolo dell'espeditione della metropolia per andar-
sene a Vilna, et operar a beneficio della SS.ma Unione...

Di Varsovia, li 19 di Marzo 1601.

9.

Cracovia, 28. IV. 1601.

*B. Maciejowski, Ep. Cracoviensis, Card. Aldobrandino, de Barth. Powsinski,
qui obtenta Abbatia Andreoviensi canonicatum Cracoviensem resignare
debeat; iste canonicatus conferendus Lucae Doctorio, qui pro Unione Ruthenorum
bene meritus est.*

ASV, Fondo Borghese, ser. III, vol. 65DE, fol. 54rv. (orig.).

Ill.me et Rev.me D.ne, D.ne Colendissime.

Humanitas Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae singularis, gra-
tiaque in me, immeritum licet, facit, ut tam crebro et fidenter, quam facio,
ad favorem eius in meis ac meorum negociis recurrere audeam. Obtenta
hic nuper in partibus Abbatia Andreoviensi, Admodum R.dus D.nus
Bartolomeus Powsinsky, camerarius olim SS.mi D.ni Nostri, obtinuit
praeterea et reservationem canonicatus Cracoviensis, quem habebat,
ad decursum unius anni post adeptam dictae Abbatiae possessionem.
Qui quia res suas in tuto iam esse collocatas videt, tenereque se utrumque
nec sine nova posse apud nostrates invidia, nec cum adeo magno fructu,
siquidem monasterio attendens, residere apud cathedralem et distribu-
tionibus gaudere non potest; ac praesertim quia necessitatem ecclesiae

⁵ Constantinus Ostrožskyj — Palatinus Kioviensis (1558-1608), acerrimus ini-
micus Unionis Ecclesiae.

huius, meamque, his maxime episcopatus initiiis, quibus quam plurimis adiutoribus idoneis egeo, perpendit, vellet dictum canonicatum resignare in manibus meis, etiam non completo hoc anno, quo citius a me conferatur Rev.do Lucae Doctorio, decano Luceoriensi, familiari meo, viro non solum insigniter erudito, atque inter caetera ad gradum doctoratus sacrae theologiae, qualem hic canonicatus, qui theologalis est, requirit, post peractum in Urbe quinquennale studium, magna cum laude promoto, sed et de Apostolica Sede ob deductos hinc ad Urbem causa unionis Episcopos Ruthenos utcumque merito, mihiq; imprimis ob intimam atque diuturnam familiaritatem charissimo.

Rogo itaque Ill.mam et Rev.mam Dominationem Vestram, efficiat gratia et auctoritate sua apud Sanctissimum, ut et memorato D.no Abbatii resignare praedictum canonicatum in manibus meis, et mihi conferre eundem dicto Lucae Doctorio per apostolicas litteras speciales licet, non obstantibus reservationibus et afflictionibus quibuscunque, si quae forse pro hac vice, ratione familiaritatis Sanctissimi, vel alio quovis ex capite disponi de illo extra curiam impedian. Evidem hoc gratius praestare nunc nihil mihi potest Ill.ma et Rev.ma Dominatio Vestra, tum utilitatis Ecclesiae atque dioecesis meae, quae hinc magna orietur, tum personae dicti Lucae causa, cui tam bene cupio, ut melius ulli ex meis non possim. Quod reliquum (*fol. 54v*) est, promptissima obsequia mea Ill.mae et Rev.mae Dominationi Vestrae etiam atque etiam commendo, faustaque illi ac optata omnia cum vita diutissime incolumi a Domino precor.

Datum Cracoviae, die 28 Aprilis 1601.

Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae deditissimus servus,

Bernardus Maciejowski, Episcopus Cracoviensis.

(*fol. 59v*) Ill.mo et Rev.mo D.no D.no meo Colendissimo, D.no Cardinali Aldobrandino.

10.

Vilna, 8. VIII. 1601.

Petrus Potij, filius Hypatii, Card C. Aldobrandini gratias agit pro favoribus sibi concessis, dum Romae commorabatur.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, 7 (orig.).

Ill.mo er Rev.mo Signor et Padron mio Colendissimo.⁶

⁶ Ut videtur, litterae gratiarum actionis et valedictionis Secretario Status Clementis Papae VIII datae, expletis 6 annis studiorum Romae, sumptibus Sedis Apostolicae (ab anno 1595).

È tanto l'obligo della gentileza, cortesia et liberalità di Vostra Signoria Ill.ma usata verso di me, minimo suo servitore, che oltre che ne tengo et ne terrò eterna memoria di tanti benefitii rezzevuti, li quali non cesso predicare agli altri, mi pare anco esser necessario, per debito di gratitudine, brevemente per via di lettera, ramentarli e render infinite gratiae a Vostra Signoria Ill.ma, come fò al presente con ogni gran reverenza di animo. Et perchè Vostra Signoria Ill.ma, tra li altri benefitii usatimi, mi impose anco a doverle scrivere, doppo che sarei arrivato (favore certo segnalatissimo, che un tanto principe si degni sapere il stato di una infima persona), per tanto li venga a dire per gratia di Signor esser arrivato sano et salvo, doppo tanto lungo viagio, et molto grato al Rev.mo mio Padre, suo devotissimo servitore, quale parimente havendo rezzevuto tanti segnalati favori dalla liberalissima mano di Vostra Signoria Ill.ma, le ne resta obligatissimo. Ma perchè Vostra Signoria Ill.ma accomolata li soi favori a tutta casa nostra, il Segnor Palatino anchora non è per scordarsene mai, cusì della grandezza d'animo di Vostra Signoria Ill.ma, et extraordinarie gracie che lei degnò farli, come dal infinito oblico suo. Ne mancharano l'uno et altro cui Monsignor mio padre, come il Segnor Pallatino, con lettere proprie certificar la loro gratitudine. In tanto io prego Dio nostro Segnore che feliciti lungamente Vostra Signoria Ill.ma, et adempi li soi magnanimi et sancti pensieri.

Datae Vilnae, die 8 Augusti, anno Domini 1601.

Di Vostra Signoria Ill.ma et Rev.ma suo humilimo servitore et alumno.

Pietro Pociey.

All'Ill.mo et Rev.mo Segnor Cardinal San Georgii. Roma. (L.S.)

11.

Vilna, 28. IX. 1601.

Nuntius Rangone Card. C. Aldobrandino, de Collegio Rutheno Vilnae erigendo et subsidio eique ab episcopo Vilnensi promisso,

ARCH. DORIA PAMPHILJ, Fondo Aldobrandini, 11-A (orig.).

... IL Vescovo (*di Vilna*) promise già com'io scrissi, di spender cinque mila per fondare un Collegio di Rutheni, credo lo farà (*in margine*: sollecitelo); nientedimeno per le spese della guerra et carestia non saria gran cosa tardasse più di quello che forse ricercheria il bisogno dell'opera et se bene non mancherò io raccordarglele, stimerei molto giovevole che Vostra Signoria Ill.ma et Rev.ma scrivesse a lui o a me, che gli ne parlasse, et che l'Ill.mo Signor Cardinale Bellarmino l'essortasse et gli facesse animo

(*in margine*: farlo, et se bisogna scrivise lui un Breve), poichè la commodità de' danari si crede da lui truovati nell'ingresso suo nel Vescovado preponderà all'incommodità de' tempi et a me piaceria per più sodo fondamento del Collegio, s'impiegasse la somma di danari promessa, in cambio della casa in tanti stabili (*in margine*: è meglio) potendosi per qualche tempo servire della casa del Metropolita, overo pigliarne una ad affitto con pochissima cosa...

Di Vilna, li 28 di Settembre 1601.

12.

Vilna, 12. III. 1602.

Praelati et Canonici Capituli Vilnensis Clementi VIII, P.M., Nicolaum Pac, electum suffraganeum Vilnensem commendant.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, 83 (orig.).

Sanctissime ac Beatissime Pater. Post oscula beatorum pedum.

R.mus Antistes noster Vilnensis, D.nus Benedictus Voina, paucos ante dies, e Collegio nostro, iuxta antiqua privilegia a Serenissimis Regibus Poloniae iisdemque magnis Lithuaniae ducibus Episcopus Vilnensis datus, elegit et nominavit in Suffraganeum suum R.dum D.num Nicolaum Pacium, ecclesiae cathedralis Vilnensis canonicum et confratrem nostrum, virum sane et generis nobilitate illustrem, et virtutum splendore clarum. Eum itaque Sanctitati Vestrae, omni meliori quo possumus modo diligentissime commendamus. Optima enim quaeque de illo non modo nobis, ipsique Rev.mo D.no Episcopo nostro, sed etiam Sanctitati Vestrae atque adeo catholicae Ecclesiae polliceri audemus. Ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti, nos nostraque omnia diligentissime commendamus, et paternam benedictionem devote expetimus.

Vilnae, anno 1602, Marcii 12.

Sanctitatis Vestrae devotissimi, obsequentissimique filii,
Praelati et Canonici Capituli Vilnensis.

Sanctissimo Dominio Nostro Clementi Octavo. (L.S.)

13.

Vilna, 12. III. 1602.

Nicolaus Pac Clementi VIII, P.M., de sua nominatione in Suffraganeum episcopi Vilnensis.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, 83 (orig.).



HYPATIUS POTIJ, EP. VOLODIMIRIEN., METROP. KIOVIENSIS
(1593-1613)

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Post oscula beatorum pedum, meique diligentissimam commendationem.

Quae superum est, eamdem Dei voluntatem semper existimavi. Placuit vero Rev.mo episcopo Wilnensi me in operum suorum societatem, et veluti vicariam functionem de consilio venerabilium capitularium suorum vocare. Nullis quidem, quod scim, meis meritis. Eum enim me esse libenter agnosco, Pater Beatissime, qui vix dignus sim pro imbecillitate virium et paucitate laborum pro Ecclesia Sancta Catholica susceptorum, in album etiam inutilium servorum caelestis Patrisfamilias adscribi. Attamen quia hoc de me Antistitis mei et confratrum meorum est iudicium, ut sufficiens esse existimer ad munus suffraganeatus obeundum, me quoque sententiae eorum (quanquam non sine trepidatione) submittere decrevi. Ita tamen, si Sanctitatis Vestrae ad id voluntas et iudicium accedat. Faciat itaque Sanctitas Vestra id quod Ecclesiae Dei maxime utile fore iudicaverit. Ego, si Sanctitatis Vestrae approbatio accesserit, pro exigua talenti mihi a Domino concredditi portione, omnibus studiis contendam, ne unquam Sanctitas Vestra intelligat, me officio meo defuisse. Ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter prostratus me omni cum studio ac diligentia commendo, paternamque benedictionem devote exposco.

Vilnae, anno Domini MDXCII, Martii 12.

Sanctitatis Vestrae perpetuo a pedibus,

Nicolaus Pac.

(...) ac Beatissimo in Christo (*Clementi*) VIII Domino meo clemensissimo. (*L.S.*)

Al C(*ardinale*) S(*an*) G(*iorgio*) 1602.

14.

(*Varsavia, m. iunio 1602*).

Nuntius Rangone Card. Aldobrandino, de Cyrillo, qui secundum litteras Archiep. Leopoliensis, patriarcha Alexandrinus, non Constantinopolitanus, creatus est.

ASV, *Fondo Borghese*, ser. III, vol. 52CD, fol. 138rv (*duplic.*).

...L'Arcivescovo di Leopoli sotto li 27 maggio col avvisarmi che Cirillo (fol. 138v) sia, per quanto si dice, creato patriarca Alessandrino in loco di Meletio morto, et non Constantinopolitano, come altri hanno creduto, et che già haveva comminciato trattar seco con lettere, et seguitava se non fosse impedito dalli rumori che novamente s'eccitavano nelle Valachie, anzi nella Transilvania, mi scrive d'haver mandate l'altre

lettere mie al principe Battori, del quale erano in Leopoli alcuni huomini, che non gli parea havessero ne consiglio, ne aiuto, et temeano, et speravano, et mendicavano, poi soggiunge: Nos etiam ut videmus fluctus hi involvunt. Deus misereatur nostri...

15.

Wladimiria, 11. VIII. 1602.

Metropolita conqueritur de suppressione provinciae S. Hyacynthi Ruthenorum, et Cardinalem Aldobrandinum implorat, ut in hoc negotio apud Pontificem intercedat.

ASV, *Fondo Borghese*, III, vol. 96 A-B, fol. 162, 167.

Ill.me Princeps ac Rev.me Domine, Domine, Patrone Clementissime.

In hoc excenso monte Ecclesiae militantis SS.mum Dominum Nostrum Clementem octavum instar Moysis extensas manus ad Dominum exercituum extendentem contemplando, in eodem iucundissimo et Ecclesiae plurimum proficuo spectaculo simul a dextro latere videre videor ad instar Aaronis Ill.mam Celsitudinem Vestram sustentantem dexteram Beatissimi universalis ducis populi Dei, ex quo tantam praeclaram victoriam de Amalechitis divina ope subsecutam non dubitamus. Haec autem ad consolationem nostram referentes omnibus votis Domino supplicamus, ut nostros Amalechitas (videlicet obstinatos Schismaticos) per elevationem sanctissimarum manuum Summi Pontificis, et per susceptionem earundem Ill.mae Cesitudinis Vestrae vincere valeamus. Elevaverat, et satis superque extenderat SS.mas manus suas Beatissimus Pater noster dum segregaverat favore et authoritate Apostolica fratres Ruthenos in opus ministerii ad complimentum obedientiae a nobis SS.mo Domino praestitae, cum illis erexerat quasi vexillum bellicum: titulum Provinciae Sancti Hyacinthi de Russia et multos per Dei gratiam Schismatistarum reduxerunt ad gremium Sanctae Matris Ecclesiae, cum illis conventus quosdam quasi stationes aliquas deputatas reliquerat. At nunc (o ingentem dolorem meum) praevalere incipiunt Amalechitae et in suo malo proposito nostri Schismatici confirmantur. Allatum est enim Breve, quo fratibus nostris Ruthenis et titulus provinciae (quo erant equidem dignissimi) est ademptus, et conventuum acquisitione aucti ablati sunt et illi ipsi fratres, quorum numerus equidem magnus est, in angustissimos conventus, tres vel ad summum quatuor, sunt coangustati. Ex quo quanta sit in nostra gente subsecuta commotio, equidem una mecum Ill.ma Celsitudo Vestra miraretur et doleret, videns gentem nostram in animis conturbatam, in bono proposito distractam, moerore incredibili ex fra-

trum suorum naturalium orbitate affectam. Condoleret equidem mihi dolenti, quod non habeam qui fessas manus meas sustentet, qui diligenter tissimos operarios, a summo mane portantes pondus diei, et aestum, in ipso tempore collectionis frugum amisi, et alios introductos video, qui idioma nostrum, et mores, et studia ignorantes, tantum provisionum et quietis esse successores. Quapropter, Ill.me Princeps, accurre, et manus Beatissimi per quorundam non plenam informationem super fratres Ruthenos meos speciales ac peculiares adiutores aggravatas attole ut mitius premant. Reddantur per Deum immortalem, et per amorem promotionis obedientiae nostrae viscera nostra nobis, non deprimantur obsecro tam illustres patres nostri Rutheni in tantum ante oculos nostrorum Ruthenorum, ne ii qui per illos Ecclesiae Dei sunt acquisiti dolore tabescant et qui introducendi erant, in ipso limine nunc subsistentes, terga convertant, timentes sibi ne simili aliquando periculo et humiliationi, praesertim autem praesbiteri nostri exponantur. Audivi enim a quibusdam nostrae religionis praesbiteris dicentibus: si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? Quocirca nos Celsitudinem Vestram, et per eam SS. D.N. humillime provoluti una cum omnibus aliis Episcopis Ruthenorum supplicamus, ut isti fratres nunc depresso et ad terram prostrati benignissima autoritate Apostolica eleventur, titulo provinciae condecorentur, et ad sua loca favore S. D.N. reducantur, ad complementum ministerii hucusque praestitae a nobis obedientiae, ut reducant ad suum pastorem oves errantes. Dominus autem sit protector vitae Ill.mae Celsitudinis Vestrae, ut multorum annorum spatiis tanto protectore et defensore gaudeamus, et fructum laborum nostrorum cum nostris afflictissimis fratribus Ruthenis acquisitorum Ill.mae Celsitudini vestrae cessare possimus.

Datum Wladimiriae, in sede mea Episcopali, Augusti 11 die, 1602, etc.
Ill.mae Celsitudinis Vestrae humilimus servus

Hypatius, Archiespiscopus, Metropolita Ciowiae (mp).

(fol. 167): Ill.mo ac Rev.mo Domino, Domino Petro Aldobrandini,
Cardinali S.R.E. Amplissimo (*sigill*).
(*Nota Secretarii brevissima*).

16.

Vladimiria, 4. IX. 1602.

Metropolita Hypatius Potij Clementi VIII, P.M., de apostasia Episcopi Leopoliensis (Balaban); de Ruthenis Ord. Praed.; intercessio pro ipsis a Pontifice Romano desideratur.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, 83, (orig.).
MUH, vol. I, pag. 209-211, nr. 305.

Beatissime Pater.

Magna solicitude Ecclesiae Dei et ingens desiderium bene merendi de obedientia nostra ad pedes Sanctitatis Vestrae praestita, cogit me iterari peticiones et ingeminare supplicationes, et iterum atque iterum prosterni cum lachrimis ad pedes Sanctitatis Vestrae: in iisdem duabus causis de quibus non ita pridem in Augusto anni praesentis 1602 scripsoram, videlicet de Episcopo ritus nostri Ruthenici Leopoliensi, qui per suam apostasiam plurimum infert detrimenti a nobis praestitae obedientiae, quatenus Sanctitas Vestra Ser.mum Regem nostrum admonitum esse velit, ut eiusmodi impedimenta auferre (potest enim facillime) regia auctoritate sua non gravetur.

Alterum est, Beatissime Pater, ut benignissima et clementissima auctoritate apostolica Sanctitas Vestra restituat nobis et nostris regionibus expulsos a nativis suis conventibus fratres Ruthenos Ordinis Praedicatorum provintiae sancti Hiacinti, quatenus illi quantocius redeentes inchoatum opus suum, quod nunc omnino sine omni cultura neglectum iacet, promoveant, et meas defessas, ne forte in brevi remissas manus sublevent. Vereor enim equidem, Beatissime Pater, ne post modicum non restet etiam testa in qua portetur vel minimum ignis. O, quantum nocuerunt silentes in hac causa patres Rutheni nostris regionibus, Beatissime Pater, qui extra limen Ordinis multa efferre nulluerunt, unde malitia Cracovitarum Pollonorum ansam accepit malignandi et rebus Ecclesiae Dei nocendi. O, ingentem dolorem meum, in quem me isti fratres nimium suae innocentiae fidentes et contra litigiosos Cracovitas non invigilantes coniecerunt, qui negotium suum vel, ut melius dicam, nostrum satis defensum putaverunt, intra limites Ordinis sui consistentes. Qui Sanctitatis Vestrae sententia iam quater pro se, imo pro nobis, semperque dicam pro nostro negotio contenti non praeviderunt in pericula Cracovitarum arte deludendi erant. Nam cum victos se omni iure Patres Poloni viderent, ad motum proprium Sanctitatis Vestrae recurrerunt, nec aliam causam nisi dissensiones cavendas praetexerunt, causas vero dissensionum tacuerunt, quae dissensiones nunc multo magis auctae sunt et fere inflammatae voluntatis, non tantum religiosorum Ruthenorum, quibus suae nationis hominum salus cordi est, sed etiam virorum nobilium, qui plebes suas continent hodie persequentes odio invasores monasteriorum et expulsores Fratrum Ruthenorum, quia et ego ipse cum omnibus meis coepiscopis a Cracovitis libenter dissentio, qui non sine lachrimis Bullam bonae memoriae Pii Quinti legens quinque conventus Russiae depopulationi et exterminuo datos et ipse video, et aliis omnibus ad declarandam adversariorum malitiam demonstro. Augetur etiam dolor et afflictio spiritus, quod a R.mis Episcopis nullas suppetias

ad promovendam Romanae Ecclesiae et Sanctitati Vestrae praestitam obedientiam, et eo magis quod plus foveant curiales istos Cracovitas, quam laboriosissimos et sancto operi iugiter invigilantes fratres nostros Ruthenos. Ad quem igitur, Sanctissime Pater, configiam in tantis angustiis et amaritudine animae meae, nisi ad Patrem misericordiae et Deum totius consolationis, atque etiam ad te Clementissimum Patrem nostrum, et benignissimum Vicarium Iesu Christi, per eiusdem visceria Sanctitati Vestrae humilime prostratus obsecro et obtestor, ut quantocius, ne collidamur, supponat manum suam, ne forte abstracti ab uberibus et repulsi a lacte consolationis Sanctitatis Vestrae in nihilum redigemur. Erige, Beatissime Pater, iterum vexillum provintiae fratribus Ruthenis, sub quo ut boni milites strenue pro Ecclesia Dei militare ceperant. Restitue stationes eorum in quibus defessi quiescebant. Revertatur iterum per decem lineas signum clementiae Sanctitatis Vestrae (decem enim conventus cum privilegiis nobis nunc ablati sunt), quatenus per annorum nobis clementia Sanctitatis Vestrae additorum spatia confitemur nomini sancto Dei, et notam faciamus in Ecclesiis nostris clementiam Sanctitatis Vestrae, et cum omnibus fidelibus et charissimis fratribus Ruthenis cantemus psalmos nostros cunctis diebus vitae nostrae, supplicantes Domino pro felici statu Sanctitatis Vestrae.

Datae Wladimiriae, die 4 Septembris, 1602.

Sanctitatis Vestrae humillimus servus

Hypatius, Archiepiscopus Metropolita Ciowiae m. pr.

(*Sanctissimo Domino*) Nostro Clementi Octavo Pon(tifici) Maximo
(L.S.)

17.

28. III. 1603.

Metropolita Hypatius Clementi VIII, P.M., de episcopo Leopoliensi, qui a S. Unione defecit; de rescindenda unione monasterii Piecariensis.

ASV, Fondo Borghese, ser. III, vol. 67A, fol. 161rv (*copia*).

MUH, vol. I, pag. 214-215 nr. 316.

Ex litteris Hypatii, Archiepiscopi Metropolitae Chioviensis ad SS. num D. nostrum, datis die XXVIII Martii 1603.

Scribit, se tandem libenter acquiescere illi decreto quod de patribus Dominicanis illarum partium factum est.

Episcopum Leopoliensem, qui a Sancta Unione perfidiose defecit, penitus pendere ab Archiepiscopo Chioviensi, eidemque in omnibus parere, ac praesto esse debere, vel se episcopatu abdicare. Cupit igitur

Regem moneri, ut secundum haec sua privilegia contra ipsum episcopum iudicium administretur.

Senatorialm dignitatem bono fine a se expetitam, nondum tributam fuisse queritur.

In negotio rescindendae unionis monasterii Piecariensis hoc unum se velle significat, ut catholicus sit ille Abbas, quicumque tandem eligetur, nam si schismaticus vel haereticus quis eligatur, ut verisimile est, praeter alia multa incommoda, ipsum iurisdictione sua in ipsum Abbatem privatum iri; habere enim Archiepiscopum iurisdictionem super omnia monasteria, quae in illius provincia sunt. Aequum igitur esse ut Rex, dum servare vult nobilitatis privilegia, servet etiam Archiepiscopi iura.

(fol. 161v) Petit denique ut, si eiusmodi electio concedatur, bona illius monasterii quae in magno ducatu Lithuaniae sunt, Metropolitae remaneant, ac praeterea aliqua pars eorum bonorum, quae in ipsa Chovia existunt, ne ipse iurisdictionem amisisse videatur.

18.

Berestj, 1. III. 1603.

Epistola cuidam Nobili data de bonis Metropoliae defendendis.

«*Analecta Ord. S. Basillii Magni*», vol. II, pag. 470-472, Romae 1956.

Земенину и земенце господарскимъ повету Виленского и Ошменского, пану Григорю Юревичу Хорельскому и мальжонце Твоей милости пани Ганьне Тышанце Григоревой Юрьевича Хорельской, Адамъ Гипатей Потей, Архиепископъ, Митрополитъ Киевский, Галицкий и всяя Руси, Владыка Володимерский и Берестейский, Архимандрыт Печерский Киевъский, здоровья доброго Вашей милости жычачи, ознаймую Вашой милости, что ж тых часовъ положоный есть позовъ земский виленский на іменю моем митрополії Киевъское Шешолскомъ, Филиповскомъ..., в повете Виленскомъ лежачомъ, от земенина Короне его милости повета Виленского, пана Яна Сенькевича Дубровъского виданный, припозывающи мене о кгрунты Шнипелские и о люди, в томъ селе, на тых кгрунтехъ поселеные, прислухаючие до двора помененого Шешолского, Филиповскаго... в повете Виленскомъ лежачаго, от васъ небожчикови продкови моему, его милости отцу Михайлу Рагозе вечностю проданые с тимъ именемъ, которое от каждого уступника очышати и заступовати описалисе есте под певними варунками и обовязками; а такъ я о томъ позве вамъ даочи знати, с которого вамъ и копию, такъ же и с квиту, при том позве положоного, посылаю. Жедаю ваших милостей и упоминаю, аби

есте ваша милость подлугъ листу вашего продажного, тые кгрунты Шнипельские и люди отъ пана Яна Сенькевича часу права на рокахъ пришлыхъ Троецкихъ, в року теперешнем, тисеча шестсот третем, по отсужению судовъ головныхъ трибуналныхъ во двухъ неделехъ припалыхъ и судовиye Вилню (?) отправованныхъ, у суду земьского Виленского очищали и мене отъ того позву противко пану Яну Сенкевичу заступили, постегаючи на себе зарукъ, в листе вашомъ продажномъ описаныхъ; с тымъ вась Пану Богу поручаю.

Писанъ в Берестью, лета Бож(ого) нарож(ения) тисеча шестсот третьего, мца марта первого дне.

Вм зычливый

Адам Іпатей Потей, Божою Милостю Архиепископъ,
Митрополит Киевский, Галицкий и всяя Росии,
Владыка Володимерский и Берестейский (в.р.)

Jakub Bartlemieiewicz, reką swoią (L.S.) (*Retro*)

Лист обвещоный до права пану Хорелскому, абы ведле запису своего заступовалъ...

1603 marca 1 dnia. List otworzysty JW. X-a Metropolita do JP-a Chorelskich o oczyszczzenie pisany w autentyku Ruskim.

Obwieszczenie, od Pocieja Metropoly dane, Hrehoremu Chorelskiemu, iż o gruta Sznapelskie od niego przedane, intentat... Sienkowicz Dubrowski od Szeszol. Anno 1603 R. 1. Martij.

19.

Cracovia, 24. V. 1603.

Petrus Tilicki, Ep. Varmiensis, Clementi VIII, P.M., de negotio Unionis in praeteritis Comitiis Regni; de praepositura Miechoviensi.

BIBL. APOST. VAT., Barb. lat., vol. 1992, fol. 28 (*copia*).

Sanctissime et Beatissime Pater, D.ne, D.ne Clementissime.

Binas Sanctitatis Vestrae Brevium litteras ab Ill.mo et R.mo D.no Episcopo Regiensi accepi. Quarum alteris Sanctitas Vestra, pro paterno suo erga Sacram Regiam Maiestatem et universum hoc regnum affectu, gratum sibi nuncium fuisse de prateritis Regni Comitiis feliciter absolutis significare mihi, meamque in catholica religione, Ruthenorumque Antistitum Unione tuenda, curam et operam commendare dignatur. Alteris autem praepositurae Miechoviensis commendam, non tam aliquo digno humilitatis meae merito quam summa sua erga me benignitate clementiaque decernit. Ego vero, tametsi ad eas actiones sane gravissimas atque sanctissimas summam attulisse voluntatem, pro virilique alios R.mos Re-

gni Episcopos secutum me fuisse non inficior, meae tamen imbecillitatis nec ignarus, nec immemor, quidquid recte, et ex utilitate dignitateque publica gestum videri potest, id praepotentis Dei magnae in nos misericordiae, ac fusis pro nobis a Sanctitate Vestra precibus adscribo. Eius igitur Sanctissimo Numini perpetua laus atque gloria tribuenda nobis est, notissimae vero Sanctitatis Vestrae de nobis sollicitudini maximae gratiae agendae. Iam vero quod ad Sanctitatis Vestrae in me liberalitatem maximam, nempe commendatae mihi praepositurae Miechoviensis beneficium attinet, id sane superat omnem ingenii facultatem, ut neque animo meo pares, neque Sanctitate Vestra dignas agere gratias queam, nedum, ut me promereret aliquando confidam. Consolatur me tamen magnopere summa planeque divina sapientia, animique Sanctitatis Vestrae celsitas, qua non tam debitum officium quam animi cuiusque promptitudinem perbenigne expendere consuevit. Quare offero Sanctitati Vestrae suppliciter et humillime animum meum syncerum plenumque in Sanctitatem Vestram fidei et obsequii; beneficii autem in me collati magnitudinem, summa Sanctitatis Vestrae benignitate cumulatam, grata semper et memori mente, quoad vivam conservabo, pro diurna prosperrimaque Sanctitatis Vestrae incolumitate Deum precari non desinam, religionisque sanctissimae causam vitae etiam propriae semper anteponam. Idque Sanctitatis Vestrae paterna et benigna cohortatione incitatus tanto fecero libentius, quanto plus inteligo me et Sanctitati Vestrae et sacrosanctae catholicae religioni debere. Commando me tandem et orationes meas humillimas Sanctitatis Vestrae gratiae atque clementiae.

Datum Cracoviae, die XXIIII mensis Maii, anno Domini MDCIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae indignus famulus

Petrus, episcopus Varmiensis, regni Poloniae
vicecancellarius.

20.

Cracovia ,7. VI. 1603.

*B. Maciejowski, Ep. Cracoviensis, Card. Aldobrandino, de regressu Roma
Eliae Morochovii; de adventu Metropolitae Kioviensis iubilaei causa.*

ASV, Fondo Borghese, ser. III, vol. 112EE, fol. 97 (orig.).

Ill.me et Rev.me D.ne, D.ne Colendissime.

Vidi et amplexus sum libentissime redeuntem ab Urbe R.dum D.num Eliam Moroschovium, Collegii Graecorum alumnnum, cum merito suo, tum commendatione Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae; sed et

Ser.mo Regi commendavi eumdem diligenter, ad exosculandamque Suae Maiestatis manum, una cum socio eius introduxi. Percommode autem accidit, ut tum potissimum uterque veniret Cracoviam, cum hic Rev.mum D.num Metropolitam Kioviensem haberemus, qui et ipse gratia consequendi Sanctissimi Iubilei venerat huc cum tota domo sua; comitatusque est processionem SS.mi Sacramenti pro festo Corporis Christi, cum clero et capella sua solemniter; quin et lithurgiam ritu Graeco aliquoties in ecclesiis nostris celebravit, magna populorum, qui tunc ex universo Regno frequentissimi concurrerant, voluptate et aedificatione. Quam gratus proinde ipsi D.nus Elias fuit, tam ut me amantem sui, voluntatisque et nutus omnis Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae observantissimum esse intelligat ac experiatur efficiam sedulo, curaboque oblata qualibet occasione, fructus commendationis huius suae referat uberrimos. Deus Optimus Maximus Ill.mam ac Rev.mam Dominationem Vestram diutissime in columem ac foelicissimam servet; cui promptissima obsequia mea etiam atque etiam defero, commendoque.

Datum Cracoviae, die 7 Junii, 1603.

Ill.mae et R.mae Dominationis Vestrae deditissimus servitor,

Bernardus Macieowski, Episcopus Cracoviensis.

(fol. 10v) Ill.mo et Rev.mo D.no, D.no Cardinali Aldobrandino, D.no Colendissimo.

21.

Bresta, 12. IV. 1604.

Metropolita Cardinali Aldobrandino gratias agit pro favore et protectione in negotiis Ecclesiae Ruthenae datis. Recommendat Petrum Arcudium, qui negotia Ecclesiae tractare debet.

ASV, Fondo Borghese, III, vol. 63 b-c, fol. 321r

Ill.me Princeps, Domine et Patrone Colendissime.

Non pridem pervenerunt ad me tuae, Princeps Amplissime, literae, plenae humanitatis, et propensissimi erga nos, gentemque nostram animi tui, quibus attice significare dignaris, quantum tibi cordi sint res, et negotia nostra et qualis ex tua P.A. singulari commendatione SS.mi D.N. affectus exarserit in promovendo, et perficiendo hoc Unionis vinculo, et communione nostro bono. Quod quidem tale ac tantum beneficium in nos abunde collatum, nulla unquam obliterabit oblivio, nulla conticescat in huius praedicatione nostra posteritas. Unde speramus (Deo sic volente) tuis auspiciis, vestris clementissimis faventibus syderibus (quarum nobis continuo iucundissimum iubar affulget) hasce molestiarum, et turbulenterissimas tempestates feliciter superare, et tandem in optatum portum

pervenire. Modo P.A. tuo hoc benignissimo patrocinio (prout caepisti) nos fovere, nostrisque afflictis rebus providere non desistas, benignamque aurem Reverendo Petro Arcudio, viro omni commendatione dignissimo, nostra negotia, sibi a nobis commissa, exponere volenti, preabere non dedigneris. Pro quo beneficio, licet indigni, supplices Dominum (cui soli noster desudat labor) exorabimus, ut te, P.A., quam diutissime in hoc augustissimo dignitatis culmine conservet incolumem.

Datum Brestae, Aprilis 12, Anno 1604.

Ill.mae Celsitudinis Vestrae humillimus servus
Hypatius, Archiepiscopus, Metropolita Ciowiae (mp).

22.

Luceoria, 16. XII. 1604.

Episcopus Luceoriensis, M. Sziszkowski Clementi VIII de Palatino Kioviensi ad Unionem pertrahendo.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, fasc. 93.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Quanta sit erga me Sanctitatis Vestrae benignitas et clementia, cum frequentes ac vere paternae litterae, tum beneficia quae mihi in dies maiora a Sanctitate Vestra conferuntur, declarant. Immortales igitur Sanctitati Vestrae ago habeoque gratias. Muneri vero meo episcopali ita, Deo iuvante, invigilare volo, ut neque mea in colenda Sanctitate Vestra pietas, neque in grege meo pascendo diligentia a quoquam desiderari videatur. In pertrahendo ad unionem Ill.mo Kioviensi Palatino, ut antea diligenter, ita et nunc pro posse meo tam apud ipsum, quam apud filium eius, et eos, ex quorum consilio totus dependet, laborare non cesso, nec prius cessare volo, donec Sanctitatis Vestrae tot salvandarum animarum desiderio satisfactum fuerit. Magna in spe sumus eum, benignitate Sanctitatis Vestrae adductum, omnium Christifidelium votis responsurum: siquidem illa quae antea mordicus contra unionem et de archimandria tueri solebat, nunc in his Comitiis particularibus Luceoriae, remissius tuebatur, et meo consilio ac precibus non mediocriter acquiescit, quem etiam ex Ill.mo Palatino Volhiniensi intellexi, magno cum desiderio ad ultimas litteras suas a Sanctitate Vestra responsum expectare. Motus illi haereticorum et tepidorum catholicorum circa praescriptionem bonorum Ecclesiae, circa decimas, circa confoederationem, circa appellationem ad Urbem, non tam mea opera vel vigilantia, quam Sanctitatis Vestrae benedictione, et Dei Omnipotentis auxilio, maiori ex parte sunt tranquillati, modo

aliquid mali pro Comitiis generalibus ex aliis palatinatibus non erumpat. Quod ne fiat, una cum aliis Episcopis providebo, et ne quid improvisum accidat curabo; si autem quid acciderti, arcere et resistere (cum discriminē etiam vitae, si ita res tulerit) non dubitabo.

Ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, gratias ago pro dispensatione Custodi meo Luceoriensi concessa. Quam Deus Omnipotens Ecclesiam suam sanctam diutissime regere faciat.

Datum Luceoriae, XVI Decembris, anno MDCIV.

Ad pedes Sanctissimos Sanctitatis Vestrae prostratus indignus servus,
Martinus Siscovius, Episcopus Luceoriensis, m. pr.

Sanctissimo ac Beatissimo Patri Clementi Octavo, D.no,D.no clementissimo. (L.S.)

23.

Varsavia, 7. III. 1605.

Metropolita Hypatius Clementi VIII, P.M., de insidiis inimicorum contra S. Unionem; de Abbatia Piečarensi ad manus schismatici tradita; de negotio Unionis in Comitiis Regni tractato.

ARCH. DORIA PAMPHILJ, *Fondo Aldobrandini*, 83 (orig.).
MUH, vol. I, pag. 250-251, nr. 386.

Sanctissime et Beatissime Pater, Domine noster Clementissime.

Post devota oscula pedum Beatitudinis Vestrae diurnam praesentis vitae felicitatem et interminabilem futurae gloriam ex animo optamus.

Tam diurni silentii mei nulla alia causa fuit, Beatissime Pater, praeterquam frequens gravissimarum curarum recordatio, quibus angelicis etiam humeribus verendis, Atlantis ad instar manus Deo devotas sedulo supponis; ut merito tibi, Sanctissime Pater, post Deum tota christiana, melius dicam, orthodoxa Respublica refferat acceptum, quod intam perditissimis his deploratisque temporibus securum teneat cursum, quod ab inimicorum, inferorum scilicet, insidiis libera, optatum spectat portum. Sed quia sic cuncta spectas, ut singula quaeque minime despicias, et summa sic gubernas, ut parva, et minima tua non destituas providentia. Dei enim hic in terris geris vices, pater etiam omnium nostrum es, ideo filios diligis et amas. Quapropter ego quamvis tenera palmes Christo, qui est vera vitis, per te, Sanctissime Pater, recenter insertus, filius licet abortivus, ad te tamen verum Patrem et Pastorem recurro, appello: aperto, non me fallit opinio, fovebis sinu quos nuper suscepisti

et in filiorum numerum aggregasti; quibus denique tot tantaque tui erga nos, gentemque nostram extitere argumenta. Testes sunt illae tuae, Beattissime Pater, plena paterni affectus litterae ad Regiam Maiestatem et ad Ill.mum Claudium Rangonium, Nuntium dignissimum Sanctitatis Vestrae datae; quibus nos et nostra negotia enixe commendas. Et quidem, iam tandem suum felicem sortirentur effectum (tanta enim pietas et promovendae huius sanctissime Unionis studium Sacrae Regiae Maiestatis, et indefessa diligentia Ill.mi Nuntii est), nisi iurati Ecclesiae hostes, quibus hoc insolens licenciosa libertate abundat regnum, impedirent, immo ni falsi fratres, quod magis dolendum est, immemores sui officii, obstarent, parco nominibus, ut tandem illi odiis, quibus nos, immerito licet, prosequuntur, parcant.

Abbatia Piecherensis me nequicquam antea reluctante et reclamante, ad manus schysmatici in Comitiis nuper peractis, cura et opera eorum devenit. Vix mea iura et privilegia sarta tecta confirmatione regia conservata sunt; recompensatio aliqua licet, valde tamen exigua speratur; ut caetera recensere omittam, ne meum reffricem dolorem. Quae antea disertis et speciosis pollicitationibus ultro antea nobis proposita, nunc vero omni exspectatione carent. Terga Senatorum prout antea in Comitiis terimus, dum inimicorum inconferta turba contra nos impune clamitat, accusationibus calumniarum plenis perfricta fronte lacessit, nobis vero nec respondendi, neque sese excusandi locus conveniens conceditur. Quamobrem supplices petimus Sanctitatem Vestram, ut nobis pro sua clementia hac in re opem ferre dignetur. Aderit apud Sanctitatem Vestram Ill.mus Cardinalis Macieiovius, cui Sanctitas Vestra nos nostraque negotia commendare dignetur, ut ille pro sua humanitate ferventius nostri curam habeat. Neque unquam Sanctitas Vestra, dum haec scribo, existimet nos turpi aliqua ambitione accensos tam frequenter id praecibus a Sanctitate Vestra exposcere: absit ut quod antea sponte mea deposui, nunc tadem non sine aliquo rubore pro me idem repetam, sed me omni suspicione liberet apud Sanctitatem Vestram flagrans promovendae Unionis sanctissimae studium, cui soli nostra desudat industria; pro cuius conservatione nullo labori, me Christe, parcimus neque unquam ad extremum usque vitae spiritum parcemus; parati sumus, Sanctissime Pater, pro hac Ecclesia omnia nostra cum ipsa vita profundere, cui, ut cum Tertulliano loquar, principes Apostolorum sanguinem cum doctrina profuderunt. Sed iam, quod reliquum est, cum omni animi submissione ad apostolicam Beatitudinis Vestrae benedictionem capita nostra, absentes absenti tanquam praesenti, inflectimus, qua roborati reliquos etiam labores annis et curis confecta valetutine valeamus sustinere, ut

tandem aliquando Sanctitas Vestra ex copiose fusa semente, lachrymarum uberiores exultationis metat fructus.

Varvaviae, 7 Martii 1605.

Sanctitatis Vestrae humillimus servus

Hypatius, Archiepiscopus Metropolita Ciowien.

Sanctissimo et Beatissimo Domino Nostro Clementi Octavo Pontificio Maximo (L.S.).

24.

Varsavia, 15. IV. 1606.

Hypatius Potij et Cyrilus Terleckyj de conatibus non-Unitorum in Comitiis Regni. Expetunt protectionem.

ASV, Fondo Borghese, I, vol. 512, fol. 25rv.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Post caelestem illam animorum cum R.E. coniunctionem, humani generis hostis contra pios Ecclesiac Dei cultores adeo invigilavit, ut nulla Comitia huius Regni celebrata fuerint, quae non turbulentissimae extiterint. Sed praesens Comitiorum conventus, quod spectat ad haereticos, omnem prorsus impudentiam superavit. Neque desunt nonnulli frigidi Catholici: politicos huius saeculi obscura prudentia vocat: qui si Respublica corruat, modo privata sua commoda promoveant, parum, vel nihil laborant. Nobis Haeretici cum Schismaticis dignitates eripere gestiunt; id in praesens si minus cesserit, generali sanctione ominium Regni Ordinum cautum esse volunt, ut post nostrum obitum Schismaticis dentur. Novitatem nobis obtrudunt, scilicet nunc primum audiunt Ecclesias Orientis, vel Russiam cum R.E. consociatam esse. Nova sunt foedera Lugdunensis Concilii, nova Florentini. Sed quod ratione non valent assequi, iactatione verborum contendunt. Itaque ego et colega meus, Wladica Luceoriensis, qui ambo nomine Russorum obedientiam R. P. felicis recordationis Clementi VIII praestitimus, et eandem modo summa animi veneratione Sanctitati Vestrae spondemus, et exhibemus, ambo etiam Comitiis interfuiimus, et nostra iura pro virili tutati sumus. Quantum autem prospicere potuimus, fluxus iste ac refluxus non prius cessabit, quam vel ipsi Haereticorum Schismaticorumve antesignani pereant, vel nos perdant. Praesulum catholicorum sacra corona imprimisque Regia M., et de tota gente nostra optime meritus (f. 25 v) Nuntius Apostolicus strenue defendunt atque tuentur; quod ut in posterum hortatu Sanctitatis Vestrae perpetuo faciant, enixe rogamus. Nullum tamen in praesentia subsidium ad exilitatem virium nostrarum fulciendam oportunius, aut sanctius expectare poteramus eo, quod adulit Breve Sanctitatis Vestrae, redditum

nobis non pridem, dum ad Comicia advenissemes; quod profecto quam paterna charitate Beatitudo Vestra nos, qui in istius Sanctae Apostolicae Ecclesiae gremium pridem convolavimus, et libenter in illo conquiscimus, complecti dignetur, satis perspicue declarat. Itaque de tam propenso in nos amore, deque piis hortationibus, quibus instruere nos et munire minime gravata est, Sanctissimos tuos pedes humilime deosculamur, nostrumque tuendae et propagandae quoadusque poterimus Catholicae doctrinae studium nunquam defuturum profitemur. Speramus autem Christi Dei nostri gratiam Sanctitatis hisce conatibus incrementum daturam, nec non Sanctitatem Vestram, quae ex sublimi ista specula omnium sibi commissarum ovium salutem prospicit vigilanter, et aequa custodit, necessarium nobis auxilium non solum non denegaturam, sed etiam ultro concessuram confidimus. Et ne sacris tuis occupationibus molestiores simus, supplices Beatitudinem Vestram precamur, religiosum P. Petrum⁷ (ut nobis pollicetur) dignetur audire. Is de toto statu nostro Sanctitatem Vestram certiore faciat. Nos vero huic oneri (etiam si Rev.mus Vilnen. Episcopus, et piissimus M.D.L. Cancellarius multum opis laturi sint) adeo impares esse, nisi Sedis Apostolicae liberalitas accedat, significabit. Interim Sanctissimis tuis pedibus iterum atque iterum (f.26) advoluti D.O.M., ut Sanctitatem Vestram feliciter et quam diutissime tueatur incolumem, omnibus precibus rogamus.

Datum Warsaviae, 15 Aprilis, Anno Domini 1606.

Sanctitatis Vestrae humilimi servitores

Hypatius, Archiepiscopus Metropolitanus Kiovien et totius Russiae (mp)

Кирилъ, Терлецки, епископъ луцки и острозъкий (р.вл.)

(v.34v): S.mo ac B.mo Patri et Domino nostro clementissimo Paulo V. Pontifici Maximo (*sigill. metrop.*).

25.

Warsavia, 17. IV. 1606.

Metropolita Joannem Rutskyj Romam proficiscentem commendat illique obedientiam suo nomine praestandam committit. Commendat in specie canam Seminarii in Russia.

ASV, Fondo Borghese, I, vol. 512, fol. 17r.

⁷ P. Petrus a Matre Dei, carmelitanus discalceatus, hispanus; Praepositus Generalis Ordinis (an. 1608), obiit die 26 Augusti 1608. De eius partibus in negotiis Ecclesiae unitae cfr. in articulo: A.G. WELYKYJ, *Joannes Velamin Rutskyj in «exitu viarum» (1603-1608)*, in *Analecta OSBM*, sec. II, vol. I, pp. 9-38, Romae 1949.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Joannem Rudski, nobilem Lithuanum, de nobis nostraque Religione optime meritum, ad Urbem proficiscentem ob pia quaedam animi vota et desideria, literis meis Sanctitati Vestrae commendare non dubitavi; quippe dignus est, cui SS.ma Sedes Apostolica paternum affectum exhibeat. Huic nonnulla negotia ad conservationem SS.mae Concordiae spectantia, quae cum Sanctitate Vestra transigat, comisi, iteratisque verbis imposui. Potissimum vero de erigendo Seminario in nostris partibus cum Sanctitate Vestra non solum verba faciet, sed etiam quantum in se est ut persuadeat, inculcavi. Ad extreum, ut nomine nostro cum limina Principum Apostolorum, ut moris est, tum Sanctissimos tuos pedes deosculetur, nostraque obsequia deferat, et singulare studium, ac pietatem erga omnium aliarum parentem, ac magistram Ecclesiarum humillime comendet, et foedus quodam modo renovet sacrosanctum, diligenter iniunximus. Beatitudo Vestra ipsi et Nobis Apostolicam benedictionem impartire dignetur.

Datum Warsaviae, 17 Aprilis, Anno Domini 1606.

Sanctitatis Vestrae humillimus servus

Hypatius, Archiepiscopus, Metropolita Kiowiae
et totius Russiae (mp).

26.

Warsavia, 29. IV. 1606.

Metropolita petit, ut Pontifex Cancellario Lithuaniae gratias agat eumque exhortetur, ut in posterum Unioni Ruthenae protectoratum non deneget.

ASV, *Fondo Borghese*, I, vol. 512, fol. 18.

Sanctissime ac Beatissime Pater. Domine noster Clementissime.

Scriptis et obsignatis ad Sanctitatem Vestram literis, haec etiam addere distinctis literis, fretus clementia Sanctitatis Vestrae, operae pretium duxi. Ill.mi Domini Cancellarii M.D.L. pietas,⁸ satis non tam nostra, quam aliorum relatione Sanctitati Vestrae probata, nuper in Comitiis Regni egregie enituit; in quibus Haeretici cum Schismaticis foedere amicitiae iuncti regnum hoc nefandis suis consiliis in apertissimum discrimen adducere, immunitates Ecclesiasticas infringere, nos ad extre-

⁸ Leo Sapieha, Cancellarius Magnus Lithuaniae (1589-1623). Hic plurima Brevia pontificia obtinuit in laudem suae actionis in favorem Ecclesiae Unitae. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantes*, vol. I, Romae 1953, passim.

mum, qui hanc Sanctissimam Unionem defendimus, perdere conabantur. Et certe, nisi Dominus fuisset nobiscum, et istius Viri clarissimi prudentia, et summa in defendenda religione catholica pietas intervenisset, forte iam vivos furor illorum deglutisset nos. Quapropter dignus est omnium commendatione, ac precipue tua, Sanctissime Pater, benedictione atque gratia, quam ut illi, et nobis, pro sua paterna charitate concedere digneris, summa animi nostri submissione provoluti ad tuos SS.mos pedes humilis-
lime rogamus.

Datum Warsaviae, 29 Aprilis, Anno Domini 1606.

Sanctitatis Vestrae humillimus servus

Hypatius, Archiepiscopus, Metropolita Kiowiae
et totius Russiae (mp).

(fol. 18v): S.mo ac B.mo Patri et Domino nostro clementissimo Paulo V. Pontifici Maximo. (sigill).

(Nota Secretarii brevis, indicans materias epistolae).

27.

(Polonia) 18. I. 1607.

Metropolita Pontifici statum S. Unionis aperit auxiliaque implorat.

ASV, Fondo Borghese, I, vol. 512, fol. 65r-66v.

Sanctissime ac Beatissime Pater
Domine, Domine et Pastor Clementissime.

Prostratus pedibus Sanctitatis Vestrae, praemissa omnium bonorum tam praesentium, quam futurorum gratulatione, debitam obedientiam, ac submissa officia nostra Sanctitati Vestrae humilliter commendo.

Minime lathere Sanctitatem Vestram existimo, quo impenso studio, qua gratissima licentia, quave diligenti nostri commendatione Ser.mi Regis, piissimi Domini nostri, praestitimus obedientiam huic Sanctissimae Sedi Apostolicae, nec non antecessori tuo, beatae memoriae Clementi octavo, missi a Metropolita Kiowiae Michaele Rachosa, tunc Superiore nostro, et caeteris Episcopis, confratribus nostris, qua non solum nos met ipsis addiximus, sed universas quoque Ecclesias nostras aeternum huius Sancto Sanctae gubernationi, ac imperio pastorali obstrinximus, et sancte subiecimus. Idque nec temere, nec propria ducti auctoritate, sed maturo consilio, sed deliberata sententia, demum maiorum nostrorum praeclara seuti exempla. Imprimis Isidori,⁹ illius Metropolitae Kioviae,

⁹ Cardinalis Isidorus, metropolita Kioviensis (1436-1457), actuosus in perficienda Unione Florentina, in Synodo Oecumenica eiusdem nominis (1439).



CYRILLUS TERLECKYJ, EP. LUCEORIEN. - OSTROGIENSIS
(1585-1607)

beati nomine, et memoria dignissimi viri, qui in synodo illa celeberrima Florentina non postremas, haud infeliciter, obiit partes, ut auferetur de medio paries, qui occidentalem orientalemque dividebat Ecclesiam, postque longam moeroris nebulam, et dissidii diuturni atram, ingratamque caliginem serum Unionis optatae iubar illucesceret. Quam ob rem ab Eugenio IV, Ponfifice M., in purpuratorum numerum adscriptus et legati a latere munere condecoratus fuit. Hic igitur primus facem nobis praetulit.

Sed alter eiusdem Sedis Metropolita nominatus, Episcopus Smolensensis, nuncupatus Misaël, nobis iam currentibus calcaria addidit. Is enim cum universo nostro clero, plurimorum principum, et omnium ordinum unanimi consensu bis obedientiam Sanctissimae Sedi Apostolicae tempore Sixti IV praestitit. Primum quidem per Nuntium eiusdem Sedis Apostolicae, nomine Anthonium, qui filiam Thomae Palaeologi principi Moschorum in matrimonium coniunxerat.¹⁰ Secundum vero per suos proprios Nuncios, et literas, quibus mirum in modum Sedem hanc Apostolicam evehunt,¹¹ Romanam Ecclesiam supremam in terris tenere potestatem praedicant, fidem denique catholicam diserte profitentur, et alia huius generis praeclara hisce literis testantur. Quarum nunc apud nos luculentissima extant monumenta. Verum negligentia nostratium hucusque oblitterata iacuere. Sed si iniuria temporum Vestris Archivis pepercerat, autographa, ni fallor, iussu Sanctitatis Vestrae facile invenirentur. (f. 65v). Haec igitur et alia multa dum frequenter mentis nostrae oculis observarentur, ne incuria nostra propria, maiores nostros perfidiae condemnaremus, vestigiis eorum insistere in animum induximus. Ergo iam praestitimus obedientiam S.R.E. et antecessori felicis recordationis Beatitudinis Vestrae magno equidem applausu, et laetitia totius christiani orbis. Hanc quoque eandem integrum usque ad extremum vitae spiritum constantissime (Deo adiuvante) retinere, et successoribus meis inviolatam, veluti per manus tradere ex animo cuperem.

Verum enim vero iurati Ecclesiae hostes Haeretici, foedere amicitiae cum Schismaticis iuncti (ut sibi iure contra nos agere videantur) Catholicorum quorundam praepostera lenitate adiuti, totis viribus conten-

¹⁰ Agitur de Sophia (Zoe), quam, intercedente Sede Apostolica Joannes III, Magnus Dux Moscoviae sibi in matrimonium iunxit an. 1473; Antonius Bonumbre, Legatus Sedis Apostolicae fungebatur munere intermediarii in hoc negotio. Cfr. quaedam de hoc negotio in O. HALECKI, *From Florence to Brest*, Romae 1958, pag. 99 sq.

¹¹ Agitur de epistola Metropolitae Misaëlis Kiovensis, quam misit ad Sextum IV anno 1476. Cfr. textum epistole nuper editae in *Monumenta Ucrainae Historica*, vol. IX-X, Romae 1971, pag. 5-55 (textus palaeoslavicus cum versione latina).

dunt, ut Sanctissimam Unionem radicitus evellant, et nos iterum subditos, ac mancipia Machumetica subiiciant. Vel ad extremum ex omni dignitatis gradu deturbent, et in ordinem redigant. Quorum conatibus S.R.M. pro sua singulari erga religionem catholicam pietate resistere non cessat. Ill.mus quoque Nuntius Sanctitatis Vestrae, Rangonius, indefessum studium die ac nocte navare non desistebat, ut nos incolumes, nostraque iura, quinimo tua, B.me Pater, sarta tectaque conservaret, cuius in rebus agendis prudentiam, in promovendis dexteritatem satis abunde commendatam esse Sanctitati Vestrae existimo. Est etiam non exiguis numerus Catholicorum qui nobis apprime opitulantur; faxit Deus, ut tandem praevaleant. Siquidem in numero eorum quidem reperiuntur, qui maiores contra nos, gratis licet, exercent inimicitias, praesertim vero in me unum eorum oculi et ora conversa sunt. Quippe qui, nullis meis meritis, superiorem locum in hac religione Ruthena obtineo, a quo me deturbare summis contendunt viribus, quo deinde facilius Metropolitam et Episcopum Wladimiriae schismaticum habeant, et ita demum Sanctam Unionem rescindant, ac penitus in nihilum redigant. Neque dubitandum est, quin votis eorum optatus contingat eventus, si alterutra dignitate homo Schismaticus potiatur. Testis est rerum omnium conscientius Deus, me nunquam hanc Metropolitanam dignitatem ambiisse, contentus solo Episcopatu Wladimirien vixi, magis subesse quam praeesse optans. Ita nihilominus visum est Antecessori tuo, beatae memoriae Clementi octavo, qui non ad meam (ut conceptis verbis ipsius utar) vel alicuius pro me petitione, sed proprio motu, intercedente Ser.mo Rege, hoc oneris potius quam honoris humeris meis imposuit. Cum vero diligenti inquisitione (f. 66) perpendisset, exiguis redditibus dotatam, siquidem omnibus ad calculum revocatis vix mille florenos annuis redditibus numerari valet, Episcopatum quoque Wladimirensem mihi contulit, ita honestius pro dignitate vivere possim. Quatuor tamen millia haec duo coniuncta beneficia non excedunt. Hac isti utraque dignitate me exuere machinantur, et in humili persona mea, tuam, Sanctissime Pater, angelis ipsis venerandam potestatem in Rhussia infringere conantur. Ista sunt quae nos sollicitos reddunt, et sua paterna viscera iure optimo commovere debent. Igitur de Unione Sanctissima agitur, de auctoritate Sanctitatis Vestrae agitur, ac extremum in perpetuum dedecus huic negotio minatur. Avertat Deus, ut hoc quod ferme universus christianus orbis non pridem incredibili laetitia summa cum gratulatione R.E. fama excepereat, nunc tandem iterum collapsum doleat, et ingemiscat.

Vix de hoc scriptae literae et monumenta doctissimorum Virorum percrebuerunt, et iam petulantissima lingua insectari, sacrilega manus praescindere audebit? Age, supplices petimus, S.me Pater, et primum suis sanctissimis precibus Christum Dominum voce Petri, cuius germa-

nus successor es, excita. Deinde piissimum Regem, nec non Ill.mum Cardinalem literis tuis (quas primo quoque tempore exosculari cupimus) hortare. Nuntium quoque Sanctitatis Vestrae praesentem, Rev.mum D. Franciscum Simonetam (qui nobis nuper literas desideratissimas et humanissimas Sanctitatis Vestrae reddidit) cum caeteris Episcopis admone. Catholicos quoque Proceres sua pastorali voce expergescere, ut nos suo patrocinio tueri non desistant, Unionem Sanctam tueantur. Aderit, haud fallor, tam piis conatibus Deus, cessabunt horribiles procellae. Sin minus (quod omne a nobis Deus procul avertat), quid nobis amplius expectandum erit? Neque enim eorum insolentissimam insaniam aspiscere, vel aequis auribus nostris audire poterimus? Reliquum erit, excusso pulvere ingratae Patriae pedibus nostris, ad Sanctitatem Vestram, tanquam Patrem et Pastorem recurrere. Et istum, qui adhuc restat, aetate et aegra valetudine spiritum confractum, apud pedes Sanctitatis Vestrae exalare. Sed iam praestat, faventis omnibus fausta omnia Sanctitati Vestrae praecati, finem scribendi iam ponere. Vive felix, Pater Beatissime, et gloriae Dei gregisque tui incolumitati, ut facis, servias et tuis bene meritis maximum cumulum adiicias.

Datum XV Kalendas Februarii, Anno Domini 1607.

Sanctitatis Vestrae humillimus servitor

Hypatius, Archiepiscopus, Metropolita totius Russiae (mp)

(fol. 66v): S.mo ac B.mo Patri et Domino Nostro Clementissimo Paulo V. Divina Providentia Pontifici Maximo (sigill.).

28.

Varsaviae, 15.VI. 1607.

Instantia Metropolitae pro erectione Seminarii in Russia.

ASV, Fondo Borghese, I, vol. 512, fol. 27r, 31v.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Cum multa sint, quae me vehementer angunt in hoc Regno, summa et effrenata Nobilium licentia, non vera libertas, factiones potentiorum, armorum strepitus, clamores Nunciorum quorundam terrestrium adversus Sanctam Unionem insurgentium et omnia mala, ni dissolvantur, minitantum, aliaque id genus; nihil est tamen, Beatissime Pater, quod me magis cruciet, et ut ad extremum spiritum vitae minus tranquille claudere faciat meos oculos, quam timor, ne post meum obitum non adeo firma et constans futura sit Unio. Id ne contingeret creberrimis literis, et supplicationibus adeo fatigavi, qui Sanctitatem Vestram antecessit, Clementem octavum, ut et ipse fatigatus amplius rogare destiterim. Enixe

petebam, ut liberalitate Summi Pastoris Seminarium aliquod in gratiam Rutenorum erigeretur, quo beneficio animi Schismaticorum mitigarentur, quando nulla res aequa atque beneficia obstringunt homines, ubi posset Rutena Nobilitas sanis literis, et christianis moribus imbui. Inde quippe tanquam ex fonte digni operarii prodire debebant, ut non esset opus in posterum bigamiae et trigamiae dispensationes quaerere, quod in praesentia accidit ex occasione Episcopatus Luceorien. Ruteni vacantis,¹² ut Sanctitati Vestrae ex aliorum relatione constabit. Pollicitum illud quidem non semel fuit, saepius a nobis efflagitatum, sed nunquam praestitum, forsan tantum bonum a praestatione impeditum, oppressum, et obrutum. Sed ecce Sanctitas Vestra divinitus huic rei destinata, quae ea damna egregie resarcire potest. Novimus charitatem Christi te urgentem, novimus ferventem zelum, et Italiam, quod in omnium votis erat, pace frui gratulamur. Praeripiatis Sanctitas Vestra successoribus suis istam laudem, quando et opportunitas temporum, immo vero extrema necessitas istud postulat. Atque utinam, uti spero, pastoris amantissimi vocem audiamus, et vigilantissimi nuntium laeti excipiamus, quo haec optata re ipsa praestentur. Quod reliquum est D.O.M. Sanctitatem Vestram diu incolumem servet, et per vos nobis benedicere dignetur.

Varsoviae, 17 Calendas Julii 1607.

Sanctitatis Vestrae humillimus servitor et apud Deum exorator
Hypatius, Archiepiscopus, Metropolitanus Ciowien
et totius Russiae (mp).

(fol. 31v): S.mo ac B.mo Patri, Domino Nostro Clementissimo, Paulo V. Pontifici Maximo (*sigill.*).

(*Nota Secretarii brevis*).

29.

Wlodimiria, 12. VIII. 1607.

Metropolita statum S. Unionis post Comitia Regni anno 1607 Pontifici Romano p[re] oculis ponit auxiliumque eius petit.

ASV, Fondo Borghese, I, vol. 512, fol. 146 rv.

Sanctissimo ac Beatissimo Patri,
Domino, Domino nostro Clementissimo

Desiderio tuarum humanissimarum literarum, Beatissime Pater, inexplicabili quadam flagrabam siti, quibus sin minus illam paternam opem toties nostris enixe postulatam epistolis, toties ab Antecessoribus

¹² Post obitum Cyrilli Terleckyj (1585-1607).

felicis memoriae S. Vestrae speciose pollicitam, nunc demum a Tuamet Sanctitate benigne promissam impartire dignareris, saltem Apostolicam benedictionem (quam aliis abunde concedere soles) contra ingruentes praesentium tempestatum procellas opponere, haud indignum summae in terris potestati tuae duceres. Parce, obsecro, Beatissime Pater, audaciae meae, neque id nimiae confidentiae, aut presumptioni adscribe, quod iniquitas praesentium temporum, et ipsa rei (me Christe) necessitas plane extrema scribere coegerit. In has enim angustias non occultis (ut antea) machinationibus adversariorum nostrorum, sed iam apertavi redacti sumus, ut de nobis et negotio Unionis S.mae actum esse in praesentia videatur, ni tuam auxiliarem manum, idque citra omnem moram, supponere benigne velis. Rem totam paucis perstringam.

Praeteritis Comitiis Regni, quorundam ambitiosorum hominum factione turbulentissimis, Schismatici nostri, ope Haereticorum adiuti, coniventia Catholicorum in spem facinoris perpetrandi erecti, tandem id obtinuerunt, ut lege sancta etiam iurato Schismatico post dicessum nostrum aditus ad Episcopatum et alias quascumque dignitates ecclesiasticas ritus nostri, nemine repugnante, pateat. Praeterea ut ex alterutra dignitate, episcopali dumtaxat, potissimum vero Archiepiscopali, sub poena lata cedere cogerer, quam non mea petitione, vel alicuius pro me intercessione, verum proprio motu beatae memoriae Clementis VIII, Antecessoris Sanctitatis Vestrae, iustas ob causas obtinui. In hoc autem callidissimorum hominum technas quis non videt? id enim procul dubio in animo agunt, id machinantur, quo citius, me adhuc vivente, et viidente, hostis Ecclesiae vacantem aliquam dignitatis Sedem occupet, et Unionem rescindere impie presumat. Quo cum nihil iniquius, tum potissimum S.mae Unioni perniciosius, ad extremum auctoritati Sanctae Sedis Apostolicae iniuriosius hac ex parte nihil excogitari potest (f. 146v). Haec autem iniquissima lex quominus promulgaretur, nequicquam pro mea virili obviam ire contendi, nulli labori, nullis molestiis peperciri, non somnum oculis meis, neque palpebris meis dormitionem dedi. Testes sunt locupletissimi boni omnes, testis ipse rerum omnium conscius Deus, cuius solius gloriae haec mea qualiscunque desudat pella, in tantis praesertim odiis atque invidiis perditissimorum hominum, qui hoc sibi persuadent Unionem, me vivente, nequaquam disolvi, aut laedi posse. Cum apertissime videant, et saepe experiantur quicquam a me dulcius, aut charius aestimari quam ut illa sarta tecta ab insultibus eorum conservetur. Hinc omnium in me inimica ora infestique oculi conversi sunt; consequenter meos honores dedecori, meam vitam perpetuae poenae sibi esse perperam arbitrantur, quorum ego pertinaciam non solum ex divinis eloquiis perstringere, sed etiam rationibus politicis convincere

non desisto. Verum enim vero post tot exanthlatos labores, attrita studia, reliquum consilium mihi fuit Sanctitati Vestrae praesentibus literis significare, ut pro sua clementia, et cura pastorali Sanctitas Vestra ad hanc rem sedulo viscera charitatis suae convertere dignaretur, ne ex hac parte Unio S.ma aliquid irreparabilis damni capiat, neve cum incredibili nostro dolore nec non dedecore, potissimum vero Apostolicae Sedis vilipendio collata semel, eiusdemque Sedis benedictione confirmata dignitas, a nobis iniquissime tollatur. Alioquin nihil aliud superesset, quam proprio nidulo et patriae meae et gregi nuncio aeternum remisso, ad limina Beatissimorum Apostolorum tanquam ad sacrum asylium iter arripere, atque in ipsis pedum Sanctitatis Vestrae osculis, curis et aetate ingravescentem senectutem agere, tandem extrellum spiritum, expletis in amaritudine vitae meae diebus, Deo cum foenore foelicius reddere.

Certus enim sum, neque unquam fallet opinio, tuam mihi, Beatissime Pater (pro cuius Sedis autoritate tuenda, tantum mihi certaminis susceptum est), non defuturam clementiam, quam semper SS.mi Antecessores tui omnibus sub umbram alarum suarum confugientibus cumulatissime exhibuere. Interim Deum Omnipotentem, cuius vices geris, exorare non cesso, ut Beatitudinem Tuam nobis et Ecclesiae suae sanctae hisce praesertim difficillimis temporibus quam diutissime ac foelicissime conservet incolumem.

Datum Wlodimiriae, pridie Idus Augusti Anno 1607.

Sanctitatis Vestrae humillimus servitor

Hypatius, Archiepiscopus, Metropolita Kiowiae
et totius Russiae, Episcopus Wladimiriensis (mp).

30.

(*Ex Russia, ... 1607*).

Metropolita Hypatius de plurimis rebus et negotiis refert et expetit.

ASV, Fondo Borghese, I, vol. 512, fol. 9r-10v.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Expecto Sanctitatis Vestrae Apostolicam benedictionem, quam prioribus meis litteris, per me ante tres menses exaratis, summopere efflagitabam; et tantam benignitatem Beatitudinis Vestrae ex animo gratulatus sum. Modo itero preces, tibi Beatissime Pater, a Deo Opt. M. tum optimam valetudinem tum vires supernas, nobis a te favorem tuum et auxilium postulans. Zelum tuum divinum et studium singulare propagandae Sanctissimae Religionis, quo flagras, multi praedicant, erga nos quoque bene affectum esse, et ad promovendam atque amplificandam

Sanctam Unionem paratum intelleximus. Deo ac Superis gratias agimus; illi quidem, quod talem pastorem praefecerit, ipsis quod eum nobis impe-traverint. Quocirca religiosissimo patri fratri Petro Carmelitano, Sanctitatis Vestrae concionatori,¹³ qui nos de tua apostolica charitate certiores fecit, quae nostro negotio apprime commoda fore putavimus, ut ea transigat apud Sanctitatem Vestram enixe petimus. Istud mihi superest, ut Sanctitati Vestrae significem: nonnulli Ruthenorum schismatici Dia-conum quendam, falsis oneratum criminibus, ad Tribunal trahebant sae-cularium. Ille miser meum implorabat auxilium, et ad me confugiens iudicari non recusabat. Sed egregii illi, neglecta mea iurisdictione, apud iudices profanos, quorum maior pars erat Haereticorum, causam dicere maluerunt. Haeretici non dissimiles, imo et peiores ipsismet Schismaticis, eiusmodi ediderunt decretum, ut me prorsus omni iurisdictione, quan-tum ad eos spectat, privarint, et ad Patriarcham Constantinopolitanum remiserint. Ego tantam iniuriam non sum passus, sed eos coram Ser.mo Rege citatos esse volui. Hac in re, prout in me, in plerisque aliis, non potest dici quantum me auctoritas Nuntii Apostolici apud Ser.mum Regem iuverit. Sed et clarissimus vir, Cancellarius M.D. Lithuaniae,¹⁴ acer-rimum se defensorem et patronum praebuit. His ego cuperem ut a Sancti-tate Vestra in favorem nostrum gratiae agerentur, praesertim Cancel-lario, qui toto conatu perpetuo nostram causam apud omnes egit, auctoritate defendit. Quin ob eam rem (f. 9v) maximam apud haereticos invidiam sibi comparavit. Hunc tantum virum, collaudato eius studio, ad nos tuendos, quemadmodum facit, excitare, atque ut nos quam com-mendatissimos habeat, mandare in paterna cura Beatitudinis Vestrae non videtur esse alienum, nobis pernecessarium. Neque enim tantum in iudicialibus causis, sed plane in multis aliis rebus est nobis tantus vir utilissimus. Extant illius pietatis non pauca praeclera monumenta, quae religionem catholicam longe lateque augent, et amplificant.

Monasteria Ritus Romani et Graeci virorum, virginum, ecclesiae, capellae maximis sumptibus exornatae, proventibus honestissimis do-tatae. Auctoritas tua, tanti Pastoris, Patris, Domini, credat mihi Sancti-tas Vestra, eum ad eiusmodi heroica facinora prosequenda firmabit, atque animum eius quodam modo retardatum erigit, retardatum inquam, non

¹³ Cfr. supra, sub nr. 7. Hic quasi procuratorem Metropolitae in Urbe egit, eiusque nomine plura negotia ecclesiastica pertractabat.

¹⁴ Leo Sapieha, Cancellarius Lithuaniae (1589-1623); hisce temporibus Cancel-larius Lithuaniae plurima Brevia laudatoria eius zeli religionis obtinuit. Cfr. *Docu-menta Pontificum...*, vol. I, Romae 1953, *passim*.

enim ignoro quantum ipsi controversa causa cum Narbuto¹⁵ negotii facesserit, quam tum eum a piis operibus distraxerit, quam ingentes expensas consumpscerit. Qua utinam nunquam in rerum natura extitisset. Narbutus enim quamvis non causa caderet, quod tamen nunquam assequetur, profecto non efficiet, quin idem ille semper sit, quem tota Lithuania optime novit. Siquidem hoc valde certum atque exploratum habeo, cum adolescentes nobiles non pauci essemus a servitiis, ut mos est Polonorum, Palatini Vilnensis, Patris Cardinalis Radivili, atque in locum ac numerum Nobilium, nescio cuius favore, ipse Narbutus pervenisset, nemo nostrum erat, qui eum natalium ignominia non notaret. At Cancellarius quamvis obtinuerit causam, quid inde lucratus est? Dolimus multi, quod dignitas tanti Senatoris catholicissimi cum homuncione haeretico decertavit. Sed iam palmam victoriae cum bonorum virorum maxima laetitia veritas consequuta fuerat. Ecce autem modo denuo causa pululare dicitur, et sane quidem per Narbutum nunquam finem sortietur; est enim ingenium hominis valde inquietum, atque inverecundum. Neque ista dici a me aliquis existimet, quod Cancellario contra verum, et conscientiam faveam. Itaque, Beatissime Pater, (f. 10r) si quid valet apud Sanctitatem Vestram mea deprecatio, illud valeat, ut controversia haec, si Romae definienda est, quam citissime, cum minima partium expensa, decidatur. Non enim dubito, quin quod integerrimus vir, Vilnae Pontifex, decrevit, quod item flos integritatis Rangonius, Nuntius Apostolicus, cuius virtuti similes Nuntios paucissimos antea Polonia vidit, iure optimo sanxit, illud idem ratum ac primum Romana quoque Curia sit habitura. Quod reliquum est, ad Sanctitatis Vestrae beatissimos pedes provolutus, benedictionem postulo.

Sanctitatis Vestrae humilissimus servitor

Hypatius Pociey, Metropolita Kiowiensis.

(fol. 10v): Sanctissimo et Beatissimo Patri, Domino Nostro Clementissimo, Paulo V. Pontifici Maximo (*sigill.*).

(*Nota Secret.*): Sine die, et Consule. Hypatii Pociey, Metropolitae Kiowiensis.

Expectabat benedictionem S. Sanctitatis quam prioribus literis summe efflagitabat, et dignitatem Pontificam S. Sanctitati est gratulatus.

Petrus Carmelitanus aget nonnulla cum S. Sanctitate eius nomine.

Cum nonnulli Ruthenorum Schismatici, eius neglecta auctoritate, Diaconum quendam traherent ad tribunal saecularium, iudices illi eum

¹⁵ Agitur de quodam Nobili lithuano, quem ut hominem sat sinistram indolis ex propria experientia praesentat.

omni iurisdictione privaverant, ad Patriarcham Constantinopolitanum remisso. Quare ad Regem Poloniae confugit, eius implorans auxilium.

Favet eius causae Nuntius Apostolicus omni studio, una cum Cancellario Lithuaniae, cuius vellet in se officia laudari a S. Sua.

Commendat Sua Sanctitas causam quam idem Cancellarius habet cum quodam Narbuto, de cuius ingenio et moribus nimis multa etc.

Al S.r Malacrida.

31.

Leopoli, 27. VIII. 1608.

Hypatius Potij Eustachio Tyssarowski, Episcopo Leopoliensi nominato et extra fines Regni consecrato; queritur de laesione iurium Metropolitae Kiovensis eumque in iudicium coram se habendum citat.

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, p. 443-445.

PELESZ J., *Geschichte der Union...*, vol. II, fol. 106, n. 169.

Nobili Jeremiae Tessarowski, qui te asseris Episcopum Leopolensem, Haliciensem, Camenecensem.

Notum est nobis, quod tu, insciis nobis, apud Regiam Majestatem etc. Ep.patum Leopoliensem et Haliciensem Sedem Metrop. etc., quae ab antiquis saeculis subjecta erat Metropolitis Kiovien etc. Ep.pi Halicien. fuerant prius dumtaxat Vicarii Protopresbyteri ab Archiepiscopo r.l. Leopolien. dati, a Metropolita autem Kiovien. Halicien. approbati etc. deinde, non pridem elapsis temporibus, sub Metropolita Kijoviensi, Haliciensi Macario,¹⁶ ad requisitionem Procerum, Presbyterorum Leopolensium et D.D. nonnullorum Nobilium nec non vulgaris populi...

Iste ergo Metropolita Kijoviensis, Haliciensis et totius Russiae Macarius quemdam Macarium Rafalowicz Tuczapski¹⁷ in Episcopum consecravit, factoque eo Episcopo suo Curiali, illi Vicariatum Haliciensem et Leopoliensem commisit ipsi, una cum Protopresbyteris, simplicemque Episcopatum formavit ideo, quia nimis procul ad Metropolitanum in Lithuaniae mittendum erat pro consecratione Presbyterorum et Diaconorum, tum pro consecratione ecclesiarum Dei, antemensium aliarumque causarum spiritualium expeditione, potestatem tamen et superioritatem non cessit ei, imo ille Macarius Tuczapski, primus Episcopus Leopolien-

¹⁶ Metropolita Kiovensis — Macarius II (1538-1555).

¹⁷ Macarius Rafalovyc Tuczapskyj, primus episcopus eparchiae Leopoliensis, anno 1539 erectae. Cfr. librum M. STASIW, *Metropolia Haliciensis — Eius historia et iuridica forma*, Romae 1960, parte I, cap. 2.

sis, tanquam Vicarius Metropolitanus dedit illi, Metropolitanae Kijoviensi, Haliciensi et totius Russiae, Literas sponzionis, appromittens suo omniumque successorum suorum nomine Metropolitanae Macario, omnibusque Metropolitanis et eorum successoribus nihil superioritatis Metropolitanae sibi appropriaturum, sed semper jurisdictioni et obedientiae Metropolitanae Kijoviensis, Haliciensis, tanquam domini et pastoris sui subesse, ad quorum effectum si acciderit Ecclesias consecrare, tunc non nomine suo, sed nomine Metropolitanae, uti immediati domini et pastoris sui, antimensia subscribere, ipse et cum futuris successoribus Ep.pis Leopoliensibus et Haliciensibus, in perpetuum spondit. Insuper omnium proventuum, tam ex contributionibus a presbyteris, quam aliis accidentibus, quaecumque reperientur, medietatem Metropolitanae, Domino et Pastori suo comportare, secundam autem mediatatem sibi pro labore percipere declaravit.

Si vero in quocumque excesserit, exnunc se subjectum poenis summis obligat, et certam summam pecuniariam vadii Serenissimo Regi et Ill.mo Metropolitanae soluturum se assecuravit, imponendo hanc obligationem sibi ipsi, et omnibus successoribus suis, Ep.pis Leopoliensibus, in perpetuum. Quae omnia fusius in scripto dicti Macarii Tuczapski sunt expressa.

At tu, Tessarowski, expedito tibi hoc Episcopatu a Serenissimo Rege sine licentia nostra, illam Sedem nostram occupasti et appropiasti, non suscepta a nobis, Pastore tuo, consecratione, iuxta ordinationem et ritum ecclesiasticum, sed, uti habemus notitiam, quod alicubi extra limina huius dominii Regni Poloniae excurrens, contra libertatem iurum Regni et contra morem antiquum, et contra privilegia, quibus diligentissime praecaustum, ne quis ab advena alieno constituatur, sin secus, non solum constitutus verum et constituens degradari debebunt... actu non tuam Sedem, sed metropolitanam occupasti, uti servus Metropolitanae Kijoviensis juste vales a nobis pastore suo... ad statum episcopalem promoveri. Proinde mandamus tibi autoritate nostra metropolitanam, quatenus ex hac citatione nostra... habeas pro prima, secunda, et tertia coram nobis Archiepiscopo te justices personaliter aut per procuratorem ab intimatione huius citationis in sede Leopoliensi ad ecclesiam... Sancti magni Martyris Georgii sexta septimana, ubi pro tunc cum cancellaria sua fuerimus, sub poena excommunicationis irremissibilis omnino.

Datt. Leopoli, aetate Dei nativitatis 1608, Mense Aug. vigesima septima.

(*Locus sigilli*)
(*Sequitur legalitas in forma*).

Hypatius, Archiepiscopus.

32.

Leopoli, 8. IX. 1608.

*Metropolita Hypatius Potij Nuntio, de provisione Ecclesiae Luceoriensis
in persona Malinskyj.*

ASV, *Fondo Borghese*, ser. IV, 79, fol. 315 (*copia*).

MUH, vol. I, pag. 286-287, nr. 440.

Ill.me ac R.me D.ne, D.ne colendissime.

Binas nuper accepi ab Ill.mo Domino Castellaneo Cracoviensi,¹⁸ quibus nihil aliud contendit quam ut a Malinscii consecratione abstineam, alioquin non solum manus amovere ab hoc sancto proposito promovendi SS.mam Unionem minatur, verum etiam hostem se manifestum fore profitetur. Sed ut melius sensum eius Ill.ma Dominatio Vestra perspectum habeat, exemplar literarum, quas ad me scripserat, Ill'mae Dominationi Vestrae ex lingua nostra vulgari in latinum ad verbum translatas mitto; quod ut facerem, ipsem et enixe petiit.

Non detinebo pluribus Ill.mam Dominationem Vestram; ad extremum addam, quod sentio, istius negotii valde perplexum esse exitum. Unde quid faciam nescio. Ultimum atque praestantissimum consilium et remedium ab Ill.ma Dominatione Vestra expecto et supplex efflagito. Mea interim officia pristinae humanitati atque benevolentiae Ill.mae Dominationi Vestrae studiosissime commendo.

Datae Leopoli, 8 septembbris 1608.

Ill.mae Dominationis Vestrae humillimus servus,

Hypatius Metropolita.

[fol. 315v, tergo] Castellani Cracoviensis ad Metropolitam. Misit Nuntius apud Regem Poloniae 5 octobris 1608.

33.

(Cracoviae), 8. XI. 1608.

*Nuntius Simonetta Metropolitae Hypatio Potij, de Inquisitione de vita et
moribus Eustachii Malinskyj, nominati episcopi Luceoriensis ritus Graeci.*

ASV, *Fondo Borghese*, ser. IV, vol. 79, fol. 344rv (*copia*).

MUH, vol. I, pag.

¹⁸ Janusius Ostrožskyj, Castellanus Cracoviensis (1592-1620), filius Constantini, acerrimi oppugnatoris Unionis Berestensis. Janusius tamen erat catholicus contra voluntatem patris. Ad hunc plurima dantur Brevia Pontificum, intercessoria vel gratulatoria. Cfr. *Documenta Pontificum*, vol. I, Romae 2953, passim.

Franciscus etc. Ill.mo ac R.mo D.no Hippatio Pociei, Archiepiscopo Metropolitano Kioviensi, Haliciensi et totius Russiae. Exponi nobis nuper fecit admodum R.dus D.nus Eustachius Malinski, nominatus Luceoriensis et Ostroviensis ritus Graeci,¹⁹ esse nonnullos, qui quaedam ei crimina et defectus, a quibus, ut ipse dicit, longe abest, obiicendo impediunt, ne ei consecrationis munus a R.ma Dominatione tua impertiatur. Quomobrem a nobis instanter petiti, ut omnibus et singulis praedictis litteris nostris ad valvas ecclesiae cathedralis Luceoriensis affigendis denunciaremus, ut si quae iudicialiter crimina ac defectus huiusmodi ei obicere intendunt, quae si vera essent, dictum consecrationis munus impedire valerent, id intra aliquem terminum competentem, sive per testes, sive per alias cuiusvis generis probationes legitimas coram nobis et iudicio nostro facere omnino teneantur. Alias eo termino elapso et nihil huiusmodi probato auctoritate apostolica nobis concessa et qua fungimur in hac parte R.mae Dominationi tuae committeremus, ut ad illius consecrationem, sine longiori mora procederet. Nos igitur, ut huiusmodi petitioni tamquam iustae et rationi consonae locum dandum esse censuimus, ita gravissimis negotiis, iisque publicis occupati, R.mae Dominationi tuae, cuius prudentiae, integritati et aliis virtutibus plurimum in Domino confidimus, auctoritate apostolica praedicta committendum esse duximus, prout per praesentes committimus, ut omnes et singulos praedictos ac alios quoscunque, quorum interest, intererit aut interesse poterit, intimet, insinuat et notificet ac ad eorum noticiam deducat, citationibus suis publicis ad valvas ecclesiae cathedralis Luceoriensis affixis, seu etiam alibi, si ita expedire iudicaverit, quatenus intra terminum competentem et sibi bene visum omnes supradicti et quilibet ipsorum, qui in personam dicti D.ni Malinski seu eius mores opponere et contradicere velint, compareant legitimate coram R.ma Dominatione tua medio eorum iuramento opposituri, deposituri, contradicturi et allegaturi quidquid voluerint, quare consecratio dicti D.ni Malinski fieri non debeat, quas deinde testium et personarum depositiones, allegationes (f. 334v) et contradictiones, manu notarii publici notatas, clausas et obsignatas ad nos per certum hominem transmittendas quamprimum curabit, pro iustitiae complemento. In quorum fidem etc.

¹⁹ Negotium Eustachii Malinskyj, Nominati Luceoriensis, qui eparchiam obtinere non potuit, praesertim ob oppositionem nobilitatis sibi adversae, imprimis principis Janusii Ostrožskyj, Castellani Cracoviensis, et vix unquam consecratus fuit a Metropolita. Eparchia vero interim vacabat, inter varias factiones nobilium distracta et non Unitis semper audacter instantibus in vita sociali et in Comitiis Regni Poloniae.

(fol. 351v) Exemplum commissionis in causa D.ni Malinski, nominati Episcopi Luceoriensis ritus Graeci, factae in personam Metropolitae Chioviensis.

(*In Curia Romana additum*) Misit Nuntius apud Regem Poloniae 8 Novembris 1608.

34.

Warsawiae, 28. II. 1609.

Metropolita Petrum Arcudium ad Urbem proficiscentem in negotiis Ecclesiae Ruthenae Paulo V recommendat.

ASV, *Fondo Borghese*, II, vol. 75, fol. 64rv.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Nihil mihi esset antiquius, Beatissime Pater, quam ut iterum videarem urbem, Principum Apostolorum gloria sepulchra venerarer, et sanctissimos tuos pedes instar Christi Domini, cuius in terris vicem geris, deoscularer. Verum et longitudo itineris, et senectus ipsa, quam propria mala comitari solent, et quod amplius ipsa Dei causa, quam sustineo in defendenda Unione, quae meam praesentiam postulat, efficiunt, quominus huic meo desiderio et officio satisfacere queam. Quare, Beatissime Pater, Petrum Arcudium presbyterum Graecum,²⁰ virum in primis pium et eruditum, Romano itineri destinavi, qui Sanctitatem Vestram de praesenti statu nostrarum Ecclesiarum certiore faciat. Eum veluti de nobis et S.ma Unione a multis annis bene meritum, si Sanctitas Vestra t(ut spero, et opto) benigne susceperit, et ad nos, transactis feliciter postulatis, ut quam primum redeat effecerit, rem non modo gratam, sed et necessariam praestabit. Quod reliquum est, Sanctitatem Vestram quam optime atque diutissime valere cupio, et una cum meis Apostolicam benedictionem efflagito.

²⁰ Petrus Arcudius, presbyter graecus, alumnus Collegii Graeci de Urbe, qui iam an. 1589 erat in Russia, in serviciis episcopi latini Luceoriensis, Bernardi Maciejowski, et dein secunda vice ab anno 1596, missus a Clemente VIII in adiutorium episcoporum Ruthenorum. Remansit apud Metropolitam Kioviensem Hypatium forsitan ad annum 1609, quo anno missus fuit «ad limina» apostolorum nomine Metropolitae, e qua missione forsitan non amplius rediit in Russiam, allectus commodioribus circumstantiis in Urbe; obiit anno 1633 in Urbe. Cfr. articulum G. MYKOLIW, *Petrus Arcudius — auctor «Antirhesis»*, in *Analecta OSBM*, vol. IV, pp. 79-94, Romae 1963.

Datum Warsawiae, pridie Kalendas Martii, Anno Domini 1609.

Sanctitatis Vestrae humillimus servus

Hypatius, Archiepiscopus, Metropolita Kiowiae
et totius Russiae (mp).

(retro): *Nota Secretarii*: Varsaviae, ultima februarii 1609. Metropolita Kioviae.

35.

Warsawia, 28. II. 1609.

Epistola, qua Metropolita statum suae Ecclesiae repreaesentat, quam Petro Arcudio ad «limina» proficiscenti dedit, ut Paulo V eam praesentaret.

ASV, *Fondo Borghese*, II, vol. 75, fol. 65r-66v.

Sanctissime ac Beatissime Pater,
Domine, Domine Clementissime.

Officium perurget me meum, ut de statu Ecclesiae nostrae Ruthenae, nec non de successu negotii S.mae Unionis pro more, et consuetudine recepta Sanctitatem Vestram certiorem reddam. Enimvero toto animo, et pectore gestiebam iterum limina Apostolorum invisere, ac montem illum sanctum Sion, in quo bene placuit Domino, ingravescente licet hac aetate mea, ascendere, ut exanthlatis tot laboribus, in ipsis osculis vestigiorum Sanctitatis Vestrae debitum naturae (si ita Deo placeret) persolverer. Hisce tamen votis ac optatis sollicitudo mea pro domo Dei minime perfrui patiatur. Quapropter hoc officii muneris mei quam primum committere opere precium existimavi Petro Arcudio, praesbytero Graeco, Viro in primis pietate ac doctrina ornato, tum etiam, quod praeципuum est, de Ecclesia bene merito, qui submisso deosculatis pedibus Sanctitatis Vestrae, et sedula commendatione officiorum subiectionis nostrae praemissa, haec uberior et explicatius Sanctitati Vestrae referre conabitur, modo benevolas illi aures Sanctitas Vestra, pro sua singulari clementia, concedere non dedignetur.

Post praestitam igitur Sanctae Sedi Apostolicae a nobis obedientiam, et innitam cum Ecclesia Romana Unionem variis, iisque adversis iactabamur fluctibus, quas subinde potentia illius principis Ostroziae, Schismatici, excitare contra nos non cessabat, quae adeo Catholicorum perstrinxerat animos, ut potius conniventia quadam illi obsequi, quam temere contra eundo cursum, quo intenderamus dirigere apprime consilium dabant. Nec immerito; multum enim potest temeritas armata, quae furore percita etiam unicuique arma subministrare solet. Interim dum pacatiora tempora, spe in adversis confirmato animo, expectare-

mus, periculis perturbationibus Respublica nostra, quorundam hominum nimia libertate abutentium factione excitata,²¹ agitari cepit, ut in tam turbulentis tempestatibus ultimum excidium huic florentissimo Regno imminere videretur. Placuit haec opportuna adversariis nostris contra nos agendi occasio, quam ipsi haud impigre, tanquam coelitus sibi datam, ambabus manibus arripuerunt, idemtidem verbis illis abutentes: Pereat anima nostra cum inimicis nostris. Quapropter cum piissimus Rex cum optimo Senatu de restituenda Respublicae afflictae optatissima pace conventum generalem haberet, omnem lapidem movere iuratis animis, idque instinctu haereticorum, ac ope non dubitabant, quo nos dignitate, libertate, ipsa etiam vita (si possent) privarent, aut, quod deterius est, rescissa hac Unione, ad pristinum Schisma amplectendum revocarent, atque illam, quam Sedi Apostolicae Sanctae obstrinxeramus obedientiam, Constantinopolitano Patriarchae restituerent (f. 65v). His tamen conatibus impiis restitit Deus, et consilia illorum experte dissipavit. Si quidem extorquerent, ut vigore Comitiorum quaedam constitutio sanciretur, quae licet sub obscuris et ambiguis verbis scripta esset, summa tamen fundamenta negotii Unionis petebat, et nostrarum Ecclesiarum immunitates evellebat. Ferendum erat tantisper aequo animo, ut paci publicae inservirem, huiusmodi praeiudicium, Deo et meliori tempori causam nostram committendo. Neque hac concepta expectatione frustrati sumus, nam Deo cuncta suaviter disponente, Princeps ille schismaticus interim ex hac vita migrat. Respublica nostra dulcissima pace, sopitis civilibus discordiis, donatur. Nobis quoque rebusque nostris meliora expectandi, spes nonnulla sese ostendit.

Non praetermittunt Regem Praesules et quidam catholici Proceres auctoritatem suam hoc in negotio interponere, et praesentem opem, si quando opus est ferre. Praesertim cum apertissime videant piissimum Regem nostrum nihil magis in votis habere, quam ut religio catholica sarta tectaque servetur. Non deest studium Ill.mi Nuntii Sanctitatis Vestrae qui pro sua singulari prudentia, ita cuncta prospicit, ita curat, ut hoc institutum nostrum aliquando finem suum optatum foelicissime sortiatur. Sed hoc totum, post Dei immortalis providentiam, Sanctitatis Vestrae paternae charitati, et pastorali curae acceptum referre putamus. Neque enim nos latet, quam frequenter hoc ipsum ut facerent, Sanctitas Vestra habere se gratum Apostolicis brevibus ostenderet, et ad hoc officium obeundum plurimos hortando excitaverit. Effecisti, Beatissime

²¹ Agitur, ut videtur, de rebellione Nobilitatis polonae sub ductu Nicolai Zebrzydowski, Palatini Cracoviensis (an. 1606-07), s.d. « rokosz ».

Pater, ut maiori fiducia assurgant qui istud negotii ne digito quidem antea attingere dignabantur; illi vero liberius atque constantius operam suam praestare non vereantur, qui nobis semper benigni fuere; haud quaquam metuentes, ne minus Deo et hominibus placeat, quod intelligent tanti Pontificis voluntate hoc muneric a se impendi. Perge igitur, Beatissime Pater, perge inquam, clementissime Pastor universi Christi gregis, egregium Pastorem ac doctorem gentium imitari, qui dixit: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis uritur et ego non uror?* Reliquum nunc est, ut quibus potissimum mediis hac Unio conservetur exponam.

Et quidem nemini dubium esse poterit, quia aliquo alio aptiori modo quam institutione et educatione accurata adolescentum, et ut clarius dicam: fundatione Seminariorum, ex quibus postea vel vigilantes Ecclesiae Dei pastores, vel saltem obedientes oves prodeant. Quod quidem ipso exemplo munificentiae suaे beatae memoriae Antecessores Sanctitatis Vestrae abunde dedicavere, presertim ille sanctae memoriae Gregorius XIII-us, cum pro tot iuvenibus diversae nationis in Urbe et extra Urbem in variis provinciis alendis, et in religione orthodoxa instruendis magnificos sumptus impenderit. Unde etiam felicis recordationis Clemens VIII prudenti consilio hoc ipsum perpendens, nobis pollicitus ultro fuerat primo quoque tempore pro gentis nostrae iuvenibus istic aliquos sumptus assignare. Sed iniuria temporum praepeditus, deinde morte praeventus hoc pium intentum suum exequi minime potuit. Spes tamen magna fuit, quam et exemplis, et ex relatione aliorum percepimus, Sanctitatem Vestram in hoc genere benevolentiae suaे gratiam nobis non denegaturam, quam nunc pedibus Sanctitatis Vestrae provoluti ut supplices efflagitemus rei necessitate constringimur. Alioquin, ut verum fatear, frustra ex hac terra vepribus Schismatis, et pertinacia horrente dulces fructus expectamus, nisi prius divina aspirante gratia eam excolamus, atque ex istis, qui adhuc restant dure cervicis senioribus, tanquam ex infelibus carduis pulchra lilia provocemus (f. 66r), quae sint apta ad contexendas Ecclesiae coronas. Non possum hic silentio praeterire, Beatissime Pater, eorum virorum miram constantiam, fidem, doctrinam, et perpetuam erga Sedem Apostolicam observantiam, qui quondam Romae in Collegio Graecorum instituti in patriam redierunt. Allicit nos summopere exemplum illorum, ut hoc ardentioribus votis a Deo et a Sanctitate Vestra supplices petamus. Certo certius nobis persuadentes id maxime futurum, ad cuius modo (finem faciendo) sanctam benedictionem submisse capita inclinamus et Deum O.M. pro diuturna valetudine et prosperitate Sanctitatis Vestrae assidue exorantes.

Datum Warszawiae, pridie Kalendas Martii, Anno Domini 1609.
Sanctitatis Vestrae humillimus servus

Hypatius, Archiepiscopus, Metropolita Kiowiae
et totius Russiae (mp).

(fol. 66v): Beatissimo Patri et Domino Nostro Paulo Quinto, Divina
providentia Pontifici Maximo (*sigillum*).

36.

Warsawia, 28. II. 1609.

*Metropolita Petrum Arcudium « ad limina » proficiscentem Cardinali Camillo
Burghesio commendat.*

ASV, *Fondo Borghese*, II, vol. 75, fol. 68rv.

Ill.me et Rev.me Domine. Domine Colendissime.

Mira humanitas tua, Cardinalis Amplissime, et singularis animi
propensio erga nos negotiumque nostrum effecit, ut Ill.mam D.V. hisce
meis literis appellarem, ac praesentissimum patrocinium implorarem,
idque non solum hac muta literarum voce, verum etiam vivo Reverendi
Petri Arcudii, presbyteri Graeci, sermone exposcerem. Cui quamvis pietas,
eruditio, et morum compositio aditum et gratiam apud Ill.mam D.V.
conciliare merito posset, nihilominus ne nobis ipsis aliqua ex parte deesse
videar, eum qua possum diligentia Ill.mae D.V. commando, ut gratia
et favore Ill.mae D.V., feliciter transacto iniuncto sibi a me officio, laetus
quam primum ad nos ex hac sacra negotiatione redeat. Quod nos ex animo
optantes Ill.mae D.V. iterum studia et officia nostra submisse commen-
damus, ac pro incolumitate et prospero rerum omnium successu Ill.mae
D.V. Dominum exoramur.

Datum Warszawiae, pridie Kalendas Martii, Anno Domini 1609.

Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae addictissimus servitor
Hypatius, Metropolita Kiowiae et totius Russiae (mp).

(retro): Ill.mo et Rev.mo Domino. Domino Camilo Burghesio, S.R.E.
Cardinali Amplissimo, Domino, Domino Observantissimo. (*sigillum*).
(*Nota Secretarii brevissima*).

37.

Anno 1611.

*Metrop. Hypatius Potij Card. Burghesio, de motibus bellicis in Ucraina;
de conditione christianorum sub iugo Turcico; de privilegiis Ruthenorum.*

ASV, *Fondo Borghese*, ser. III, vol. 128, fasc. d., fol. 115 (*copia*).

MUH, vol. I, pag. 298-299, nr. 472.

Litterarum supplementum (= Hypatii Potij, metropolitae)

Relationem a me de rebus nostris factam evulgari graves ob causas nolim; quod et ne fiat obnixe rogo. Vel si communicare cum aliquo visum fierit, parcus id, quaeso, neque me ulla prodat indicio. Scire Sanctissimum in quo nunc statu res nostrae sint, sat erit; praecipue quomodo praeter expectationem distineatur ab armatis, quos ille bello distinere voluit; et ubi terrorem incutere conatus est, timet forte ipsem sibi.

Lubet addere: quicquid de castris, militum numero, expeditionibus quoque versus annotavi, haec quasi omnia e late patenti Russia haberri. Provincia namque est solo fertilissima, rebus omnibus abundantissima. Cum vero finitima sit Moschis, Tartaris, Turcis, Moldavis, Valachis, Transylvanis, Hungaris, cum quibus et crebriores Russis conflictus, quandoque etiam bella, mirum in modum exercitio hocce perpetuo excellunt militia. Et vix credi alibi posset quantus militum numerus ex hac sola provincia conscribi queat et soleat. Imo etiam nunc quicquid motuum bellicorum est apud nos, universum militem sola pene suppeditat Russia, reliquis Regni provinciis ocio fere torpentibus.

Deteriori nunc conditione res christianorum sub Turcico iugo esse quam unquam alias, vel ex eo apparet, quod multi ad nos illinc comitant varias ob causas: personae etiam sortis non postremae. Quod apparebit inter alios, etiam in Methodio, metropolis Iberiae Archiepiscopo, qui, dum unionem cum Ecclesia catholica Romana appetit, futurus etiam in Urbe est. Quod et significare visum.

Privilegium Ruthenis graeci ritus, dum in unione cum Ecclesia Romana essent, olim concessum, si volet habere authentice et sub sigillo publico, mittam.

Adiunxi etiam folium, olim excusum, pro rerum nostrarum brevacula quidem, sat tamen exacta cognitione. Utilem eam puto fore ad plenius cognoscendum sive dignoscendum quicquid e partibus nostris eo adferetur unquam.

(fol. 120) Litterarum supplementum.

38.

Vilna, 8. VIII. 1612.

Caesar Baroffi, secretarius Nuntii, Card. Burghesio, de tyrannide Šuiski, falso Demetrio et patriarche Moscoviae; de Iosepho V. Rutskoj electo coadiutore metropolitae Kiovensis; de negotiis Unionis in territorio Moscoviae.

BIBL. APOST. VAT., Barb. lat., vol. 6577, fol. 34-35 (orig.).

Ill.mo et R.mo Signore, Padrone mio Colendissimo.

Dopo la morte di quel patriarca di Moscavia,²² che fù intruso dal Suiski già tiranno di quel principato et hora captivo di questa Maestà, con rimovere da quel grado il primo patriarca²³ che fu fatto da Demetrio; questo patriarca d'esso Demetrio essendo stato per tutto il tempo de la tirannide d'esso Suiski privatamente in monastero, hora dopo finito il dominato del medesimo, essendosi scoperto a' nostri, et intendendosi che la Maestà del Re fosse per inclinare a rimetterlo nella pristina dignità del patriarcato, è venuto alcuni mesi sono in questa città, dove è alloggiato nel monastero de la Trinità de l'Ordine di S. Basilio de' Greci uniti. Et il Padre Joseffo Velamin Rutski,²⁴ Archimandrita d'esso monastero, et hora nuovamente eletto Coadiutore cum futura successione del Metropolita di Chiovia et consacrato vescovo, che è quegli che fù alunno costì del Collegio de' Greci, et che da Nostro Signore fù dato in Roma al defonto Monsignor Nuntio per condurlo in queste parti, m'ha in confidenza come cosa di molta secretezza comunicato, che havendo egli per consiglio anche del sudetto Metropolita ch'era qui, et de gli altri Uniti, dati per trattenimento da leggere alcuni libri Greci ecclesiastici al soprannominato patriarca, et tra gli altri (f. 34v) il Concilio di Fiorenza con l'Henadio Scholario, già patriarca di Constantinopoli, sopra i cinque capi controversi per difesa d'esso Concilio Fiorentino, tutti in pura lingua greca, per gettar quasi un hamo a la sua conversione, il medesimo patriarca, dopo haver letti essi libri, da se stesso si lasciò intendere di restar persuaso da le ragioni provanti la verità de l'Unione con la Chiesa Romana, et che si maravigliava che gli scismatici stessero in così manifesto errore; ne la quale persuasione essendo stato confermato da le dimostrazioni addottegli dal sodetto Padre Rutski et da gli altri Uniti,²⁵ et persi-

²² Agitur verosimiliter de patriarcha Hermogen (1606-1612).

²³ Forsan agitur de Ignatio, Patriarcha Moscoviae (1605-1606), de quo in praesenti epistola, quae sat clare de eius inclinatione ad Ecclesiam Catholicam loquitur, imo eius professionem fidei catholicae, clam tamen, affirmat. Cfr. etiam alias epistolas, ut e.g. 40,42.

²⁴ Josephus Velamin Rutskyj, tunc temporis Archimandrita Vilnensis (1608-1613), et Episcopus Haliciensis nec non Vicarius Metropolitae per Lithuania (ab an. 1611), dein et ipse Metropolita Kiovensis (1613-1637) et Instaurator Ordinis Basiliani in Metropolia Kiovensi (ab an. 1617). De eius vita plurima prostant opera, praesertim in lingua ucrainica exarata. Brevem biographiam latinam et eius epistolas cfr. in nostra Collectione Documentorum Romanorum: *Epistolae Josephi Velamin Rutskyj, Metropolitae Kiovensis (1613-1637)*, Romae 1956.

²⁵ Nota est participatio in his colloquiis Josaphat Kuncewycz, tunc Superioris Vilnensis vel Zyroviciensis, dein Archiepiscopi Polocensis et martyris pro primatu Pon-

stendo sin' hora costantemente nel primo proposito, ha risoluto di fare giurata professione de la fede et di rendere obbedienza a la Santità di Nostro Signore, come farà in breve (se bene per ragionevoli rispetti secretamente) in mano di Monsignor Vescovo di questa città.²⁶ I disegni d'esso patriarca consultati con li sodetti Uniti (poichè presuppone d'essere rimesso nel patriarcato da la Maestà del Re, et d'essere aiutato et favorito gagliardamente ne' suoi pii propositi da la Maestà Sua) sono primieramente di tener secretissima sino a tempo opportuno questa sua unione; et in tanto con sue lettere che di proprio pugno scriverà a Nostro Signore, riconoscendo (f. 35) l'obedienza, supplicar la Santità Sua a mandargli da Roma due o tre soggetti peritissimi ne la religion Greca unita, i quali venendo quà a lui in habitò di monaci di S. Basilio, gli assistano perpetuamente, et gli siano indrizzatori per la promotione de la santa Unione in quelle parti, secondo che per il tempo et per le occasioni giudicheranno opportuno. Che essendo morti in questi anni la maggior parte de' Vladici overo vescovi di Moscova, et che tre o quattro che restano, essendo persone inquiete e dissolute, et indegne di quel grado, Sua Maestà ponga in tutti quei vescovati soggetti idonei et ben affetti a l'Unione, secondo che da esso patriarca col consiglio de' sopradetti suoi assistenti, mandati da Sua Beatitudine, saranno propositi a la Maestà Sua. Et che in più parti di quel paese si instituiscano da Sua Maestà et dal medesimo patriarca scuole et seminarii per il buono allievo de la gioventù, acciochè a poco a poco venga destramente ad essere instrutta ne' dogmi et instituti de la santa Unione. Così col favore del principe cattolico (se Dio per sua gratia secondarà i voti nostri con lo stabilire nel dominio di quella monarchia la Maestà del Re overo il principe suo figliuolo), con l'autorità del patriarca primate del (f. 35v) paese, a cui sogliono quei popoli prestare strettissima obbedienza, con l'aiuto de gli ordinarii de' luoghi posti nel modo soprasignificato dal medesimo patriarca, et con la buona institutione de la gioventù che s'andrà facendo col mezo de le sopradette scuole, stimano che si possa sperare col tempo grandissimo acquisto per la riduttione di quei popoli (che per essere per se stessi ordinariamente rozzi, et imperiti de' dogmi, sogliono essere facilmente persuasi dal'autorità de' loro Superiori) a la santa Unione, et a l'obedienza de la santa Chiesa Romana. Di tutto ciò m'è parso bene di dar conto anti-

tificis Romani (1623), demum vero Beati (ab anno 1643) et Sancti Ecclesiae Catholicae (1867).

²⁶ Episcopus Vilnensis latinus tunc temporis erat Eustachius Wollowicz (1600-1615), qui Ecclesiae Unitae multum favebat.

cipatamente a Vostra Signoria Ill.ma, a la quale per fine humilissimamente inchinandomi prego dal Signor Dio il compimento d'ogni maggior prosperità.

Di Vilna, gli 8 d'Agosto 1612.

Di Vostra Signoria Ill.ma et R.ma humilissimo e divotissimo servitore
Cesare Baroffi.

(fol. 36v) All'Ill.mo et R.mo Signore et Patrono mio Colendissimo,
il Signor Cardinale Borghese. Roma. (L.S.).

39.

Vilna, 10. XI. 1612.

Caesar Baroffi, Card. Burghesio, de propagatione S. Unionis; negotium commendandum Castellano Cracoviensi, Palatino Kiovieni et magno Cancellario Lithuaniae.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6577, fol. 67v-68v (orig.).

...Et poichè in questo Regno si potrebbe senza molta difficoltà far grandissima (f. 68) estirpatione de lo scisma de' Ruteni, et propagar ampiamente la santa Unione, solamente se alcuni Signori principali che sono cattolici, et che hanno ne' loro beni molte chiese d'essi scismatici, si risolvessero ad introdurre in esse chiese sacerdoti uniti, come facilmente potrebbono fare essendo padroni: perciò mi pare si potrebbe sperare non poco frutto, se Sua Santità con efficacia raccomandasse particolarmente questo negotio a tre de' primi senatori cioè al duca d'Ostrogia, Castellano di Cracovia, al Palatino di Chiovia, General del campo, et al gran Cancelliere di Lituania. Con altri Signori poi, che non sono senatori, ma che per la potenza loro possono apportar a ciò molto giovamento, potrebbe farne gagliardo officio a nome di Sua Beatitudine Monsignor Nuntio, o in voce, o per lettere.

Stimo parerà anco espediente a Sua Santità di toccar qualche cosa di Moscavia in materia di religione. Ma si come gli eventi di quell'impresa sono per ancora dubiosi et incerti, così incerti sono i giudicii, che di presente (f. 68v) si possano dare di quelle cose. Se avanti la Dieta seguirà qualche buon'effetto o per trattati, o per forza d'armi, potrà a suo tempo il nuovo Monsignor Nuntio rappresentar a Vostra Signoria Ill.ma quanto farà bisogno secondo lo stato de le cose occorrenti; et se sarà opportuno di scriver anch'al principe Vladislao.

Mando a Vostra Signoria Ill.ma nel'inserto foglio una nota de' Senatori più principali et di maggior autorità negli affari publici, a' quali Sua Beatitudine potrebbe scrivere li soprannominati Brevi. E quelli a

chi s'havrebbe a scrivere con maggior efficacia degli altri, saranno notati con questo segno di croce . Se si mandassero in oltre qualche Brevi in bianco, potrebbe occorrere a Monsignor Nuntio di valersene. Questo è quanto mi è parso di significare humilissimamente a Vostra Signoria Ill.ma, a cui per fine con la debita riverenza basciando le mani, prego dal Signor Dio ogni compimento di felicità.

Di Vilna, li 10 di Novembre 1612.

Di Vostra Signoria Ill.ma et R.ma humilissimo e divotissimo servitore

Cesare Baroffi.

40.

Vilna, 14. XI. 1612.

Caesar Baroffi Card. Burghesio, de professione fidei a patriarcha Moscoviae emissa.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6577, fol. 75 (orig.).

Ill.mo et R.mo Signore, Padrone mio Colendissimo

In risposta de l'ultime lettere di Vostra Signoria Ill.ma de li 29 di Settembre, m'occorre a dirle che se bene con una de le mie de li 7 di Settembre scrissi a Vostra Signoria Ill.ma, che 'l patriarca di Moscovia era partito di quà senza haver fatta la promessa professione de la fede, poichè la verità del fatto fù per molti rispetti così strettamente celata ch'io non potei in quel principio haverne notizia, nondimeno mi sono dopo assicurato ch'egli effettivamente la fece in mano di Monsignor Vescovo di questa città a la presenza di tre testimoni, et che la scrisse di suo pugno, si come di suo pugno parimente scrisse a Nostro Signore quella lettera di subiettione et obbedienza di cui accenai a Vostra Signoria Ill.ma con mie degli 8 d'Agosto, dopo che fece una confessione generale ad uno di questi Padri uniti. S'egli persisterà in proposito, si potrà sperar non poco frutto in quelle parti, tanto più havendo esso scritto quà a Monsignor Vescovo che la Maestà del Rè (cosa che non haveva per ancora fatto prima) gli havea promesso di certo di rimetterlo nel patriarcato...

(fol. 75v) Di Vilna, li 14 di Novembre 1612.

Cesare Baroffi.

41.

Vilna, 26. XI. 1612.

Caesar Baroffi Card. Burghesio, quid ipsi Episcopus Vilnensis de patriarcha Moscoviae dixerit.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6577, fol. 84rv (orig.).

Ill.mo et R.mo Signore et Padrone mio Colendissimo.

Monsignor Vescovo di Vilna m'ha comunicato che la Maestà del Re ha hora effettivamente rimesso nel patriarcato di Moscovia quegli, di cui più volte ho scritto a Vostra Signoria Ill.ma, et in particolare ultimamente con mie de li 14 del cadente, et che in oltre per maggior comodità del suo mantenimento (essendo li beni del patriarcato quasi tutti vastati), gli ha conferito un arcivescovato in quelle parti. Per la scritta conversione del medesimo, se in essa persisterà sinceramente, si potrà sperar qualche frutto a tempo opportuno. Ma dice il sodoetto Monsignor Vescovo che hora fin che Sua Maestà non habbia prima stabilito fermamente l'acquisto di quel principato, sarà necessariissimo di tener molto secreto, massime in Moscovia, ch'egli sia cattolico, non lasciandosi scoprire ne anco in un minimo segno, poichè altrimenti egli sarebbe subito ammazzato da li Moscoviti et si disturbarebbe tutta l'impresa di Sua Maestà, allegando l'esempio del Padre Possevino²⁷ in Suecia. In tanto, secondo il commandamento di Vostra Signoria Ill.ma, ho per parte di Nostro Signore rese lodi e grazie al medesimo (f. 84v) Monsignor Vescovo de le sue diligenze usate circa la conversione del sodoetto patriarca, significandogli come non lascierà Sua Beatitudine d'abbraciar esso patriarca con ogni sorte di carità et d'amore. Il simile farò con altri partecipi de le medesime diligenze, quando ritorneranno in questa città, donde hora sono absenti. Et per fine humilissimamente bascio le mani a Vostra Signoria Ill.ma, pregandole da Dio ogni vera prosperità.

Di Vilna, li 26 di Novembre 1612.

Di Vostra Signoria Ill.ma et R.ma humilissimo e divotissimo servitore

Cesare Baroffi.

42.

Vilna, 28. XII. 1612.

Caesar Baroffi Card. Burghesio, de proximis Comitiis Regni et Brevibus ad quasdam personas praeparandis.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6577, fol. 121-122 (orig.).

Ill.mo et R.mo Signore et Padrone mio Colendissimo.

Come significai a Vostra Signoria Ill.ma con l'ultime precedenti,

²⁷ P. Antonius Possevino, Soc. Jesu, famosus suo tempore missionarius, qui plures variis fungebatur legationibus in Polonia, Svetia et an. 1581 in Moscovia, ubi cum czaro Joanne IV de unione ecclesiastica agebat, tamen sine fructu. Cfr. ampliora manualia historiae ecclesiasticae et civilis, nec non opera encyclopedica, ut e.g. *Encyclopedie Cattolica*, vol. IX, Città del Vaticano.

che si stava in procinto di publicare l'intimatione de la prossima Dieta, così con quest'ordinario di Moscova venuto hoggi s'è havuto avviso, che già siano stati spediti a la volta del Regno li Comornichi regii con le lettere intimatorie per il giorno de li 19 di febraro prossimo, nel quale s'havranno a cominciare detti Comitii ne la solita città di Varsovia, onde la Maestà del Re non doveva tardare il suo ritorno nel Regno. Hora perchè li Brevi, che per essa Dieta havrà da scrivere Nostro Signore, arrivino quà in tempo opportuno, sarebbe molto necessaria la prestezza che già le accennai con l'antecedenti; poichè per la gran distanza de' luoghi, ancorchè subito a l'arrivo costà de la presente mia si mandassero quà, con tuttociò non potrebbono giunger prima che circa il fine de la medesima Dieta. Se bene di già con mie lettere de li 10 di Novembre rappresentai a Vostra Signoria Ill.ma alcune considerationi per servitio de li sodetti Brevi, nondimeno per abbondar in cautela, le ne mando hora un dupplicato; ancorchè però per le gravi urgenze pubbliche, le quali occuperanno la maggior parte de' trattati de la Dieta, non potranno haver (f. 121v) molto luogo questi altri negotii. Accennai tra l'altre cose a Vostra Signoria Ill.ma, che se avanti li Comitii havesse la Maestà del Re operato qualche buon effetto in Moscova, o per trattati, o per forza d'armi, havrebbe potuto a suo tempo il nuovo Monsignor Nuntio proporre a Vostra Signoria Ill.ma quello che secondo lo stato de le cose occorrenti fosse stato bisogno da toccarsi da Sua Santità in essi Brevi in materia di religione per quel dominio. Hora essendo già maturato (con poca felicità per la perdita de la metropoli) quell'effetto che possiamo aspettare innanzi essi Comitii di questa seconda spedizione di Sua Maestà in quelle parti, sarà per se chiaro a la prudenza di Sua Beatitudine quello che sia expediente. Tra quei tre principali Senatori, che con le sodette mie lettere de li 10 di Novembre hora dupplicate, nominai a Vostra Signoria Ill.ma per la particolar raccomandatione de l'Unione de' Rutheni, non posì il Palatino di Russia, poichè essendo morto alcuni mesi sono, non era nè meno è per ancora stato eletto il nuovo. Ma poichè qualunque sarà fatto, potrà per l'autorità del suo officio in quella provincia essere di gran momento a la medesima Unione, non sarebbe infruttuoso, se si mandasse (f. 122) anco per quel tale un Breve in bianco, di cui si potesse valer Monsignor Nuntio occorrendo. Tanto mi sovviene in questo proposito d'accennare a Vostra Signoria Ill.ma, a la quale per fine con la debita riverenza basciando le mani, prego da Dio ogni prospero successo.

Di Vilna, li 28 di Decembre 1612.

Di Vostra Signoria Ill.ma et R.ma humilissimo e divotissimo servitore

Cesare Baroffi.

43.

Vilna, 12. I. 1613.

Caesar Baroffi Card. Burghesio, de professione fidei a patriarcha Moscoviae emissa; de suis colloquiis cum Patre Rutskyj et aliis.

BIBL. APOST. VAT., vol. 6577, fol. 160-161v (orig.).

Ill.mo et R.mo Signore et Padrone mio Colendissimo.

Scrissi a Vostra Signoria Ill.ma con mie lettere de li 14 di novembre, ch'io fui assicurato che 'l patriarca di Moscovia effettivamente fece la professione de la fede in mano di Monsignor Vescovo di Vilna a la presenza di tre testimonii, et che la scrisse di suo pugno, si come di suo pugno parimente havesse scritta una lettera di subiettione et obbedienza a Nostro Signore, dopo il che facesse una confessione generale ad uno de' Patri uniti. Il che tutto mi fù affermato per cosa certa dal Padre Valentino Fabricio, Giesuita, primario predicatore di questa città, come communicato a lui da uno de li sodetti tre testimonii, cioè dal Padre Rutski, Archimandrita di Santa Trinità di Vilna et Coadiutore cum futura successione del Metropolita di Chiovia; et mi soggiunse di più il medesimo Padre Valentino, ch'esso patriarca dopo la sodetta professione et confessione generale fù ammesso a la sacra Communione ne la chiesa di Santa Trinità de' medesimi Padri uniti. Per certificarmi et informarmi meglio di questo negotio, ne tenni proposito con Monsignor Vescovo sodetto, richiedendolo instantemente, che perchè si potesse dar sincera notitia a Nostro Signore di quanto passa in questo particolare, volesse confidentemente conferirmi (f. 160v) il tutto. Ma egli mi rispose in ambiguo, et più tosto negativamente, dicendo non esser cose da farci fondamento alcuno, et che qualunque fosse la conversione del patriarca, si dovesse per più rispetti tener secretissima. Speravo di sciogliere questa ambiguità parlandone col soprannominato Padre Rutski, come ho fatto hora, non havendo potuto prima per esser egli sin'a questo tempo stato absente di quà, persuadendomi ch'egli fosse per aprirmi il tutto con la medesima confidenza, con la quale mi trattò già di questa materia, come scrissi a Vostra Signoria Ill.ma a gli 8 d'Agosto. Ma anch'egli m'ha risposto nel medesimo modo ambiguo et quasi negativo, come Monsignor Vescovo, dicendomi non ci essere cosa d'alcun fondamento, massime hora che i successi di Moscovia sono così infelici; et che quando ci fosse qualche soda certezza in tal negotio, non si mancarebbe di darne conto a Nostro Signore, et forse ne scriverebbe a Sua Beatitudine l'istessa Maestà del Re. Interrogato in specie se 'l patriarca havesse scritta quella lettera a Nostro Signore, m'ha detto: Non so, non credo. Et instando io di saper

almeno de la professione de la fede, se veramente la fece o no, mi rispose: Di gratia (f. 161) Vostra Signoria m'habbia per iscusato se non posso dir altro più innanzi circa questo negotio, perchè ho obligata la mia fede per giuramento. Poichè mi persuado che 'l Padre Valentino sodeetto come persona di tanta integrità, non mi havrebbe affermate (come mi ha fatto anco hora nuovamente) le cose per vere e certe, se realmente non le ha-
vesse sapute per tali, vo per certa probabile congettura stimando, es-
sere il negotio in questo stato. Che effettivamente, secondo la relatione d'esso Padre Valentino, siano state scritte dal patriarca et la profes-
sione et le lettere per Nostro Signore, ma che tutte queste scritture siano ad fideles manus custodite o da Monsignor Vescovo o dal Padre Rutski, per valersene poi et mandarle a Sua Santità solamente a tempo oppor-
tuno de l'attuale esecutione di tali disegni, quando la Maestà del Re overo
il principe Vladislao havessero stabilito l'acquisto del dominio Mosco-
vitico; et che intanto perchè sia necessario per gravi cause di tener so-
pito con molta secretezza il tutto, non vogliano, overo (per essersi così
legati tra loro) non possano scoprirsene. Io lascerò particolar informa-
zione di tutto ciò a Monsignor Nuntio perchè se ne vaglia secondo il bi-
sogno, et possa, così parendogli, per occasione (f. 161v) indagarne più
certamente la verità, et darne ragguaglio a Vostra Signoria Ill.ma, a
la quale fra questo mentre ho voluto io sinceramente rappresentare quanto
occorre. Et per fine con la riverenza che son tenuto, bascio le mani a Vo-
stra Signoria Ill.ma, pregandole da Dio il colmo d'ogni vero bene.

Di Vilna, il 12 di Gennaro 1613.

Di Vostra Signoria Ill.ma et R.ma humilissimo e divotissimo servitore

Cesare Baroffi.

44.

Varsavia, 9. VIII. 1613.

Ex cancellaria Nuntii Ruini: De quadam summa pecuniaria ab episcopo Vladimiriensi in favorem Iosephi Velamin Rutskyj, episcopi Haliciensis, solvenda.

BIBL. APOST. VAT., vol. 6574, fol. 29rv (*copia*).

Varsavia, 1613. Instrumentum florenorum sexcentum, quos Episco-
pus Vladimiriensis solvere promitti Episcopo Haliciensi.

In Dei nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem MDCXIII, indica-
tione undecima, die vero nona mensis Augusti, tempore pontificatus SS.mi in Christo Patris et D.ni Nostri D.ni Pauli divina providentia Pa-
pae V, coram Ill.mo et R.mo D.no Laelio Ruino, Dei et Apostolicae Sedis

gratia Episcopo Balneoregiensi, SS.mi D.ni Nostri D.ni Pauli divina providentia Papae V eiusque Sanctae Sedis ad Ser.mum Sigismundum III, Poloniae et Sueciae Regem, ipsumque Poloniae Regnum ac Magnum Lithuaniae Ducatum cum facultatibus Legati de latere Nuntio, meque notario, testibusque infrascriptis, personaliter constitutus R.mus D.nus Hoelias Morokowski,²⁸ nominatus Episcopus Vlodomiriensis et Brestensis, sponte eidem Ill.mo et R.mo D.no Nuntio exhibuit et praesentavit scripturam manu sua, ut appareat, scriptam et subscriptam, per quam promittit et se obligat solvere et exbursare Ill.mo et R.mo D.no Iosepho Velamino, Episcopo Haliciensi, quolibet anno florenos sexcentum, vel in una vice, vel pro medietate in festum sancti Iohannis et alia medietate in festo sancti Nicolai, et in omnibus et per omnia, ut in illa, quam in praesentia eiusdem Ill.mi D.ni Nuntii, et ipsiusmet Ill.mi et R.mi D.ni Iosephi, Episcopi Haliciensis, affirmavit esse scriptam et subscriptam sua manu, et contenta in illa esse vera. Promisitque et se obligavit solvere et exbursare eandem summam quolibet anno in omnibus et per omnia iuxta formam ipsius scripturae, ipsi Ill.mo Episcopo Haliciensi, praesenti et acceptanti. Et ideo pro praedictis omnibus et singulis obligavit se et sua bona renunciavit, iuravit manibus tactis scripturis. Super quibus hoc praesens ego notarius infrascriptus requisitus publicum confeci instrumentum, cuius scripturae supra praesentatae tenor talis est:

Ego Hoelias Morokowski, nominatus Episcopus Vlodomiriensis et Brestensis, notum facio hoc meo chyrographo, quod videns ego magna onera et expensas, tenues autem redditus Metropolitae Kioviensis, obligavi me ex episcopatu meo Vlodomiriensi certam summam pecuniae in paratis soluturum quotannis, si ad perfectam omnium bonorum possessionem, prout tenuit R.mus Antecessor meus, ad hunc episcopatum pertinentium venero, sexcentos florenos polonicos, R.mo in Christo Patri et D.no Iosepho Velamino Rutski, Episcopo Haliciensi, nominato (f. 29v) Metropolitae Kioviensi, vel totam simul, vel medietatem pro festo sancti Ioannis anno proxime venturo 1614, iunii 24 celebrando; aliam medietatem pro festo sancti Nicolai eodem anno praefato, et sic consequenter quotannis, usque ad extremum vitae meae tempus. Quod si quovis praetextu terminorum a me assignatorum summam praedictam non exsolverim, poenis iisdem me submitto, quibus subiacent non solventes pensiones ecclesiasticas in Urbe et extra. Ista autem pecunia persolvi a me debet in loco residentiae metropolitanae, hoc est Nowogrodiae in Lithuania.

²⁸ Joachimus Helias Morochovskyj, Episcopus Volodimiriensia et Berestensis (1613-1631), primum Alumnus Collegii Graecorum de Urbe.

nia. In cuius rei fidem hasce mea manu subscripsi in praesentia testium, et coram Ill.mo et R.mo D.no D.no Laelio Ruino, Episcopo Balneoregiensi, Nuntio Apostolico apud Ser.mum Regem Poloniae et Sueciae. Actum Varsaviae, 9 die Augusti 1613. Idem qui supra, manu propriâ.

Acta fuere praedicta coram eodem Ill.mo et R.mo D.no Nuncio Varsaviae, in monasterio RR. Fratrum Bernardinorum, loco solitae residentiae eiusdem Ill.mi D.ni Nuntii Apostolici, in mansionibus superioribus, habentibus prospectum in viam publicam et curiam respective eiusdem monasterii, praesentibus ibidem R.do Iacobo Malakovski, Polono, canonico Unioviensi, et Magistro D.no Petro Alexandrino, testibus.

Et quia ego Iacobus quondam D.ni Alexandri de Puteo, civis Bononiensis, eiusdem civitatis publicus et apostolica et imperiali, ipsiusque Ill.mi et R.mi D.ni Nuntii auctoritatibus notarius praedictis omnibus interfui, de illisque singulis rogatus fui, ideo in fidem praemissorum hic me, licet aliena manu, mihi tamen fida, alias impeditus subscripsi, signumque meum solitum et ipsius R.mi D.ni Nuntii sigillum apposui.

45.

Praemisilia, 25. IX. 1613.

Stan. Siecinski, Ep. Praemisiensis, Paulo V, P.M., de misera sua dioecesis conditione ac de laeto Unionis Ruthenorum progressu.

ASV, *Vescovi*, vol. 20, fol. 524rv (orig.).

THEINER, *VMPL*, III, p. 357-8, nr. 283.

SS.mo ac Beatissimo in Christo Patri, D.no, D.no Paulo PP. V, etc.

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater, D.ne, D.ne Clementissime.

Post oscula beatissimorum pedum Sanctitatis Vestrae humiles orationes et obsequia mea fidelissima deffero. Quadriennium vertitur, quo Dei nutu, Sedis eius Apostolicae Sanctitatis Vestrae autoritate et favore ad episcopatus Praemisiensis ecclesias administrandas, licet immeritus et indignus, vocatus sum, pro debito et officii mei onere pedibus Sanctitatis Vestrae procumbendi facultate interclusa, statum ecclesiarum mearum per aliquem nuncium libenter ad Urbem destinatum exponerem. Verum res episcopatus mei maleficio et iniuriis militum confoederatorum adeo fractae et debilitatae sunt, ut non modo episcopalem et senatoriam dignitatem, verum etiam unde cum clero meo vivam, et quo nos sustentemur, vix habeamus. Dabit itaque veniam S.V., si litteris id quam brevissime perstringitur.

Ante sexiennium, dissidio animorum inter duos vicinos equites Lucam Opalinum catholicum, et Stanislaum Stadnicium, haereticae labis inter

primos quosque assertorem acerrimum, illo superiorem, isto parem non ferente, exorto, depopulatione civitatum et villarum hic inde interviente, ecclesiarum parochialium tredicim prophanatarum hostilem depredationem bellum intestinum Regni confirmaverat, pacatis et sedatis motibus, caedeque postmodum Stadnicii subsecuta, initio episcopatus restaurandis illis ecclesiis vires animumque intendi, quamvis e voto cedentibus, visitationem cleri ac gregis institui, quaeque digna animadversione et correctione censui, in ecclesia mea cathedrali synodaliter aliquoties perscripsi.

Post decessum Copistinski, episcopi schismatici seu wladicae Praemisliensis, cum literis ad Sacram Regiam Maj. et Regni proceres, tum praehensionibus inferiorum negotium sacrae Unionis confirmandi et schismatis eliminandi promovere coepi, ac post diuturnas molestias non-nullorum auri sacra fame clanculum impudentium superatas, Venerabilem Athanasium Crupecium,²⁹ Unionis sacrae addictissimum, in locum demortui episcopi schismatici surrogari perfeci, et si fides ac pietas in his esset, in quibus summa esse deberet, plebs tota terrae istius ritus Graeci huic sacrae Unioni minime adversata dudum fuisse; spem tamen concipio maximam, laborem eo in negotio a me susceptum, qualis ille est, Divini numinis ope haud inanem futurum, nec me fallit expectatio. Etenim Nobilissimus Hungarorum Georgius de Humennagi, non ita pridem ex haeretico conversus et factus catholicus, pro suo erga fidem catholicam zelo, ac eiusdem Unionis promovendae studio populorum suorum, qui in eius comitatibus vivunt, ritus eiusdem Graeci, a me aliquoties literis contendit, ut eundem Crupecium ad confirmando in Unione suos subditos ablegarem: quod equidem ante aliquot dies re ipsa iam praestiti; qui hinc in Hungariam discedens petiit a me, ut hanc petititionem suam perscriberem Sanctitati Vestrae. Supplicat Sanctitati Vestrae, ut in ecclesia Sancti Salvatoris prope Samborium, in dioecesi mea, pro festo Transfigurationis Domini indulgentiam plenariam et perpetuam obtinere possit; existimat enim id incentivum fore maximum ad amplectendam Unionem iis, qui eidem adhuc adversantur. Idem Georgius Hungarus et Patres Societatis Iesu, quos Cracovia evocavit, a me petierunt, ut Hungaros, quos ad me destinaverit, ad Sacros Ordines promoverem, idque extra tempora, quod facere cum nequaquam per leges canonicas sit integrum, id mihi concedi a S.V. adeo supplex (f. 524v) peto, quanti

²⁹ Athanasius Krupeckyj, Episcopus Peremysliensis (1610-1652), qui multa pati debuit in hac dioecesi a non-Unitis, usque ad suam mortem, tempore belli polono-cosacki sub ductu B. Chmelnyckyj (1648-1657).

S.V. salutem animarum Christi sanguine redemptarum desiderare compertum habeo.

Haeresiarchas duos Bolestrasicum et Lisacovium, ante biennium opera Patrum Societatis Iesu, quos in cathedrali civitate pro tenuitate fortunarum mearum sustenendo, ad gremium S. Matris Ecclesiae, aliis a fide alienis factum demirantibus, reduxi. Claustrum monialium S. Scholasticae divi Benedicti, recens a Sanctitate Vestra confirmati claustrum Culmensis in terram Praemisliensem primum Iaroslaviae, liberalitate et munificentia Ill.mae D.nae Annae de Stemberk ducissae in Ostrog, viduae pientissimae, consilio et suasu meo aductae, extructum et dotatum, dominica in Albis anno proxime praeterito seravi: quarum innocentiam sanctissimam multum futuram spero ad detinendos animos filiorum dictae ducissae in fide catholica, quam ab ineunte aetate a patre schismatiko enutriti aspernabantur, ante triennium a me confirmati mirifice amplectuntur, et in studiis apud Patres Societatis Iesu ibidem manendo instituuntur, quorum maiorem natu eadem ducissa mater ad exteris nationes brevi ablegandum et mittendum studiorum causa destinavit. Ecclesias profanatas et recens extuctas plurimas tum dedicavi, tum reconciliari feci, et supersunt aliae complures, quas brevi me etiam consecraturum cogito.

Et quoniam magna iniquitate temporum fit, quod ob retentionem decimaru[m] et aliarum obventionum ecclesiasticarum concernentium summa est raritas sacerdotum bonorum, et nonnulli eorum plura beneficia curata obtinere cogantur, occasione recuperandi bona alienata ecclesiarum, dignetur Sanctitas Vestra licentiam cum eisdem dispensandi rationibus animum meum impellentibus, et conscientiae meac concedere atque indulgere. Quod vero superioribus meis a Sanctitate Vestra supplicavi, dignetur intercedere Sanctitas Vestra ad Ser.mum Regem, D.num meum clementissimum, ut rebus meis accisis et tenuibus admodum beneficio aliquo subvenire velit, ut fundationem Societatis Iesu apud cathedralem meam eo celerius perficere, ac functionem episcopalem et senatoriam cum dignitate facile tueri, et Comitiis, quae episcoporum praesentia indigent, semper interesse queam. Gratiae et clementiae Beatisimae S.V. me meisque omnibus commendatis, pedes Sanctitatis Vestrae exoscular, atque divinam Maiestatem summopere et suppliciter exoro, ut Sanctitatem Vestram quam diutissime Ecclesiae sua[er]e et nobis salvam et incolumem servet.

Praemisliae die 25 septembbris, anno 1613.

Sanctitatis Vestrae humillima creatura et servus devotissimus
Stanislaus, Episcopus Praemisliensis.

46.

Romae, 7. I. 1622.

Maphaeus Card. Barberinus Metropolitae Rutskyj, de progressu catholicae religionis in Regno Poloniae, per Adrianum presbyterum et Raphael diaconum edocutus; de redeuntibus in patriam Nicephoro et Cypriano.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 1696 fol. 91-94 reg. (A).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 2047 fol. 37rv min. (B).

R.mo D.no Iosepho Velamin Rutsch, Archiepiscopo Chioviensi totiusque Russiae.

Exiliit mihi cor prae laetitia, R.me D.ne, lectis tuis literis, quibus in isto Regno catholicae religionis progressum cognovi, tuamque piam sollicitudinem et diligentiam, aliorumque septem episcoporum perspexi.

Benedictus Dominus, cuius misericordia subsequitur quaerentes eum. Reddidit illas Adrianus presbyter et Raphael diaconus,³⁰ quorum fuit mihi iucundus aspectus et tui causa, a quo missi in Collegio Graecorum educandi, et ob indolem satis (pag. 92) ingenuam, qua visi sunt benevolentiam sibi conciliare. Libenter excepti, erudiantur et instruentur, ut, imbuti scientiis, possint isthuc reverti, quemadmodum nunc redeunt Nicephorus et Cyprianus,³¹ quorum opera poteris uti. Et hic adeo in philosophica et theologica facultate profecit, ut singularem in disputationibus adeptus sit laudem. Sperandum est, ut, adiuncta pietate, sit Ecclesiae Dei futurus in primis utilis, et catholicam rem promoturus, de cuius propagatione tibi vigilantissimo Metropolitae e aliis septem episcopis (pag. 93) gratulor ob assiduos conatus et labores vestros, quos Deus dulcis et rectus e caelo prospexit, cum non multos post annos spares

³⁰ Alumni Collegii Graecorum de Urbe: Adrianus Podbereskyj, qui iam anno 1624 obiit in reditu in patriam, et Raphael Korsak, dein Archimandrita Vilnensis (1626-1637), Episcopus Haliciensis (1626-1631), Pinscensis (ab an. 1632) et Metropolita Kioviensis (1637-1640) iure successionis. Cfr. de eo brevem biographiam in *Epistolae Metropolitarum Kioviensium Catholicorum: R. Korsak...*, Romae 1956, et A.G. WELYKYJ, *Annus et dies mortis Metrop. Raphaelis Korsak* in *Analecia OSBM*, vol. I, pp. 145-160, Romae 1949.

³¹ Agitur de Nicephoro Zareskyj, theologo, et de Cypriano Rudnickij. Alumnis Collegii Graecorum de Urbe. De Nicephoro sic notatur, inter alia optime dicta: « Hic religiosum virum laxime decentibus virtutibus luculenter enituit... Ceterum tum vivens, tum a funere pro sancto passim habitus est »; erat dein Archimandrita Dorohobusensis. Venit in Collegium an. 1619. De Cypriano vero in eodem Tabulario Collegii dicitur: « si parti Dottore, havendo insegnato un anno Grammatica greca in Collegio; era di bellissimo ingenio ».

fore, ut in Russia vigeat penitus fides catholica. Perge, vir Deo dilecte et charitate conspicue, sedulo, ut facis, colere vineam Domini, qui tibi retribuet abundanter, neque ulla te deterreat ab opere coepto difficultas; etenim Dominus dabit benitatem, et terra vestra fructum suum. Quas debo gratias ago, quod officiose mihi sis gratulatus de munere protectoris Graecorum, quod SS.mus D.nus Noster (pag. 94) Gregorius XV iniunxit. Non patiar a te, vel ab aliis, quos mei muneris administratio respicit, quantum in me erit, sedulitatem, solertiamque meam desiderari: utinam vires votis respondeant. Perficiat Deus, qui voluit hoc a me geri ministerium. Vale.

Datum Romae, septimo idus Ianuarii, MDCXXII.

47.

Skerniewice, 22. VI. 1622.

Primas Poloniae refert de statu ecclesiastico Regni, et praesertim de Ecclesia orientali et prospectivis laboris apostolici Congregationis de Propaganda Fide, nec non de numero dissidentium.

BIBL. APOST. VAT., *Vaticanus Latinus*, vol. 6696, foll. 78-79.

Illustrissime et Reverendissime Domine,
Domine, Frater Observandissime.³²

Lectis Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae ac Illustrissimi quoque Cardinalis Ludovisii, quae pro sua ...da humanitate mecum communicavit litteris, magnam animo concepi spiritalem laetitiam, cum agnoscissem vigilare Supremum Pastorem super gregem suum, et vera paterna sollicitudine ac charitate satagere, ut oves, quae aberraverant dissipatae sunt, reducantur in viam rectam et pascua salutifera. Ac idcirco novam Congregationem piorum eruditorumque viorum, novaque Collegia instituere, quae peculiari instituto hoc opus Domini exerceant per omnes christiani orbis partes late diffusa. Spiritus Sanctus procul dubio Sanctissimo Domino Nostro ac sacrato Ecclesiae sanctae Senatui eam mentem indidit, et quod illo duce et auctore statuitur, id sperandum est fructus uberrimos verae fidei, ac... apostolicae pietatis et religionis allaturum. Credibile tamen est id quod et Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra ac Illustrissimus Cardinalis Ludovisius prudentissime prospicit, commoturum Satanam infernales furias, ut sanctum hoc Institutum in odium hominum et suspicione va-

³² Forsan Secretario Status Gregorii PP. XV.



ЮАХІМ
МОРОХОВСКІЙ
ЕП. ВОЛОДИМИРІН.
1613-1631

JOACHIMUS E. MOROCHOVSKYJ, EP. VOLODIMIRIEN.-
BERESTENSIS
(1613-1631)

rias per calumniam adducat. Non idcirco tamen omittendum censeo, quin potius experiendum cum fiducia, si forte respiciat Dominus ad operarios novos, et det benedictionem laboribus eorum et cum ubertate proventum.

Regnum hoc, et adjunctae illi provinciae, a mari Baltico ad Caspium usque per varias regiones protensum, a variis haeresibus non prorsus sunt immunes. Ac Lutherana quidem iam pene in Calvinianam transformata est. Magna tamen eius pars, immo pene universa nobilitas, ad catholicam religionem certatim convertitur. Oppida, plebs et sub potestate vassali in Prussia Ducis, et iam magna ex parte rustica ac ipsa quoque Nobilitas retinet dogma lutheranum, et magna contentione resistit calvinismo, neque publicum eius exercitium admittit; Serenissimo Rege quoque adnitente catholicae exercitium in urbem primariam Regimontium introductum est, templumque nobile pro catholicis exstructum ac dotata a Duce feudatario parochia. Praeter hasce sectas etiam, quod maxime dolendum est, Ariani et Anabaptistae nonnullis in locis impietatem suam etiam per scholas publice proponunt. Attamen his quoque fortiter repugnant pii et eruditi viri, et vigilantes christiani.

Schismatici Rutheni summa pertinacia Graecos ritus retinent et Constantinopolitanae sedi firmiter adhaerent; tametsi et Serenissimus Rex plurimum in eos laboret, ut eos ad Unionem et Sanctae Matris Ecclesiae gremium reducat, ac in eo christianaे charitati vocationique suaе consentaneam operam navent cum alii religiosi, tum maxime Dominicani et Presbyteri Societatis Nominis Iesu, qui plurima iam Collegia per Russiam, etiam intra ipsos Moschoviae fines, in illis territoriis quae auspicis Serenissimi Regis Nostri, a Principe Vladislao Regno adjuncta sunt, habeat instituta, ut spes sit iuuentutem, quae in eis instituitur, ac Religionem catholicam a teneris annis condiscit, paulatim inter suos verae doctrinae lucem et amorem accensuros. Pervicacissimum genus est Cosacorum, qui ex ea gente collecti, maximo numero Borysthenem avolant ac in Turcicas ditiones perpetuis incursionibus grassantur, et intra fines quoque suos ac populares, a rapinis et maleficiis non abstinent, seseque propugnatores schismatici erroris iactitant et profitentur. Horum potentia vel maxime impedire progressum Unionis, et Episcoporum Sanctae Apostolicae Sedi deditorum pios conatus. Qui tamen plus forsitan proficerent, si mitius aliquando et prudentius agerent, et nonnulla dissimulando exspectarent, dum Dominus ipse dura corda adversantium emolliat. Ipsi vero docendo, suadendo, rogando, bene pieque iuvando potius quam castigando, asperiusque tractando, aegras mentes et obduratas sanare studeant. Quo nomine perutile fuerit ab Illustrissima et Reverendissima Dominatione Vestra opportuno tempore admoneri.

Atque hic est status in hoc Regno orthodoxae Religionis, et illi adversantium sectarum. Ex quo facile est intelligere, num nova haec sancta Congregatio sit hic necessaria, ubi Domino Deo ipso providente, et per multi sunt operarii, qui vineam Domini Sabaoth purgant a stirpibus errorum, et per eorum operam ea in dies felicius efflorescit.

De mea quidem Archidioecesi plenariam relationem a Nuntio meo Sanctissimus Dominus Noster et amplissimum Collegium sancti Concilii Tridentini Interpretum aestate praeterita habuerint. Si gloriari oportet, in Domino gloriabor. Benignitate ipsius divina perpauci in ea reperuntur inimici fidei. Non pauci autem et pii sacerdotes et docti Religiosi, qui constanter eam defendunt et disseminant. Archidiaconatus tamen Pomeraniae Germanis refertur, Lutherana quoque secta infectus est. Sed et isthic in ipsa haeretica civitate primaria Choinicense Collegium et scholae Societatis Iesu recenter institutae sunt. Efficiat Deus ut bono ac salutari eventu.

Haec pro mea in Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram observantia, ac summo Sanctissimi Domini Nostri mandatis et voluntati in omnibus obsequendum desiderio prolixius aliquanto rescripsi, tametsi non dubitem Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram pro eximia sua prudentia, magnam iam eorum partem cognitam habere. Caeterum de canonizatione eorum qui in hac vita et post mortem sanctitate et divina gratia his temporibus floruerunt, promulgavi edicta, et mandavi ut populus eos piis prosequatur honoribus, ac eorum suffragiis in his infelicibus temporibus uti aliorum Sanctorum ad divinam Maiestatem utatur. De libris quoque prohibitis edicta per opportuna loca proposita sunt. Precor Deum immortalem, ut Sanctissimum Dominum Nostrum Gregorium XV diutissime Ecclesiae suae servet in colum, et ipsi quoque Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Vestræ omnium bonorum accessione benedicat. Cuius gratiae me meaque studia diligenter commendo.

Datum Squerneviciis, 22 Iunii 1622.

Illustrissimæ et Reverendissimæ Dominationis Vestræ addictissimus servus et frater³³

Laurentius, Archiepiscopus Gnesnensis.

³³ Primas Poloniae tunc temporis erat Laurentius Gembicki (1616-1624).

48.

Miechow, 18. VII. 1622.

Episcopus Chelmensis ritus latini congratulatur cum nova Congregatione de Propaganda Fide, refert de Regno Poloniae et de statu ecclesiastico in dioecesi Chelmensi, de Ruthenis unitis et non unitis, et de dissidentibus in genere nec non de possibilitate laboris apostolici.

BIBLIOTHECA APOST. VATICANA, *Vaticanus latinus*, vol. 6696, foll. 101-102.

APF, *Miscellanea C., Scripta varia*, ..., fol. 97-98 (cop.).

Illusterrissime et Reverendissime Domine, Domine, Frater Colendissime.

Est quod Divinae Maiestati gratiam agamus, quod cum orbi christiano summum sacrum dederit Praesidem, cuius omnes curae et cogitationes ad publicam salutem et propugnandam Religionem christianam referuntur, et in ea consumuntur. Praeclarum hoc institutum disseminandi Verbi Dei, destinandorumque eius rei causa hominum, qui et doctrina, et vitae sanctitate illustres, se sponte devovent, vel cum ipso vitae discrimine ad praedicandum Evangelium illis, qui vel in haeresim et schisma lapsi sunt, vel nondum Religionis christianae sacris imbuti in ipsis adhuc ignorantiae tenebris versantur, nemo est qui non tanto Pontifici maxime dignum, qui praesenti orbis universi statui valde necessarium non existimat.

Maior pars Europae a fide et obsequio Sacrosanctae Romanae Ecclesiae recessit; tot tam ampla et illustria Regna, vel infecta haeresi, vel plane ab ea absorpta sunt. Quidquid Asia et Africa continetur, aut schismatici sunt, aut turpi Mahometanae sectae dediti. Atque huius ingentis molis et sollicitudinis, solam eius, qui divinitus summae rei praeest, mentem capacem, ut Deus ipse, cuius ille in terris vicarium munus obit, sua illustret gratia, ego ab illius Maiestate supplicibus votis exsposcere non desinam.

Ad me dioecesimque meam, cuius curam nuper, Sua Sanctitate mandante, suscepi, quod attinet, quantum quidem paucis istis mensibus, dum eam perlustro explorare potui, magnis illa sentibus haeresum plena et tota fere schismatica est, nec sincera eorum, qui Uniti esse dicuntur, ad Romanam Ecclesiam conversio, licet in erudiendis Graeco schismati addictis unitorum Episcoporum desudet industria. Agreste hoc genus hominum ita discordiae veneno Satanas imbuit, ut nulla re magis quam consortio catholicorum offendantur. Si qui ab Urbe huc mitterentur, id quod sentio fatear, minori fortassis cum fructu munus suum obire possent, ac ne tuto quidem inter homines suspicionibus vanis obnoxios, et iuratos Romanae Ecclesiae hostes versari. Censerem ego iisdem Episco-

pis Ruthenis, qui abiurato schismate sanctam Unionem promovent, hoc negotium demandandum; curarent illi, ne ulla in re muneri suo deessent. Egent quidem hi ad promovendos tam pios conatus idoneis cooperatoribus. Sed si ad excitanda Ruthenae iuventutis Seminaria sumptus supererent, confido brevi futurum, ut Sua Sanctitas magnos inde fructus, maxima catholicae religionis in his partibus incrementa conspiceret. Nos alii pro virili enitimus, et deinceps enitemus, ut nostri officii partes impleamus, quantum qui in Russia sumus catholici episcopi, non tamen quantum alii efficere possumus: excisae et tenues opes nostrae sunt. Canonici Ecclesiae meae exiguo et prorsus nullos redditus annuos habent, sparsim per dioecesim parochialium ecclesiarum fructibus aluntur. Auctoritas nostra vilescit, opportuni sumus potentiores iniuriis; pauci sunt qui nos in promovendo cultu divino, et in propaganda religione catholica iuvare possent. Rarae admodum religiosae sodalitates in dioecesi mea. Nullum Societatis Iesu Collegium exstat, quod quidem me magnopere angit, cum non ignorem quanto cum fructu Societas haec alibi in vinea Domini piis sudoribus diurnum denarium mereatur. Et quod me magis sollicitum habet, ita istis adiutoribus careo, ut nec ratio ulla appareat, me aliquando eos habiturum.

Aliis vero significat mihi Illustrissima Celsitudo Vestra de his quos nuper in numerum Sanctorum retulit Sanctissimus Dominus Noster. Complectimur tam insignes, quibus Ecclesia aucta est, patronos pia veneratione, atque in his nostris calamitatibus confidimus nos eorum tutela securiores fore. Decreta quoque Illustrissimorum Dominorum Cardinalium legi, et continuo ut per dioecesim meam publicentur curabo.

Haec ad binas Celsitudinis Vestrae litteras serius, hoc est tertio postquam scriptae erant mense mihi redditas respondendum putavi. Interim commendo me et obsequia mea Illustrissimae Celsitudini Vestrae.

Datum in conventu meo Miecowensi, die 18 Iulii 1622.

Illustrissimae et Reverendissimae Celsitudinis Vestrae servus humillimus

Episcopus Chelmensis.³⁴

49.

Clara Tumba, 20. VII. 1622.

Episcopus Peremysliensis ritus latini de renovandis missionibus, secundum programma Congregationis de Propaganda Fide, de statu propriae dioecesis, de Ecclesia orientali et de variis sectis et dissidentibus.

³⁴ Matthias Lubienski, Episcopus Chelmensis latinus (1620-1626).

BIBL. APOST. VAT., *Vaticanus latinus*, vol. 6696, foll. 104-104v.
APF, *Miscellanea an. 1622-1700*, fol. 454-455.

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Colendissime.

Quae Illustrissima Dominatio Vestra ad me scripsit de Sanctissimi Domini Nostri proposito renovandarum Missionum religionis catholicae propagandae causa, ea cum magnam habeam deliberationem, libentius profecto in iis aliorum sententiae subscriberem, quam meam explicarem. Verum quidem Sanctissimus Dominus Noster ita vult ut ego quoque quid ea in re dioecesi meae expedire sentiam, Illustrissimae Dominationi Vestrae perscribam: brevibus id facio.

Ac in primis, nemo est in dioecesi mea qui memoria tenere possit fuisse aliquando a Sancta Sede eo missos viros tales, quales iam Suam Sanctitatem in diversas orbis partes destinare Illustrissima Dominatio Vestra scribit. Fuerunt nimurum contenti priores Episcopi decessores mei ad retinendam tuendamque religionem catholicam theologorum, quos in cathedrali sua habebant, et parochorum suorum auxilio. Sed consequentibus temporibus effectus ipse docuit, magnum ad hanc rem attulisse adiumentum Patres Societatis Iesu, qui in hoc plane missi vocative prae caeteris divinitus videntur, ut non solum ipsi religionem catholicam amplificant, verum alios quoque ad ipsam propagandam mirifice excitent et instruant. Nec ita facile alios reperire liceat, qui id vel maiori pietate, studio prudentiaque faciant, vel uberiori fructu consequantur.

Verum cum fidei catholicae propagatio opus sit, in quo numquam vel tantum operae collocari, vel operariorum submitti potest, quin rei ipsius magnitudo longe plus requirat, sane si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit, novos istos quos destinat operarios, uti in alias orbis partes, ita in meam quoque dioecesim mittere, ego vero nihil libentius habere potero, quam plures in dies videre, qui in ferendo hoc onere me sublevent. Neque verendum erit, ne in hac mea dioecesi desit seges vel campus religionis catholicae propagandae. Ostium enim est ingens, et adversarii multi. Nam, ut omittam, finitimam ipsam esse Hungariae, Transylvaniae, et Valachiae gentibus, vel haeresi infectis vel christiano nomini inimicis, ut propterea ex iisdem vicinis provinciis saepius contingat catholicos religionis causa dioecesim in meam commigrare, sed ad ipsam etiam meam dioecesim magna pars haereticorum se confert, magna item Iudeorum, maxima vero schismaticorum, qui in suo schismate adeo sunt pertinaces, ut et is qui ad praesens est graeci ritus Episcopus Praemisliensis Sanctae Romanae Ecclesiae unitus, paucos admodum, nedum nullos dicam, habeat sequaces, exigua vel nulla prorsus spes sit, nisi vel schismaticorum filii a teneris, ut aiunt, in religione catholica instruantur,

vel Episcopi uniti doctiores et magis pios suos sacerdotes et parochos habeant, fructum aliquem istius Unionis futurum.

Sed, ut ad propositum redeam, si Sanctissimus Dominus Noster expedire decreverit aliquos ex hisce destinatis operariis in dioecesim meam mittere, duo ea in re promovenda censeo. Unum est, ut qui huc forte mittentur, linguam gentis nostrae sciant, cuius si rudes sint, profecto nisi ipsis datum sit variis linguis loqui, non est quod iter hoc suscipiant. Alterum vero, ut quicumque tandem in has provincias mittentur in quibus, Dei beneficio, Episcopi in partem sollicitudinis a Sancta Sede Apostolica vocati in suis episcopatibus praesentes sunt, et munere suo funguntur, nihil facere audeant possintve, in cura praeuersum animarum exercenda, inconsultis Episcopis et Ordinariis. Dici enim non potest quae et quanta Ecclesia Dei et Religio catholica incommoda hic accepert et in dies accipiat ex praesumpta arrogataque ab exemptis absolvendi potestate, dum ii quos ne Sedes quidem Apostolica tam facile absolveret, nullo negotio absolvunt.

Sed haec innuisse satis sit Illustrissimae Dominationi Vestrae, cuius quidem iudicio haec, uti et reliqua omnia, sacrosanctaeque Sanctissimi Domini Nostri voluntati subijcio, me obsequiaque mea Illustrissimae Dominationi Vestrae praecommandans.

Ex Abbatia mea Clarae Tumbae, 20 Iulii 1622.

Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae humillimus servus

Franciscus,³⁵ Episcopus Praemisiensis.

(*In copia Archivi de Prop. Fide haec habentur*): ...29 mensis Iulii A.D. 1622. Io. Treter, Episcopus Primisiensis.

(fol. 455v): Relatio Episcopi Premisiensis.

50.

Novogrodeci, 28. VII. 1622.

Metropolita Rutskyj Petro Arcudio, de furore adversariorum Unionis et frigiditate catholicorum; de Rege Poloniae et Nuntio Diotallevio protectoribus Unionis; de pseudometropolita Hierosolymitano et septem ab eo consecratis episcopis; de confraternitate Ruthenorum unitorum Vilnae erecta.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 2172, fol. 29rv (*copia*).

MUH, vol. I, p. 324-6.

³⁵ In elenchis episcoporum Praemisiensium tamen tunc temporis notatur Johannes X Wozylk (1619-1623), dein ad dioecesim Posnaniensem translatus. Quisnam fuit

Illustris et admodum R.de D.ne.

Literae R.dae Dominationis Vestrae lachrymas copiosas eduxerunt mihi, quod nondum scilicet facti sumus digni pati pro Christo et ipsius sancta fide, qualia passi sunt alii, et nunc patiuntur in Indiis, prout ibi scribit. Deus Optimus Maximus det nobis animum et vires sufferendi alacriter etiam ista minora, ut digni inveniamur pati etiam maiora. In istis adversitatibus, non tam affligebat nos furor adversariorum accensus ad opprimendum nos, quam tepiditas, immo hyperborea frigiditas catholicorum status utriusque deferentium nos, et omnibus telis inimicorum nostrorum expositos relinquentium, excepto enim Ser.mo Rege, qui ut in aliis, ita in hoc dum sollicitaretur ut condescenderet schismaticis, alias impediendam iri expeditionem Turcicam, unde et interitus universi Regni timendus, infractus et inexpugnabilis permansit, pronunciando dictum vere dignum rege catholico, se mori malle, quam quicquid concedere, quod sit contrarium gloriae divinae. Episcopos aliquos animabat, alios obiurgabat. Deus remunerator bonorum omnium retribuat ipsis in hac vita et futura.

Alter erat, qui nos iuvabat omnibus viribus, non sanctae sed sanctissimae recordationis Nuncius apostolicus Diotallevius.³⁶ Huic quantum debeamus, dicere non possumus. Me etiam miserum animabat ipse in lectulo examinis decumbens (non sine lachrymis ista scribo), quando periculum aliquod imminere sensit, surgens e lecto adibat episcopos et officiales regni, circa nonam et decimam vespertinam, hoc est aliquot horis in noctem, hyemali tempore, factus similis viduae evangelicae ab iniquo iudice obtinendi quod petebat, licet ille iudex nec Deum timebat, nec homines reverebatur. Collocet eum iustus iudex et liberalissimus remunerator inter cherubimos et seraphimos.

Praeter hos duos alium habebamus neminem, qui non tantum iuvaret, sed etiam blande alloqueretur nos. Passim vocabamur turbatores pacis; Unio dicebatur infoelix; digitis nos mostrabant: hic est qui turbat regnum. Adversarii autem scientes omnia ista, immo clare videntes, eo ardentius instabant, potentiam cosacorum enarrando, 60 millia numerando, promptitudinem ipsorum etiam sine accepto stipendio militandi offerendo, modo concederetur ipsis in religione quod petebant. Positi ergo eramus in torculari, sed benignissimus Deus non permisit nos ten-

scriptus Franciscus, non nobis constat. Cfr. *Enc. Powsechna*, vol. 3, pag. 681; P. GAUCHAT, *Hierarchia catholica*, vol. IV, pag. 288.

³⁶ Nuntius Varsaviensis, Franciscus Diotallevi (1614-1621); ut videtur anno 1622 iam vita functus erat.

tari, ultra quod ferre poteramus. Adhuc vivimus, in sedibus nostris residemus, plebem, licet a pseudoepiscopis in loca nostra consecratis vehementer turbatam, regimus. Ille pseudometropolita³⁷ cum sibi similibus 7 episcopis ab impostore illo Hierosolymitano consecratis,³⁸ clausit se Chioviae sub patrocinio cosacorum, et inde in totum regnum mittunt litteras ad omnes nobis commissos, tanquam ad sibi subiectos. Vilna cessit ille, qui ibi se nobis opposuerat et pestilentissimus erat.

(f. 29v) Ego nunc ferme integro anno mansi Vilnae, necessitate id poscente. Sub istud enim tempus turbationis, aliqui ex primariis unitis transierunt ad ritum Latinum, cum magno damno nostro. Idem sperabant schismatici etiam de nobis, et ut hoc faceremus, persuadebant nos scilicet esse paucos unitos, nec iam crescere posse, ut rebus nostris tempestive consuleremus, sed repulsam passi sunt, immo ab ipsis ad nos venit unus e primariis civibus. Postea Confraternitas facta est apud nos ante decem septimanas Vilnae, et iam ad 70 retulerunt nomina sua, et isti sunt ardentissimi contra schismaticos; leguntur ipsis loco exhortationis controversiae quae occurrunt cum schismaticis: tandem triumphabit veritas. Per totum hunc annum libris impressis ultro citroque missis depugnabamus nobiscum; ab ipsis 4 libri prodierunt, a nobis quinque, et sextus adhuc prodibit, septimus et octavus est prae manibus. Quocunque genere certaminis agere nobiscum volent, agemus.

Sed istis quisquitiis multum occupavi R.dam Dominationem Vestram. Interim me et nostras res, ut Domino Deo et illis quibus potest, commendet admodum R.da Dominatio Vestra etiam atque etiam rogo.

Novogrodeci, 28 Julii, anno 1622.

Admodum R.dae Dominationis Vestrae addictissimus amicus et servitor

Josephus Velamin Rutschi, Archiepiscopus Chioviensis totiusque Russiae.

(fol. 29v) Ad Dominum Petrum Arcudium.

³⁷ Hiob Boreckyj, Metropolita Kioviensis non unitus (1620-1631).

³⁸ Secunda medietate anni 1620 Patriarcha Hierosolymitanus Theophanes (1608-1644) consecravit Metropolitam Boreckyj et alios 7 episcopos in sedes plenas Ecclesiae Ruthenae, nempe: Meletium Smotryckyj in sedem Polocensem, Isacium Kopinskyj in sedem Peremysliensem, Ezechielem Kurcevyc in sedem Volodimiriensem, Isaacium Čerčicki in sedem Luceoriensem, Paisium Hypolitovič in sedem Chelmensem, et Abrahamum Stahoskyj, in sedem Turoviensem; dum Eustachius Hieremias Tyssarovskyj iam ab anno 1607 sedem Leopoliensem occupabat.

51.

Vilna, 30. VII. 1622.

Anastasius Sielava OSBM suis confratribus: De monasterio OSBM Vilnensi et de actionibus schismaticorum; de nuper erecta sodalitate virorum et mulierum sub protectione B.M.V.

BIBL. APOST. VAT., Barb. lat., vol. 2172, fol. 32 (*copia*).

MUH, vol. I, pag. 328-327.

Charissimi in Christo Fratres.

Rerum nostrarum nimis profecto miserandus est quod ad id temporis status; quo tamen nos, Dei gratia fulsi, a proposito non deiicimur. Schismatici eosdem quos olim adorant pseudopastores, nihil enim hucusque contra eos a quopiam actum est. Commissio quae futura erat, nescio quas fuitiles ob causas ad effectum non pervenit. Hoc unicum solatur nos quod isti irreptitii fures et latrones apud nos in Lituania comparere non audeant, quamvis literas, pasport dictas, obtinuerint a Sacra Regia Maiestate, quibus ipsis datur facultas, quo voluerint discedendi, ibidemque commorandi et conversandi cum quibus eis placuerit. Nos interim congregationem hic innovavimus virorum et mulierum sub protectione V. Sanctissimae, quae multum prodest ad fervorem nostrorum in spiritu excitandum. Jam sunt in albo sodalitatis ex utroque sexu plusquam centum. Reverentias Suas obsecro aliquas acquirant pro hac sodalitate indulgentias, nominatim pro festo Annunciationis. Melius autem facient si curaverint ut isti nostri admittantur ad indulgentias omnes alias sodalitatibus Beatae Virginis in ritu Romano concessas. Interim me sanctis Reverentiarum Vestrarum³⁹ precibus commendabo.

Vilnae, anno 1622, Iulii 30.

Reverentiarum Vestrarum servus in Christo

Anastasius Sielawa, Ordinis Sancti Basilii,
Superior monasterii Vilnensis.

52.

..., VII. 1622.

Informatio de statu dioecesis ritus latini Luceoriensis relate ad instaurandas missiones apostolicas, secundum intentum Congregationis de Propaganda Fide, nec non de haereticis et schismaticis aliisque dissidentibus. Praesertim de tractu Pinscensi et Ucrainensi.

³⁹ Forsan literae datae fuerunt ad Alumnos Collegii Graecorum de Urbe, Hadrianum Podbereskyj et Raphaëlem Korsak, vel, non possumus cum certitudine negare, eas datas fuisse ad Nicephorum Zareskyj et Cyprianum Rudnyckyj, qui etiam tunc temporis in Collegio adhuc degebant.

- APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 337, fol. 365-365v.
 APF, *Scripta Varia (Miscellanea C)*, fol. 92-95 (an. 1622-1700).
 BIBL. APOST. VAT., *Vat. latinus*, vol. 6696, fol. 96-101 (*copia*).
 MUH, vol. I, pag. 327-29.

Informatio de statu Dioecesis Luceoriensis Romam transmissa,
 in anno 1622, mense Iulio⁴⁰

Omnibus Episcopis amplam sancti et iusti gaudij materiam dari arbitror cum Congregationem super catholica fide propaganda Gregorij XV, Pontificis Maximi, auspicijs ac Divino Consilio Romae recens institutam esse audiunt. Quis enim ordinis nostri non laetetur antiquum Pontificum Romanorum morem aetate nostra redire, et Apostolicum salem a coelestis Patris familias Vicario instrui, charitate hortatrice et administrativa in diversas Orbis terrarum partes provide spargendum? Quis non exoptet, ut filij tenebrarum commutentur in filios lucis et in agnos lupi transeant? Nullum vero fuit tempus post illas humani generis pestes duas natas teterrimas, Lutherum et Calvinum, quo talium operariorum, quales parantur Christianae gentes magis eguisse videantur. Neque enim Catholica Religio, et Ecclesiastica Hierarchia maiori molimine et astu oppugnata fuit Sathanae, eique ad imbuenda omni genere errorum ac depravanda ingenia grandior perniciosorum librorum numerus unquam prodijt. Gratiae igitur Deo sunt agendae qui Apostolicas missiones in Ecclesia sua excitare dignatur, per quas et solidentur fideles, et ij qui ignorant et errant orthodoxae veritatis cognitione beentur.

Quae Dioecesis meae sit ratio paulatim expediam. Latitudine nulla prope Dioecesis in Poloniae Regno Luceoriensem vincit, nisi quod confusa et dissipata maxime est ob Episcopos Ruthenicos quatuor, qui ei sunt permixti; Schismaticis praecipue abundat. Unio cum Ecclesia Romana a paucis recte et integre colitur, passimque reprehenditur, quod scilicet sine scitu assensuque totius Cleri et Nobilitatis, populique Ruthenici lenitate, et ambitione paucorum composita fuisset. In ea subvertenda factio Schismaticorum incitata ab emissarijs Graecis assidue laborat. Primarius igitur labor Apostolicis viris hic se offert in Schismaticis emolliendis sanandisque ac Unione iuvanda. Quem ut sperent non cassum omnino futurum id pignoris quasi instar illis potest esse quod superioribus temporibus Presbyterorum nostrorum opera, aut Unioni, aut ritui latino sese adiunxisse permultos exploratum sit. At si Sedes ipsa Apostolica lectissimos Viros in has oras extra ordinem legandos

⁴⁰ Episcopus Luceoriensis latinus tunc temporis erat Andreas Lipski (1618-1622), qui erat etiam Cancellarius Regni, dein translatus in sedem Cuiaviensem.

censuerit, ampliora celestium favorum subsidia illis praesto fore pie omi-
ner et confido. Uberes quidem fructus inde in unitorum Episcoporum
greges redundarent, qui ob summam in proprio clero hominum idoneorum
penuriam adversariorum machinationibus emoliendis pares esse nullo
modo possunt, nisi illis aliunde per viros doctrina, prudentia, integritate
virtuteque eximios suppetiae ferantur.

Haeretici (f. 92v) etsi minus hanc Dioecesim gravant, tamen in ea
quoque illorum convertendorum sunt palestra. Ariani p[re] caeteris ani-
mas Catholicorum captant et illaqueant. Cuius rei damnatissimae memo-
riae haeresiarcha Faustus Socinus plenum fraude, et peste artificium eis
reliquit. Illud satis laudari non potest, Congregationi ipsorum quoque
Ministrorum conversionem pro peculiari scopo esse. Nihil potuit institui
sapiens nihil absolutius quam ut non modo gregariorum haereticorum
salus quaeratur, sed etiam duces et capita ipsa petantur. Neque
in hac Apostolica negotiatione de talibus lucris animarum est desperandum
in quibus Divinae misericordiae et bonitatis vim ac magnitudinem mun-
dus admirans perspiciat; multi certe Haereticorum idcirco periisse existi-
mantur, quod neglecti contemptive fuissent.

Ad Catholicos dupli in Tractu (quorum alter Ucrainensis, alter
Pinscensis nominatur), comperi necessarias omnino Missiones esse, qui
inter medios schismaticos habitant sparsim, extra Parochias Catholicorum
a templis nostris et sacerdotibus magno locorum intervallo seiuncti.
Et Missiones, me Episcopo, primum a Sacerdotibus Societatis Jesu peragi
sunt ceptae. Ucrainensis quidem ab hinc triennio, Pinscensis anno supe-
riore. Relationem de hac novissima, qualis, ad me transmissa est, huic
scripto adiungendam putavi, ut rerum status Ill.mae Congregationi
fiat notior. Omnifariam autem inter se similes possunt censeri ambo
tractus, nisi illud inter utrumque interest quod Pinscensis est citerior
et pacatior, Ucrainensis fines Regni cum Scythris attingit eorumque
incursionibus patet. Quod est in causa ut regimina ecclesiarum, quae
ibi aliqua exstant, Praesbyteri declinant abterriti casibus aliorum, qui
a Scythis partim capti, partim interficti sunt.

Porro istius Episcopatus rationes meaeque sunt eiusmodi, ut sumptibus in Missiones plures praesertim vel ampliores faciendis par esse ne-
queam. Vehicula omneque instrumentum viae praebere, equos, et fa-
militum alere, viaticum identidem suppeditare, in valetudine affecta
adhibere Medicos, omniaque necessaria haud levidense negocium, ac
tanto mihi gravius cui primum Episcopatus obtigit lacer rapinisque
milium continuis deformatus, deinde publicus Regni Magistratus pari am-
plitudine dispendioque. Atque in universum ita censeo, magnum decus
ac dignitatem p[re]clarissimo huic instituto id esse comparaturum, siqui-

dem Missi ipsius Apostolicae Sedis alantur sumptibus, neque Clero Provinciali oneri fuerint; mirifice aestimationem suam ac benevolentiam apud populares tuebuntur, si a delitijs et hospitalitate exquisita, a capienda pecunia et honorarijs abstinebunt, si satis erit provisum ne quae-storum eleemosinariorum speciem referre, aut ingratam illorum memoria-riam revocare videantur.

(*Sequitur: Missio Pinscensis 1621, eiusdem Episcopi*).

53.

..., VII, 1622.

Amplissima relatio de s.d. « missione Pinsensi » ritus latini, de Ruthenis unitis et non unitis. Describuntur varii usus et abusus locales, qui in vitam religiosam et ecclesiasticam irrepserunt ob defectum missionariorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 337, fol. 366v-368v.

APF *Scripta Varia (Miscellanea C.)*, an. 1622-1700, fol. 93-95.

MUH, vol. I, pag. 329-333.

MISSIO PINSCENSIS 1621

Voluntate Ill.mi et R.mi Domini Andreae Lipski, Episcopi Luceo-riensis, Regni Poloniae Cancellarij, peraggravimus tractum Pinsensem, quadraginta circiter milliaribus in longum, duodecim in latum. Plurimi ubique Catholici Ruthenis permixti schismaticis vivunt in sylvis, inter paludes, cultu et moribus horridi, homines plane sylvestres, pene sine cognitione Dei, superstitionibus implicati, Sacramentis (uno excepto Baptismo) nunquam in vita usi, rei Christianae ita ignari, ut ne signum quidem sanctae Crucis formare sciant, Deumque Patrem et Filium et Spiritum S. nominare, neque Orationem Dominicam neque Symbolum Apostolorum, neque alia mysteria salutis nostrae ulla calleant, oratione illa una contenti: Domine miserere, quam sclavonice usurpant more Ruthenorū; eo solo nomine Catholici, quod Sabbatho cum Ruthenis non vescantur carnis. In hoc tractu oppida sunt non pauca, pagi plurimi; Civitas autem unica, a Pina fluvio Pinsko nominata, vasta satis et populosa. Habet Episcopum Graeci ritus unitum Ecclesiae Romanae; templo Graeca plus quam viginti, unicum Romani ritus, quod est Franciscanorum Conventualium. Incolae Civitatis omnes sunt Schismatici, praeter paucos pauperiores, qui vel Latinam Ecclesiam vel aliquam Graecam frequentant. Cives autem omnes diebus festis, relicta Civitate in vicinum cuiusdam Nobilis schismatici praedium ad schismatica Sacra confluere solent. Reliqua multitudo e plebe aut negotiatur in foro, aut otiose confabulatur domi, vel turmatim effusa in forum vel plateas, donec si-

gnum detur in aliqua ecclesia benedictionis, ut ipsi loquuntur, quo auditio ad pocula passim se conferunt, et potitant usque ad ebrietatem, quae crimen esse non putatur. In schismate est ita obstinata haec Civitas, ut etiam maximis miraculis non convertatur, quae hic non defuerunt. Ex ore ipsiusmet Episcopi Graeci Pinscensis accepimus quod referimus. Ante duodecim annos vixit in hac Civitate Civis quaedam honesta quae schismate abieco ad Unionem cum Sancta Romana accesserat; provectionaque iam aetate cum in morbum iam laetalem incidisset, liberos quos adultos habebat, cum gravi obtestatione obsecrabat, ne se in ecclesia Coenobij suburbani, tum temporis adhuc schismate polluta, sepelirent, sed in alia Simonis, Fidelium Christi consortio aggregata. Cum ea obtestatione moritur pia Mater bonaque; verum impij liberi, maternae obtestationis et ultimae voluntatis immemores, cadaver ad Coenobitas schismaticos deferunt sepeliendum. Ecce tibi (mira res) in medio itinere cadaver movetur in feretro, loquitur, surgit; metu in fugam versi aliqui, alij cum liberis proprius accedunt, rei insolitae exitum praestolantes. Tum Mater ad liberos conversa: Oh liberi, inquit, mei itane iussa Matris et ultimam voluntatem contemnere voluistis? nonne rogavi vos, ne me deponeretis ubi damnati sepeliuntur? Et pluribus eosdem increpans descendit e feretro et suis ipsa pedibus domum revertitur. Vixit postmodum quatuor septimanis, quo tempore documenta salutis dabat omnibus, qui veniebant, sed imprimis domesticis. Ubi hora moriendi iterum (f. 93v) venerat, iterata obsecratione cum imprecationis comminatione idem a suis postulabat, atque ubi suis ipsa manibus oculos sibi clausisset animam efflavit, et humata est ad Simonis prout mandaverat. Supersunt adhuc liberi in schismate obstinati, quasi nihil eiusmodi vidissent vel audissent. Miraculi enim famam calumnia hominum improborum extinxit, qui id totum magiae Episcopi et artibus latinis adscripserunt. Nobilitas vicina omnis, paucis exceptis, Catholica est, et nostram in illis partibus residentiam votis omnibus expetit.

Relicta ergo Civitate, in qua multa obijciebantur impedimenta et gravia propagandae gloriae Divinae, Villas et oppida lustrabamus. Ubique fere in primo limine agrestem in modum ab agrestibus illis sylvanis excipiebamur. Existimabant nos, antequam cognovissent, aut circulatores aliquos lucro et nummis intentos, aut turcicos exploratores. Sub idem enim tempus moles illa ingens Turcicarum, et Scythicarum copiarum Polonicis castris imminebat; ita insueta res animos rudium permoverat, nimirum qui sacerdotes tales nunquam ante illud tempus illis in sylvis et paludibus vidissent.

Primus labor noster erat, ubi ad pagum aliquem perveneramus scisci-
turi quot in eo patres familias Lithuanii numerarentur. Lithuano enim

nomine censemur omnes ij, qui Romanum ritum sunt secuti, eo quod ex Lithuania olim in eas partes Colonias deduxissent. Ubi id cognitum, obibamus casas singulorum, salutati benigne agrestes, significatum nos ipsorum causa a suo Episcopo, qui paternam ipsorum curam ferit, missos esse, ut haberent diu non habita auxilia salutis. Quaesitus deinde quot domi essent qui ad Sacraenta admitti possent, et an infantes omnes baptizati essent, et an Coniuges legitime copulati viverent. In his enim omnibus servire nos velle omnibus, et quidem gratis, nulla petita mercede, permotos solo amore Dei, et ipsorum salutis commiseratione, utpote quos videremus totos in terram abiecos de Coelo, et de Coeli conditore Deo vix aliquid nosse, qui tamen stellata illa palatia pro nobis paravit, ut cum ipso aeternum illa incoleremus in summa felicitate post mortem, sed vita prius in Christiano ritu, in timore Dei, in observatione mandatorum eius diu multumque exsercita, et ad finem felicem cum virtute traducta. Hic respirare illi, et paulatim de nobis meliora sentire incipiebant. Locum deinde et tempus conventui indicebamus. Veniebant frequentes cum coniugibus et liberis, sermone brevi et rudibus accommodato ad confessionem peccatorum, et Sacramenti augustissimi perceptionem, ubi satis videbantur dispositi, tum primum aures confitentibus datae, excitatoque Altari in aliquo horreo mundo, ad Sacrum audiendum tintinnabulo vocati, brevique iterum sermone excitati Synaxim sacram cum magno pietatis sensu accipiebant. Nimirum, primum in vita id omnibus fere accidebat. Paucissimi enim reperti, qui aliquando ante (f. 94) viginti vel quadraginta annos semel in vita confessi fuissent, multo pauciores qui id secunda vel tertia vice iterassent. Supra mille numeravimus absolutos a peccatis totius vitae, plurimos sexagenarios, septuagenarios, et duas foeminas grandaevas, alteram decem, alteram viginti annorum supra centum, quae videntur servatae a Divina Bonitate, ut peccata vitae (quod nunquam alias facere potuerant) confessione elucent, vel semel ante mortem. Sacraenta percepturi expresse interrogandi erant, num ieuni venissent; veniebant enim plerique sumpta mane post ieinium hesternum refectiuncula, et deinceps semper id erat necessario inculcandum. Finito sacro divinoque epulo, omnibus qui erant dispositi refectis, recitataque cum omnibus oratione Dominica, et Symbolo, datisque monitis salutaribus de vita in melius commutanda, infantes, si qui erant, baptisabamus; deinde illegitime cohabitantes matrimonio iungebamus, facta prius diligenti inquisitione de impedimentis, quorum tanta erat aliquando multitudo, ut bini et bini disponendi essent in longum, tribus aut quatuor ordinibus, inter quos incedendo, forma in Rituall inscripta, praesentibus testibus eorum consensum novum eliciebamus. Contingebat aliquando, ut mater cum Patre contraheret, et simul

eorum tres, quatuor, et sex liberi cum suis coniugibus quoque contraherent eodem tempore; passim enim miseri illi pecudum more vivebant. Et mos erat accipiendi uxorem, faciendi periculi causa, num esset futura bona uxor, lanifica, mater familias laboriosa, non contentiosa, num sciret vestes lavare, facere pistrinum, textrinam et similia. Et in tali probataione annos 3,4,10 exigebant et liberos procreabant, et quando volebant uxores repudiatabant; aliqui per multos annos neglecti ad finem vitae illegitime cohabitabant. Qui mos cum divina gratia, iniesto timore Dei et supplicij aeterni, magna ex parte sublatus non inter Catholicos solum, sed etiam inter Ruthenos. Persuasum enim Dominis temporalibus, ut pro potestate in subditos agerent in hac parte non segniter pro salute ipsorum, ne cum ipsis in damnationem praecipitentur. Plurimi, nobis praesentibus, hoc modo ex Ruthenis contraxerunt legitimum matrimonium, qui etiam veniebant subinde immixti Lithuanis ad audienda monita salutis et cum desiderio frugis melioris recedebant. Incedebant saepius impedimenta ligaminis; aliquibus remedium allatum, aliqui pertinaces in peccatis remedium non admittebant. Et ex hac causa semel vitae periculum adieramus, nisi illud Divina bonitas avertisset; homines hastis et sclopis armati invadere nos parabant, immo iam invaserant, sed in ingressu ipso, nescio quomodo, ab incepto destiterunt, Divina nos manu protegente. His in hunc modum absolutis, dicto omnibus vale, coetum dimittebamus, data spe eos revisendi saepius pro eorum salute, prosequenter nos gratias omnium votis et suspirijs. (f. 94v) Nos aiebant veros sacerdotes, homines coelo lapsos et similia, pro quibus Deo gratias referebant. Illud in primis eos in admirationem rapiebat, quod pro labore nihil ab ipsis postularemus et ultiro oblata respueremus, nisi purae eleemosinae nomine offerrentur. Reconciliati Ecclesiae partim Haeretici, partim Schismatici decem, Dissidentes capitali odio multi ad concordiam adducti, inter quos par coniugum nobilium, qui iam extremis laborabant. Sed cum Divina gratia post confessionem odia in amorem versa, insigni utriusque mutatione; faemina nobilis, quae Catholica erat, sed cultum Imaginum detestabatur (quod malum hauserat ex lectione bibliorum cum glossis haereticis), ut errorem abijceret et librum hereticum, dicebat se ante tantam difficultatem in ea re sensisse, ut illi videretur impossibile id posse praestare; post unam autem de hac re admonitionem quasi manu a corde ablatum virus sibi gratulabatur, Deum laudans, quod sui miseratus esset. Matrimonio legitimo copulati homines prope ducenti. A nobis plusquam septuaginta paria; coeteri Rutheni a suis Presbyteris, exemplo et hortatu nostro. Baptisati infantes circiter 20.

Consuetudinem quoad ieunia et festa cum Ruthenis celebranda per eos simul approbabimus ad tempus, donec aliud a Superioribus sta-

tuatur; similiter de Confessionibus faciendis pro Paschate et in articulo mortis unitis Popis, non tamen ut Eucharistiam ab illis sumant: nam quod attinet ad ieiunia nostra et festa nullam de ijs habent notitiam, neque ulla ratione a proposito se dimoveri patiuntur, eo quod, inquiunt, neutri parti ex integro satisfaceremus. Diversitas quoque religionis in matrimonii, dum Rutheni cum Catholicis cohabitant, illos reddit obfirmatores; ubi separatim, cibi toties parandi essent diversi. Quod licet apud prudentiores, locupletioresque levius sit, certe apud istos animales homines, qui sensu maxime ducuntur, in paupertate praesertim quae hic multis in locis cernitur, magnam facit difficultatem. Huc accedit quod dum nostri ecclesias Ruthenorum pro festis visitant, fieri non potest quin a popis, ex quibus paucissimi vere uniti, antiquae consuetudines illorum quoad ieiunia et festa a maioribus etiam ipsorum Catholicorum observatae non commendentur, et posteriores adinventiones seu mutationes a Calendario novo ortae vituperentur.

Atque ita simplices imbibunt sensim virus et errores gravissimos, qui dum successu temporis invalescunt difficillime tolluntur. Est igitur in hoc articulo necessaria resolutio Superiorum pro futuris temporibus.

De caetero ut Catholici, per totum eum tractum tam late varioque dispersi, omnes simul pro Paschate Poenitentiae et Eucharistiae Sacra-menta percipient, sic stantibus rebus, impossibile videtur. Verum putamus eos in tres partes dividi posse: ut uni quidem parti pro festis Nata-litijs, alteri pro Paschate, tertiae pro Pentecoste administrentur. Quae omnia iudicio et discretioni Superiorum per nos humiliter subiiciuntur; (f. 95) sit ubique benedictum nomen Domini.

In articulis istis caeterisque, qui ex eadem relatione colligi possunt, Ill.mae Congregationis expectabo praescriptum.⁴¹

Interea Deum precor, ut sanctissima eius cepta et cogitata per Orbem Christianum promoveat, et secundet, etc. etc...

54.

Vilno, 12. VIII. 1622.

Relatio Episcopi Vilnensis de instituendis missionibus in Lithuania, de Unitis et non-Unitis, de scholis Vilnensibus et spe fructus etc.

- BIBL. APOST. VAT., *Vaticanus latinus*, vol. 6696, fol. 102-103.
 APF, *Scripta Varia - Miscellanea C.*, vol. 22, fol. 96-97.
 MUH, vol. I, pag. 333-335.

⁴¹ De quodam rescripto huiusmodi tenoris non nobis constat.



S. JOSAPHAT J. KUNCEVYCH, AEP. POLOCENSIS-VITEBSCENSIS
(1617-1623)

Illustrissime et Reverendissime Domine, Domine Colendissime.

Pastoralis Sanctissimi Domini Nostri animarum cura, quam a primis initiis Pontificatus sui magnopere declaravit, tum in propagatione Religionis catholicae, tum in eradicandis pravis haeresum erroribus, instituta etiam ad hoc peculiari Congregatione ista, de qua mihi Illustrissima Dominatio Vestra eiusdem Sanctitatis mandato significare dignatur, non potest non omnibus fidelibus vehementer probari, et accepta esse. Potissimum vero nobis Antistibus Ecclesiae, quibus pars eius sollicitudinis communicata est. Idcirco obsecramus sempiternum Numen, ut Suam Sanctitatem diutissime salvam et incolumem bono publico servet, eiusque concepta animi desideria ad effectum promoveat felicem.

Quod attinet ad dioecesim meam, cuius progressum fructumque facile, ac aliarum dioecesum Poloniae cognoscere Illustrissima Dominatio Vestra poterit, id tamen peculiare habet, quod ut longe latius quam reliquae diffusa est, ita pro viribus a me provisum est, ne quam iacturam animae etiam in remotioribus positae locis patientur. Magnam utilitatem faciunt Patres Societatis Iesu, qui linguas diversas incolarum callent, et prope e singulis domibus excursiones faciunt. Ii ruricolas rudes sensim ad audiendam doctrinam christianam formant idoneos, mysteria fidei eisdem explanant, ad Sacraenta paenitentiae et Eucharistiae saepius frequentanda, caeteraque officia christiani hominis alliciunt, et hac ratione colonorum animas Christo lucrificant. Idem quoque Parochi in suis parochiis sedulo praestant. Quod si aliqui sint altioris intelligentiae et fusori oratione sibi arcana religionis enodari postulent, eos iidem Patres Societatis Iesu, qua privatis alloquiis instituunt, qua publicis concionibus et in aliorum concessu dissertationibus convincunt, ut non difficuler in sanctissimae Matris redeant gremium et consortium. Magnam item opem in eam rem conferunt varii Religionum Ordines instructi zelo fidei, ac litteris sacris atque doctrina, controversiarum quaestionibus de omnibus fidei capitibus, in quibus a nobis infideles dissentient. Privati vero Religionum conventus privata... tractant studia, quae ad convertendos ab erroribus populos magnopere sunt opportuna. Habeo praeterea Vilnae Academiam studiis theologiae, philosophiae, omniumque humaniorum litterarum disciplinis et numero egregiae ac eruditiae iuventutis florentissimam. Accedunt cum auxiliari manu Seminaria: unum Sanctissimi Domini Nostri, in quo aluntur iuvenes variorum nationum, Angli, Scotti, Dani, Germani, nostratesque ex haereticis nati parentibus, a quibus catholicam fidem penitus deserti sunt. Alterum dioecesanum, in quo instituuntur adolescentes clerici, ad propagandam in his oris fidem orthodoxam populosque christianaee disciplinae moribus imbuendos. Ad repurgandum porro schisma Graecum, quod in Ruthenis

nostratibus inveteravit, Reverendissimus Dominus Metropolitanus Chioviensis sua quoque habet Seminaria per Regnum sparsa. Praecipuum autem est Vilnae in monasterio Sanctissimae Trinitatis, in quo non pauci Religiosi sancti Basilii Sanctae Romanae Ecclesiae uniti formantur ad extirpandum schismaticorum zizania. Eorum non pauci student in Academia Vilnensi. Deinde vero prospectum est, ne Parocchia et cura animarum quibusvis deferatur, sed optimi seligantur, qui cum satisfactione, et Ecclesiae Romanae tueri possint auctoritatem, et erroneous tam schismaticorum quam haereticorum opiniones et imposturas convellere. Quocirca quamdiu opera istorum hominum uti licebit, ut vero liceat elaborabo, incolas et subditos meae dioecesis egere non arbitror aliis praesidiis. Alioquin si quaepiam necessitas animarum ingrueret, operariorumque in mea vinea egeret, et Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Vestram et simul Sanctissimum Dominum Nostrum certiorum facerem, atque a Sua Sanctitate auxilia postularem.

Sanctorum nuper a Sanctissimo Domino Nostro in numero Caelitum adscriptorum nomina et festa, tum et librorum recenter prohibitorum Catalogum, iuxta Illustrissimae Dominationis Vestrae mandatum in dioecesi mea publicari non neglexi. Quod reliquum est, me et paratissima obsequia mea in gratiam Illustrissimae Dominationis Vestrae etiam atque etiam commendo.

Vilnae, 12 Augusti 1622.

Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae obsequentissimus servitor

Eustachius, Episcopus Vilnensis.

55.

Leopoli, 22. IX. 1622.

Relatio Archiepiscopi Leopoliensis ritus latini de statu spirituali suae provinciae deque faciendis in ea, et de mediis; de Ruthenis et Armenis eorumque statu; de s.d. Unione Berestensi eiusque ortu et brevi historia, de periculis pro Unione etc. Item latissime de Armenis eorumque unione et vita nec non moribus, et modo promovendi eorum redditum ad Ecclesiam Catholicam.

BIBL. APOST. VAT., *Vaticanus latinus*, vol. 6696, foll. 105-110.

Illustrissime et Reverendissime Domine, (Domine) Colendissime.

Incredibile est, cum quanta animi mei voluptate perlegerim exemplum litterarum Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Cardinalis Ludovicii, quibus Illustrissima et Reverendissima Dominatio Vestra significat Sanctissimum Dominum Nostrum Gregorium XV, Gregorii XIII

laudatissimi Praedecessoris sui vestigis gradientem, deliberasse novos quosdam fidei catholicae fortissimos athletas suscitare, atque contra, non ut olim unum, sed quam plurima, Goliath illius superbi similes spurios agminibus Israel exprobrantes in aciem educere. Grande profecto, et vere apostolicum propositum, et quod sine Spiritus Sancti robustissimo afflato mente humana concepi haud potuit. Cum enim tot nobilissima Regna et provincias, proh dolor, haeretica lues infecerit, velle singulis succurrere immensi animi est, et inauditi zeli. Et tamen tanta est Suae Sanctitatis in eius, cuius in terris vices gerit, virtute confidentia, ut prorsus nullas, quae huic apostolicae intentioni obviare posse videntur, gravissimas difficultates et impedimenta reformidet aut pertimescat. In primis enim delectus talium virorum, quales tam arduum opus requirit, et quales ex mente Sanctissimi Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis delineat, hoc corrupto saeculo et quod tantopere in charitate refrixit, veremur ne paulo difficilior sit futurus. Praestantissimarum enim et amore Dei et proximorum flagrantium mentium est omnia carissima, parentes, patriam, fortunas, et quid omnem superat charitatem, vitam ipsam saluti alienae impendere.

Deinde quod tales pugiles Christi necesse est ut plurimi sint, et ex omni gente et natione, quae in universo Christiano orbe continentur delecti, idque ut linguis diversis, populis diversis prodesse queant. Sed tamen ista omnia in manu et dispositione sunt illius Numinis superni, quod verbo virtutis suae portat universa, et vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt. Nostrum autem erit illud precibus nostris fatigare, ut hoc divinum Sanctissimi propositum secundet, et tam intensum desiderium, quo diabolica fraude deceptas animas ex laqueis aeternae mortis eruere intendit, compleat atque satiet.

Ad quaesita vero Suae Sanctitatis, quis nam sit status fidei catholicae in provinciis et dioecesibus nostris, et an in partibus tales palestritae, quales Sanctissimus excitare satagit... et fructum aliquem afferre possint, et an aliquando similes alii ad eumdem effectum missi fuerint, numquam aliqua impedimenta invenerint, aut isti novelli agonistae, si aliquando mittentur, in posterum sentient? Ad ea, inquam, pro mea provincia et dioecesi haec breviter et generatim referre habeo.

Provincia mea, quae totam complectitur Russiam, habet subiectos Episcopatus Luceoriensem, Praemisliensem, Chelmensem, Chioviensem, Camenecensem, olimque habuit in Valachia Cisalpina Ceretensem, Milcovensem, sed hi per schismaticos Principes extinti. Baccoviensis vero vix aliqua supersunt vestigia. In Transilvania vero Nicopoliensis, Argensis, uti primi similiter per schismaticos sublati. In Tauricha Chersoneso Theodosiensis, Tartarorum immanitate deletus, per Dei gratiam paucos pa-

titur haereticos. In ipsa quoque dioecesi mea duo tamen latibula erraticorum istorum hominum reperiuntur, ad quae furtim circa festa Paschalia nostra confluere solent, ut in iis Caenam suam sacrilegam atque execrabilem vorent.

Maius igitur, immo totum negotium nobis est cum schismaticis Ruthenis et Armenis. Rutheni enim, uti Graeciae vicinae contermini, fidem christianam schismate infectam a Graecis acceperunt, ob idque quasi ab utero errantes, quam cum lacte suixerunt, perfidiam Graecanicam obstinatissime retinent, ipsorumque erroribus per omnia adhaerent. A Filio namque processionem Spiritus Sancti firmiter negant, Purgatorium tollunt, mortuorumque in Domino caelestis beatitudinis visum et fructum ad magni iudicii diem usque differunt, multisque aliis erroribus manent implicati, ex quibus difficile prorsus est eos eruere, partim ob innatam gentis duritiem, partim ob densas ignorantiae tenebras. Gens enim stolida, et rudis, litteras aspernatur, doctrinam respuit, nec vult omnino intelligere ut bene agat, ut bene credat. Frustra igitur ei disseras, frustra ratiocineris, frustra disputes. Non enim, vel si ei millies salutaria dicas, audit, non mentem accommodat, non denique loquitur, sed tanquam serpens ad vocem sapienter incantantis aurem obdurat, cor claudit, oculos avertit, linguam continet. Neque id plebs tantum, sed et sacerdotes ipsorum, quos Popones lingua latina vocant, eadem ignorantia tenentur. Plurimi enim ex iis vel ipsam orationem Dominicam memoriter nesciunt; tantum abest, ut sint in lege Domini instructi aut eruditi. Eius autem tantae ac tam crassae inscitiae nullam aliam causam reperio, nisi quia uxoribus alligati, liberos procreant propterque eos sanctuarium Dei haereditate quadam possident. Cum enim filii mere patribus suis in beneficiis ecclesiasticis succedant, nullum studium litterarum est apud eos, utpote inutile et otiosum. Quando quidem nec doctrina nec scientia, sed ius sanguinis et voluntas carnis ad sacerdotia provehit et sublimat. Itaque genuisse filium apud eos satis est; doctum esse nihil interest, modo enim legere sciat, pro idoneo reputatur, nec ulla tenus a successione paterna amoveri aut ea privari potest.

Deus tamen, qui de tenebris fecit lucem, nostra memoria illuminaverat virum ex ea gente lumine intelligentiae et veritatis, Hypatium Poccieium. Senator Regni erat, classis mediae, castellanus Brestensis, antequam esset sacris initiatus... Unde nec fuit mirum, quod in eo ordine splendidius versatus, rerumque notitiam plurimarum assequutus, etiam gentis suae errores deprehenderit. Is igitur... vita et negotiis saecularibus ad Vladicatum Wlodomiriensem et Brestensem promotus — Episcopos enim Vladicas Rutheni vocant — ac tutas vias ac modos quae rere instituit, quibus tot aberrantes oves ad caulam et ovile unum et ge-

nuinum traduceret. Adfuit Deus pro desiderio et proposito. In primis enim Metropolitanum Chioviensem et Haliciensem et totius Russiae Michaelem Rochosa, deinde Cyrillum Terlecium Exarcham Luceoriensem et Ostrogiensem, Polocensem et Vitebscensem Gregorium Hermanum, Chelmensem et Belzensem Dionysium Zbiruischi, Pinsensem et Turoviensem Leontium Pelczicki et post eius citam mortem Ionam Hohol, Vladicas, coeptorum suorum non multo opere socios fecit. Nam Leopoliensis Gedeon Balabanus et Praemisliensis Michail Kopistinski in sua pervicacia et obstinatione remanserunt. Mox cum Luceoriensi ad Urbem profectus, coram beatae memoriae Clemente VIII, eiuratis Graecorum erroribus, fideique confessione puriori, ad normam Florentini Concilii acceptata, se suosque sequaces Ecclesiae Romanae univit. Romanum Pontificem Pastorem orbis universalem agnovit, cum eiusque benedictione tanquam cum ramo olivae domum reversus, Brestae Unionem anno Domini MDX (sic) in praesentia bonae memoriae Ioannis Solcovii antecessoris mei, et Bernardi Macieiovij, tunc Episcopi Luceoriensis, postea Cracoviensis et sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, et Stanislai Gomolinski, Episcopi Chelmensis, aliorumque tum Regiae Maiestatis Nunctorum, tum Procerum, Unionem publicavit.

Moritur interim Metropolitanus Chioviensis, succedit Hipatius in locum eius, fremente antiquo hoste humano et contra eum Nobiles concitante. Tumultus igitur undique in eum exoriuntur, maxime in Comitiis Regni haereticorum factionibus adiuta Ruthenorum nobilitas non modo Poccieum ex sede illa exturbare, verum etiam Unionem ipsam iterum discindere modis omnibus nitebantur. Cuius tamen ille insultus, divino auxilio confortatus, et brachio eius sancto munitus fortis, et infra dicto animo excipiens, victor ubique evadebat, confundebatque non modo Ruthenos, sed auxiliares eorum haereticos, ita sagittae illae parvolorum viderentur plagae illorum. Itaque illi exemplo olim Iudeorum in Christum Dominum perpetrato, odium illud suum immensum in diram crudelitatem vertunt, Vilnaeque, primaria civitate Lithuaniae sicarium pretio conducunt, atque ut Poccieum de medio tollat cum eo paciscuntur. Invadit igitur sicarius per urbem euntem, et nihil tale exspectantem Poccieum, gladium educit et vibrat, atque ictibus crebris et validis eumdem adoritur. Quos cum Poccieus declinat, manuque defendat caput ac tegit, graviter in ea vulneratur, digitusque eidem praeciditur. Iterum igitur sicarius maiore vi in iugulum eius petens, caput ipsius amputare nitebatur. Sed ille a Deo protectus est, ictum enim catenula aurea e collo pendens, et Crucem Domini gestans, quamvis infestissimum atque contentissimum sustinuit, et collum... que pervadere haud permisit. Sic Poccieus sanguine quidem, et digito minutus, in vita tamen miraculose

Dei dextra servatus, animum in tuenda Unione ne minimum quidem remiserat, imo validius etiam eamdem quoad vixit, et propagabat, et propugnabat.

Utinam, utinam inquam, tales Agonothetas suscitet Dominus, repleatque tam firmo, tam solido, tamque efficaci spiritu. Et tamen tantus talisque Unionis propugnator quantum in hac natione prava perversaque profecerit, refugit animus referre. Pauci enim etiam hodie Unionem amplexuntur, cum infiniti et innumerabiles propemodum sint, qui obstinatissime in schismate perdurant. Metropolitanus quidem ipse Chioviensis, cum reliquis Vladicis, excepto, quod non sine dolore maximo meo refero, Leopoliensi, Unionem utcumque retinent. Sed, ut dici, pauci ex clero, pauciores ex plebe eamdem sequuntur. Quamquam nec isti satis fidi, aut stabiles, et qui, ut sunt, ingenio vago et mobili, facile ad pristinum schisma ex quavis... causa relabuntur. Ut exinde iam colligere liceat multum errasse eos, qui hanc Unionem procuraverant. Satius namque erat schisma sensim eradicando, ipsum, ut sic dicam, catholicismum introducere, quam labilem istam et mutabilem Unionem plantare. Comprobant id multa exempla olim, et modo etiam edita. Quaecumque enim Nobilium familiae ex schismate ad fidem catholicam recta et ex integro transierunt hodieque transeant, constanter in eadem perseveraverunt hodieque perseverant, tantoque magis plebeij. Comprobat adhuc vetustius exemplum. Nam sub Eugenio IV, regnante in Polonia et Hungaria Vladislao Rege, confecta quoque fuit Unio huius gentis cum Ecclesia Romana, neque illa gratuita. Nam in huius Unionis gratiam pius ille Rex Ruthenorum Vladicis et clero easdem libertates et immunitates, quibus catholici Episcopi cum suo clero in suo Regno Poloniae gaudebant contulerat, ut hac benignitate ac clementia devinctos tenacius in sanctae Unionis vinculo teneret. Verum mala mens, malus animus Graecorum moribus imbutus, beneficia quidem sibi a pientissimo Rege collata retinuit, hodieque retinet, fidem vero Romanam Pontifici et Regi datam perfidiose rupit. Non enim in Unione diu perstitit, sed tanquam spurcus canis ad vomitum, aut sus ad volutabrum, paulo post rediit.

Denique Unio ista aliud etiam grande periculum pene in foribus habet. Chosacij enim, uti apud nos genus hominum ferocissimum et bellicosissimum, ita quoque insolentissimum et audacissimum ex hac eadem gente..., eiusdemque schismaticae pravitatis tenacissimi; tum etiam a quodam Pseudo-Patriarcha Constantinopolitano,⁴² qui nuper ex Moscho-

⁴² Agitur de Theophane, Patriarcha Hierosolymitano, qui de mandato Patriarchae Constantinopolitani anno 1620 Kioviae hierarchiam non catholicam in sedes ple-

via rediens ad ipsos diverterat, concitati, tumultuari, et acriter contra Unitos insurgere anno superiore incaeperant. Iamque suos legatos apud Regiam Maiestatem urgere institerant, ut Vladicæ uniti et alii inferiores de sacerdotiis ruthenicis deiijcerentur, cavereturque in posterum ne aliis quam schismaticis conferantur. Alias se per vim et arma ipsos deiecturos denuntiabant. Verum hanc eorum petulantiam, dicam, an temeritatem, grave bellum turicum imminens, in quo illi postea valde praeclaram navaverunt operam, utcumque sedaverat.

Non igitur hoc malum sopitum, aut sublatum, sed potius in aliud tempus dilatum esse videtur. Faxit vero Deus, ut quemadmodum alia gravissima a nobis avertit pericula, hoc quoque ab Ecclesia sua avertere atque... dignetur.

Atque haec sunt quae referenda existimavi de schismaticis Ruthenis. Nunc de Armenis pauciora restant dicenda. Diversa enim est ratio eorum; nam Rutheni hic sunt terrigenae et quasi primigenii; Armeni vero advenae atque exotici, hisque terris quasi insiti, ideoque longissime pauciores, atque trium fere tantum civitatum incolae, Leopoliensis videlicet, Camenecensis et Zamosciensis. Dicuntur sane a trecentis annis ex Armeniis in has oras commigrasse, a Leone duce Ruthenorum militiae causa acciti.⁴³ At nunc in mercatores et propalas degenerarunt. Differunt etiam in eo, quod Armeni sunt paulo civiliores, utpote in civitatibus degentes, Rutheni vero quia plebe sua villas ubique implet et agros colunt, ideoque sunt agrestes. Sed tamen Rutheni non modo ex villanis et civibus constant, sed etiam multam nobilitatem habent, imo aliquos etiam Senatores, tum et alia, per districtus et territoria nobilium, officia et dignitates gerunt. Armeni vero tantum cives sunt aut opifices. Conveniunt autem in eo quod nec isti litteris dant operam, similiterque in summa rerum fidei ignoratione versantur, solis lucris et mercaturis dediti; et nisi nostrorum... libros in polonicum ex latino idiomate versos legerent, nullus eorum suae fidei rationem posset legere. Episcopum quoque nullum habent, sed a sacerdotibus paucis, iisque valde ineruditis et ineptissimis, tum ex uxoriis reguntur, quos tamen in magno honore habent, victimque eis viritim et dietim abunde subministrant, ita ut non modo seipso, verum etiam uxores suas et liberos laute alere queant. Ordines igitur ab errantibus quibusdam, qui aliquando magis turpis lucri gratia quam religionis causa Armenia ad eos commeant, et saepe non veri Epi-

nas istituit, cuius recognitio ex parte Reipublicae et Regis usque ad annum 1632 protracta fuit.

⁴³ Leo I, Danilovič (1264-1301), rex Galiciae et dein etiam Volhiniæ.

scopi, quos se esse mentiuntur, sed impostores sunt, accipiunt, ab iisdemque Chrisma, verene consecratum an non, Deo tantum sciente, grandi aere mercantur illudque per annos plurimos asservant, donec quispiam alius impostor cum alio superveniat. Sed et hoc quod nacti fuerint, quandoque enim illud privati homines ex mercaturis orientalibus redeuntes secum afferunt, ubi et quando eo utendum sit aut ignorant, aut quomodo sciant pro re minus necessaria si ommittatur, reputant. Et baptismus igitur et Extrema Unctio perperam apud eos administratur. Ridiculum autem prorsus est quod seniores communitatis Armenorum, quasi vices episcopales gerentes, concionibus, quas sacerdotes ipsorum ad populum habent, modum praescribunt, nec nisi iussi ab eis eas facere possunt, sique non ad mentem ipsorum quid protulerint, sibilis et manuum ac pedum strepitu statim obrutos de suggestu explodunt, ac finem dicendi imponere cogunt. Sicut autem Rutheni de facili et quavis etiam levissima causa dissolvunt matrimonia, ita Armeni cognationes aut affinitates parvam aut nullam rationem ducunt, saepissimeque in vetitis gradibus matrimonia celebrant. Cum enim pauci sint, satius dicunt ecclesiasticis canonibus derogare, quam cum alienae gentis personis iungi. Saepe tamen feminae ipsorum schismati renuntiare solent, ut matrimonia cum catholicis contrahant. Nam feminae ipsorum ad catholicam religionem magis sunt propensae, nuperque iam sub regimine meo quinque virgines primariae, invitis parentibus et multum reclamantibus, gratia Dei ditatae, aliae sancti Benedicti, aliae sanctae Brigitiae religionem optime in vita religiosa proficiunt, plurimae aliae metu adhuc parentum continentur. Et quidem haec vel una, vel praecipua causa est quod Armenos istos a suscipienda fide catholica arcet, usus nempe promiscuus matrimonii. Si enim liceret Armenis nostrorum virorum et nostrarum feminarum uti matrimoniis, paucis post annis in Polonus verterentur, et Armeni esse desinerent; sicque, ut ipsi sibi somniant, rationes mercandi et victus quaerendi non modo ipsis mutarentur, verum etiam deperirent. Quae quam sit stulta ipsorum consideratio, quisque vanissimus metus, nemo non videat. Nisi forte per nostras catholicas cautiones non liceret eis mala fide mercari dolo, fraudeve vendere aut cum animae iactura lucra quaeritare. Nam et catholici nostri mercimoniis utuntur, et tamen conscientias sartas tectasque conservant, et egestate non premuntur.

Caeterum supra iam retulimus Armenos, quid aut quomodo credant, parum esse sollicitos, ideo magis in superstitionibus, quarum apud illos ingens est proventus, quam in fidei articulis peccare et errare vindentur. Quamquam non desunt inter illos, qui Eutychetis haeresim de duabus in Christo confusis naturis teneant, clanculum tamen, et non

nisi cultiores. Reliquum enim vulgus de his nec somniat quidem. Cumque non ita pridem cultiores isti secretam hac de re disceptationem instituissent, et Zamoystio doctior quidam eorum sacerdos ad decidendam quaestionem evocatus, contra Eutychetis dogma sententiam pronunciasset, in alto silentio totum hoc tractatum illico sepelierunt, nec in publicum ullo modo prodire passi sunt. Verebantur enim ne aperte haeretici apparerent, a qua labe se quam longissime abesse constanter pernegant. Latet tamen hic serpens in sinu ipsorum, imo et premitur, ne in publicum exeat, nisi quando ipsis commodum fuerit.

Rem ut breviter concludam, isti Armeni nostri, cum sint et pauci, et soli, et civilis conditionis, citius per saeculare brachium quam per theologam doctrinam converterentur, si id aggredi iis aliquando Dei misericordia iubeat qui iura ipsorum in sua potestate tenent. Nam et ille evangelicus hospes alios nolentes invitatos exceptit, alios nolentes intrare in suam caenam iussit compellere. Nunc quidem aperte ipsimet fateri et agnoscere videntur quod mancam et acephalam Ecclesiam habent. Quando quidem concionatoribus suis, qui modo de medio ipsorum, mercium causa, nuntium Sacrae Regiae Maiestatis Constantinopolim ad Turcharum Imperatorem euntem sequuntur, delegaverunt, ut aliquem suae gentis et schismatis Episcopum conquisitum, inde redeuntes secum adducant, ne amplius absque pastore esse videantur. Cuius etiam rei causa Symbolum haud modicum... tim contulerunt. Qui si advenerit, censerem ei esse prohibendum, ne absque iusu et voluntate Regiae Maiestatis Episcopum in suo Regno homo externus agere audeat.

Iamque hic sisto gradum. Quaecumque enim pro muneric mei debito in his nationibus duabus notata habui, voluntati Sanctissimi Domini Nostri et Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae satisfaciens, hoc brevi compendio complexus sum, ut ex his colligatur, quis in his duabus nationibus profectus sperari possit, si aliqui zelatores fidei ad eorum salutem procurandam destinati aliquando accurrerint. Ego enim Deum Optimum Maximum suppliciter precor, ut quam Sanctissimus Dominus Noster orbi terrarum parat opem, his quoque populis nostris prospicit et me quoque consoletur. Commendo me iam, meaque officiosissima obsequia in gratiam Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae, qua maiori possum diligentia.

Leopoli, die 22 Septembris, 1622.

Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae devotissimus servus

Ioannes Andreas Prochovicius, Archiepiscopus Leopoliensis.⁴⁴

⁴⁴ Archiepiscopus Leopoliensis Latinorum — Joannes Andreas Próchnicki (1614-1633).

56.

..., 1622.

Ut videtur, relatio cuiusdam Praelati ritus latini de statu Ruthenorum in Regno Poloniae-Lithuaniae, de eorum unione, causis dissidii, eparchiis, progressu et praelatis singulis eorumque vita et laboribus; nec non de non-Unitis, de cosacis, de ecclesiasticis usibus, de Carmelitis, et de modo promovendi fidem catholicam et mediis ad eam; de episcopis latinis eorumque actione etc. Relatio amplissima et optima quoad rem et formam.

BIBL. APOST. VAT., *Vaticanus latinus*, vol. 6696, fol. 79-83.

Benchè Sigismondo III, Re moderno di Polonia, habbia con pari zelo procurata la riconciliazione de suoi sudditi scismatici con Santa Chiesa, come s'è detto nel primo discorso haver fatto de' Luterani e Calvinisti, tuttavia il frutto non è stato di tanto rilievo, poichè essendo la maggior parte de' scismatici persone plebee e di bassa mano, non ha havuto in loro logo lo stimolo de la distributione, che fà il Re degl'onori, de le cariche, e de l'entrate de' beni Regij, le quali possono interessarli et allettarli ad avanzarsi col mezzo de la Religione ne la gratia di Sua Maestà. Ne si son potuti praticcar rimedij che havessero del violento, perchè oltre l'ostacolo de la libertà di coscienza promessa dal Re ne la sua coronazione, aderendo la maggior parte de' Cosacchi a questa setta, et essendo di natura bellicosi, hanno a le volte ardito di diffenderla con preghiere si, ma armati e pieni di minaccie, le quali non ponno spazzarsi da chi ha esatta cognizione del numero d'essi, ch'è di numero sessantamila, del modo loro di armare, di congregarsi insieme, de la celerità di scorrere et impadronirsi de la campagna, che si può dire, che in poche ore faccino danni e pregiudici irreparabili, massime ne' luoghi ove non sono fortezze, come accade nel Regno di Polonia. Onde per queste ragioni di tanto peso si può concludere, che 'l numero de' scismatici nel Regno sia grande, e superi quello de' Luterani e Calvinisti.

Abitano questi scismatici ne la Podolia e ne la Volinia, ma il proprio nido in Polonia è la Russia, che però si chiamano comunemente Ruteni, e scismatici.

Dividesi la Russia in tre parti. La prima è detta Russia Rossa, l'altra Russia Bianca, e la terza Russia Nera. La Russia Rossa è intorno a le città di Leopoli, di Primislia, di Luceoria, e comprende tutta la provincia di Volinia. La Russia Bianca ha il suo principio da la città di Riga, Metropoli de la Livonia, e si stende a Orsa, Polozch, Moilof, e sino al Gran Ducato di Moscovia. La Russia Nera comincia da' confini del Gran

Ducato di Lituania e si stende fino in Chiovia, e contiene le città di Miesche (= Minsk) e Nowogrodek.

Ma prima di rappresentare lo stato presente de' scismatici nel Regno di Polonia, non è fuor di proposito l'accennare lo stato passato loro, e le ragioni, che avrebbero lo scisma.

L'Arcivescovo di Chiovia è stato per l'addietro Metropolita di tutti li Vescovi di rito greco del Regno di Polonia, com'anco del Gran Ducato di Moscovia. Ma perchè un Arcivescovo che intervenne al Concilio Fiorentino abbracciò il rito latino, et accettò la dignità cardinalitia, fù da' Moscoviti ucciso,⁴⁵ e da quel tempo li Vescovi di Moscovia non vollero ricognoscer più per loro Metropolita l'Arcivescovo di Chiovia, e così soggietteronsi al Patriarcato di Costantinopoli, il quale ricognoscono per lor capo ancor oggi. Dopo la morte del sudetto Arcivescovo che si facea chiamare il Cardinal Isidoro, regnò lo scisma universalmente ne gl'huomini di rito greco de la Russia, Volinia, e Podolia, e tutti li Vescovi de lo stesso rito divennero scismatici, e si faceano consecrare dall'Arcivescovo di Moscovia.

Nel pontificato de la santa memoria di Clemente VIII, Ipatio Proceo, che fù senatore secolare del Regno di Polonia, fù fatto Arcivescovo di Chiovia, e corrispose così ardentemente a la sua vocatione, et a' santi propositi da lui fatti di rimettere in piedi l'Unione, che col molto zelo suo convertì buona mano di scismatici, e li riunì con santa Chiesa, e Sua Maestà, che favoriva questa santa opera de l'Unione, nominò in luogo di Vescovi scismatici che andavano morendo solo Ruteni uniti. E poi succeduto al sudetto Ipatio nell'Arcivescovato di Chiovia Giuseppe Velamin Rusci, alumno in gioventù sua del Collegio Greco di Roma, il quale seguendo le vestigie del suo Antecessore, e menando vita irreprendibile, ha promosso e procura giornalmente di promovere con frutto la su detta Unione.

Lo stato dunque presente di questa Unione è bene assodato nel Regno di Polonia, poichè per cominciar da' capi d'essa, tutti li Vescovi di rito greco sono uniti con Santa Chiesa, dal Vescovo di Leopoli in poi, il quale affermando con giuramento d'esser unito, fù dodec'anni sono nominato da Sua Maestà e consegnato dal Metropolita. Ma ottenuto ch'ebbe lo intento suo, si scoprì scismatico, et continoa ancor oggi ne la pertinacia dell'error suo.

⁴⁵ Falsa affirmatio, nam non fuit occisus, sed tantummodo in locum custodiae protrusus, e quo loco dein aufugit, et Romam venit, ubi plurima habuit officia et gaudebat dignitatibus; dein, anno 1457, sedi Kiovensi resignavit et vixit in Curia Romana usque ad suum obitum, anno 1463.

Nel Regno di Polonia, oltre l'Arcivescovato di Chiovia, v'è l'Arcivescovato Polocense e vi sono sei Vescovati di rito greco, come l'Vlodomirense, Luceoriense, Premisiense, Pinscense, Chelmense e Leopoliense.

L'Arcivescovato di Chiovia contiene qualche parte de la Lituania, ne la quale il Vescovo latino è di Vilna. Rende da seimila fiorini d'entrata in circa l'anno, et ha sette monasteri di monaci uniti di San Basilio, come il munistero Chiovienese, Nowogrodense, Crasnobiense, Grodense, Genowiense e Bitteniense, e ne la città di Vilna ha un munistero di monache.

L'Arcivescovato Polocense è parimenti nella diocesi di Vilna. Rende da quattromila fiorini d'entrata annua, e contiene tre munisteri degli stessi monaci, come Mochilowiciense, Polocense et Cenense.

Il Vescovato Vlodomiriense è posto nel Vescovato di Luceoria, ch'è latino. Rende parimente quattromila fiorini d'entrata. Ha un munistero solo, detto Cremenecense.

Il Vescovato di Luceoria è in Volinia, dov'è il Vescovo latino che si nomina anco di Luceoria. Rende intorno ad ottomila fiorini, e non ha più d'un monastero, chiamato Viticense (?).

Il Vescovato Primisiense ne la Russia, dov'è anco il Vescovo latino, che ha anco titolo di Vescovo di Primislia, rende da cinquemila fiorini, ma non ha monasterij.

Il Vescovato Piscense è posto nel Vescovato di Vilna. L'entrata annua d'esso può essere di tremila fiorini. Ha due munisteri di monaci, Soprasliense e Procense, e ha uno di monache.

Il Vescovato Chelmense è contenuto dentro il Vescovato di Luceoria. Rende da tremila fiorini, e non ha munisteri.

Il Vescovato di Leopoli è nella Ruscia, dov'è l'Arcivescovato di Leopoli latino, e rende da quattromila fiorini d'entrata.

Ne' sudetti Arcivescovati e Vescovati non mancano molt'altri munisteri, li quali son chiusi per mancamento di monaci che gl'abitino, et in tutti li munisteri nominati di sopra si numerano solo dugento monaci.

Li scismatici han molto più monisteri, e sono anco più pieni di monaci, e ne la città di Chiovia solo è un munistero abitato da ottocento monaci.

Il Re di Polonia nomina a' sudetti Vescovati di rito greco solo li monaci di San Basilio, per osservare le sacre costituzioni, ne le quali s'ordina che non sijno ammessi a quei Vescovati altri, che monaci. Il che s'osserva ancora assai puntualmente, poichè per l'addietro non si nominavano monaci profesi, ma si facea lor prendere l'abito nell'atto di nominarli al Vescovato, e dopo seguita la nominazione regia, l'Arcivescovo di Chiovia, che ne ha facoltà da' Summi Pontefici li consagra.

S'affaticava con molto zelo il moderno Metropolita per ridurre quell'anime smarrite al grembo di Santa Chiesa. Ma l'anno antecedente⁴⁶ avvenne, che il Patriarca Jerosolimitano, mandato dal Patriarca di Costantinopoli per consagrare l'Arcivescovo di Moscova, fatta che ebbe la consagrazione, se ne passò in Russia, dove fù ricevuto da Cosacchi con grand'onore, e con l'appaggio loro ardì di deporre, se ben nullamente, l'Arcivescovo di Chiovia, e Polocense, con tutti gl'altri Vescovi uniti, et in luogo loro consagrò molti scismatici, quali usano ora l'abito episcopale, vivono commodamente da le contribuzioni fatte da' scismatici. Pretendono il possesso de beni de le chiese degl'Uniti. Ardi in oltre il detto Patriarca d'ordinare, ne la partenza che fece dal Regno di Polonia, a li Cosacchi, che per l'avenire non voltassero più l'armi et forze loro contra il Gran Ducato di Moscova, assolvendoli dal peccato nel quale pretendeva che fussero incorsi per haverlo fatto per lo passato, e che ammazassero il Metropolita con tutti li Vescovi uniti. Così orrenda sfacciattagine di questo seduttore, che impedì il progresso de la Santa Unione, e fece vacillare molti Uniti, benchè offendesse gravamente la Maestà del Re e tutto il Regno, e si pensasse perciò seriamente di farne risentimento esemplare. Tuttavia non si trovò mai modo d'assicurarsi de la sua persona, temendosi la ferocità de' Cosacchi che lo fomentavano, formidabili al Regno, e sparsi per la Russia, Volinia e Podolia, come anco le impetuose resolutioni loro ne le cose di religione, come occorre due anni sono, che di verno diedero di mano ad un sacerdote Ruteno unito zelantissimo, che profittava molto con le sue prediche, lo spogliarono ignudo, e fatto un forame nel Danubio aggiacciato, ne lo posero dentro per forza, e li tagliorno ambedue le braccia, con le quali s'appigliava all'orlo del ghiaccio per non sommersi, esprobrandole: chiama il Papa che t'aiuti!

L'Arcivescovo di Chiovia è huomo di gran bontà, valore e prudenza, et essercita la carica che sostiene zelantemente e con frutto.

L'Arcivescovo Polocense mena vita austera, vestendo di sotto sempre di cilicio, e fa gran frutto ne la sua diocese. Gl'altri Vescovi son d'ottima volontà, ma non hanno quell'attitudine et abilità necessaria a chi vuole augmentare il servizio di Dio.

E perchè da le cose di sopra accennate si può venire in cognizione de lo stato passato e presente de' Ruteni scismatici di Polonia, ora s'andran toccando que' rimedij, che si stimano più facili da mettersi in opera per riunirli con la Chiesa cattolica Romana.

⁴⁶ Revera consecratio episcoporum locum habuit secunda medietate an. 1620, Kioviae et in viciniis. Cfr. notam 38, supra.

Essendo la maggior parte de' Cosacchi, come s'è detto di sopra, sciatici, e difendendo questa loro setta con tanto ardore, fà di mestieri d'andarli riducendo con mezzi efficaci si, ma soavi et occulti, de' quali essi non s'avvedono facilmente. Poichè quando li prevedessero, si porrebbero su la parata, e cagionerebbero nel Regno turbolenze di conseguenza grande. E per questi rispetti non si vede che bene si possa fare nel caso del Vescovo di Leopoli tanto inveterato, se non aspettare la morte sua che per ragion naturale non può andare in lungo per essere infermo.

Credono communemente li Greci che non sia nel mondo la miglior religione de la loro, dispiacentole in grado infinito di vedere che alcuni di loro alle volte divengano latini, e l'accorgersi che la religione latina è tanto superiore oggi a la loro cagiona, che vivono in continuo sospetto, che si miri a la estinzione d'essi. Non si può torre loro sifatto sospetto molto pregiudiciale a quel progresso che si potrebbe fare, se non col soprassedere per ora al permettere che loro passino dal rito greco al latino, e caminare in questa materia con tanta chiarezza ch'essi palpabilmente tocchino che sia cara la loro conservazione.

Una dottrina eminente nel... ci crede, che non sia necessaria, ne molto proficua, ma piuttosto una moralità e bontà soda, ne la quale non si educano per lo più quelli, che stanno nel Collegio Greco, havendosi per scopo principale il profitto ne' studi, e secondariamente ne lo spirito. Si stimerebbe però mezo efficacissimo, che due o tre Padri Riformati prendessero l'abito di San Basilio, e conforme al Breve facoltativo de la santa memoria di Clemente VIII, confirmato ancora da Papa Paolo, abbracciassero il rito greco, indirizzassero li Monaci et li imbevessero di spirito religioso overo si facessero abitare otto o dieci de gli monaci di San Basilio in qualche casa vicina a' monasteri de' Riformati, affinchè conversando cotidianamente con loro, e concorrendo a le orazioni, astinenze e mortificazioni che si fanno ne la Religione riformata, acquistassero quella moralità e spirito del quale son oggi privi.⁴⁷

E perchè li Padri Carmelitani Scalzi hanno congionzione particolare in Polonia con li Ruteni uniti, prontamente e volontieri questi prenderebbero lo indirizzo da loro, a' quali hanno in proposito de lo spirito,

⁴⁷ Tale programma proponebatur iam circa annum 1606, sed non fuit exequutum; tandem anno 1617 in Capitulo s.d. Novogrodovensi locum habuit quaedam reformatio Basilianorum interna et propriis viribus. Cfr. hac de re librum M.M. WOJNAR, OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, Romae 1949.

per la vita austera e santa che menano, credito straordinario, ne i suddetti Padri si scansarebbero d'abbracciare questa fatica, quando ne fussero richiesti.

Non si può finir d'esprimere quanto agramente li scismatici plebei odiano li Latini, e passa la cosa tant'oltre, che nel vedere un sacerdote latino sputano in terra per l'obbrobrio e per l'orrore che n'hanno. Da che nasce, che non se n'uniscono molti, e s'incontrino in maggior difficoltà ne la loro conversione, che de' Luterani e Calvinisti.

Dipendono gli scismatici totalmente da' loro ministri, a' quali come sono ubbedientissimi, così quando questi si guadagnassero, li loro aderenti li seguirebbero molto prontamente. Ne è cosa impossibile conseguirlo, perchè sono questi ministri tanto bisognosi, che per guadagnare il vitto son costretti a cultivare li terreni. Onde quando s'accarezzassero con sovenir loro, e sollevarli da le necessità, ne le quali vivono, non persisterebbero come fanno ne la loro antica pertinacia e durezza.

Li Vescovi latini, de' quali ve ne son molti, che son Padroni assoluti de le ville intiere abitate da Ruteni scismatici, potrebbero commodamente riddurli e la Unione con liberar li ministri de la sudetta calamità. Il che quando sia riuscibile non si può comprobar meglio, che con l'esempio fresco de' Padri Domenicani, li quali in una loro villa vicina a la città di Leopoli hanno col sudetto mezo oprato, che gli ministri con tutti gl'altri s'uniscano.

In Roma nel Collegio Greco si potrebbero conceder molti luoghi a' Ruteni uniti di Polonia, de' quali ora ve ne sono due soli. Si potrebbe anco pensare d'edificare un Seminario in Luzovia, overo vicino a la Moscovia, per educarvi la gioventù Rutena, che havesse mastri ben periti de la lingua Rutena. Si potrebbero parimente fare efficaci uffici col Re, per disporlo a far qualche onore a' nobili Ruteni uniti, perchè vedendosi, che Sua Maestà tiene protettione particolare di loro, tanto più prontamente concorreranno gl'altri nobili, che restano, ad unirsi.

Per ultimo bisogna oprare, che non solo li Vescovi latini del Regno di Polonia onorino più li Vescovi del rito greco, ma che la Sede Apostolica tenga di loro come novelle membra di Santa Chiesa protettione straordinaria. E per ora si potrebero molto animare con fare scrivere da Nostro Signore in lor raccomandazione al Re, a Monsignor Nonzio et a tutti li Vescovi del Regno, e rimettere in piede la prattica antica di far fare Senatore del Regno l'Arcivescovo di Chiovia, perchè questo acquisto darebbe grande riputazione all'Unione, ne la quale v'ha a premere grandemente per le conseguenze di peso che ponno nascere. Perchè stabilita che s'ha in Polonia per mezo di soggetti atti, si diffonderà non solo nel Gran Ducato di Moscovia, ma anco in tutta la Grecia.

E tanto basti haver discorso sopra li rimedi, che si possino porre affettivamente in pratica ne la materia sopradetta per raccorne il frutto che si desidera.

57.

.... 1622.

Relatio de statu ecclesiastico Moscoviae, Congregationi de Propaganda Fide proposita, de momento et mediis laboris apostolici in regione et de actione principis Vladislai, filii Sigismundi, Regis Poloniae, in Moscova.

BIBL. APOST. VAT., *Vaticanus latinus*, vol. 6696, fol. 112-112v.

(*Relatio anonyma de statu religioso Moscoviae quoad erectionem S.C. de Propaganda Fide, anno 1622 exarata*)

Lo stato presente dell'eresie del Gran Ducato di Moscovia dà poco da dire, poichè assolutamente son tutti scismatici, essendole proibito da le leggi loro d'abbracciar altra fede e setta, come anco vietato lo studio de le scienze, e la peregrinazione fuori del Ducato. L'unico rimedio sarebbe di tentare la conversione de' Moscoviti col mezo di que' soggetti de' quali s'è fatto menzione nel secondo discorso, cioè, che havessero fatto acquisto d'una moralità e bontà soda. Ma s'havrebbe a portar questo negotio con tanta destrezza e segretezza, che il Gran Duca non se n'avadesse della serietà d'esso, se non dopo, che una buona mano di Moscoviti si fussi resa capace della verità. Che in questo caso tanto avvantaggioso l'opposizioni ch'egli facesse s'havrebbero poco a temere.

Sarebbe grand'acquisto a Santa Chiesa nell'Unione de' sudetti popoli, perciochè si numerano in questo dominio, che ha campagne vastissime, et è strettamente abitata, dugento fra Arcivescovi e Vescovi, li quali tutti riconoscono per lor capo il Patriarca di Costantinopoli, dal quale suol esser consecrato l'Arcivescovo di Moscovia, che si fa chiamare Patriarca, e consacra tutti gl'altri Vescovi moscoviti. Non si sà però che diano tributo al sudetto Patriarca. Ben è vero, che quando fa istanza d'esser sovenuto da loro, se gli mostrano come molto opulentii, liberalissimi.

In oltre li munisteri de' monaci di San Basilio, come anco de le monache che fanno li tre voti di povertà, castità et ubbedienza, sono così ampli et innumerabili, che vivono in alcuno d'essi più di mille monaci. Et il Gran Duca di Moscovia ha obbligo d'edificar ogn'anno un munistero.

Il Serenissimo Principe Vladislao, primogenito del moderno Re di Polonia, sedec'anni sono in circa fù eletto Gran Duca di Moscovia. In eseguzione di che fù la soldatesca sua ammessa in Mosca, metropoli di quell'Imperio. Ma perchè differì molti mesi d'andarvi personalmente,

dubitorno li popoli che 'l Re suo padre volesse impadronirsene, et rendergli soggetti al Regno di Polonia. Che perciò insospettiti, tagliorno a pezzi la sudetta soldatesca, et fecero nova elezione in persona del moderno Gran Duca di nazione moscovita, che si chiama Filareto,⁴⁸ et è figlio del moderno Arcivescovo di Moscova. Dopo si funesto successo il Re di Polonia assediò la fortezza di Smolesco, posta a le frontiere del Regno di Polonia, et dopo molti fatti d'armi seguiti, in spatio di due anni, se ne impadronì, et fece edificare in luogo de la città disfatta dall'assedio una nova città, volendo che vi abitassero solo cattolici, et fussi esclusa ogni setta. In questa città furno parimenti eretti li conventi de' Padri Minori Osservanti, de' Dominicanini, et de' Padri de la Compagnia di Gesù. Parve a Sua Maestà di nominare in luogo del Vescovo scismatico di Smolesco, fatto prigione nell'assedio, uno che fussi del rito greco unito, e non un latino, affinchè li popoli che abitano intorno a la fortezza e città di Smolesco non entrassero in pensiero che si volesse proibire loro il rito Greco.

Dui anni sono, il Serenissimo Principe Vladislao andò con un esercito formato per impadronirsi del Gran Ducato. Ma incontrando gravi difficoltà, il Regno di Polonia senza pregiudizio de le ragioni di Sua Altezza, venne a composizione, ne la quale si stabili che Moscoviti gli cedessero spontaneamente tre ducati, cioè Smolesco, di Severia, e di Theronicovia, de' quali fù poi fatto amministratore Sua Altezza. Non s'ardisce nondimeno di tentar per ora la introduzione dell'Unione in questi ducati, perchè essendo l'acquisto così fresco, si teme, che un tal tentativo potrebbe cagionare una notabile alterazione ne gl'animi di que' popoli, o qualche sollevazione...

58.

(7. IX. 1624).

Summaria relatio Metropolitae Rutskij de mediis procurandi unionem universalem Ruthenorum, et praesertim de patriarchatu erigendo.

APF, *Scr. rif. congr. gen.*, vol. 337, fol. 335-336v (*copia*).

TABULARIUM S. OFFICII, an. 1624.

ŠMURLO, *Le Saint-Siege*, II, p. 35-40.

MUH, vol. II, pag. 3 nr. 5.

⁴⁸ Revera agitur de Michaële Romanov, filio Filareti Romanov, qui fuit ab anno 1619 Patriarcha Moscoviae (obiiit an. 1633). Michaël Romanov obtinebat principatum Moscoviae ann. 1613-1645.

Summaria relatio eorum quae tractata sunt, anno praesenti 1624, in Regno Poloniae primo cum pseudometropolita⁴⁹ et eiusdem farinae alio antesignano ipsorum, consecratis a presumpto patriarcha Ierozolimitano ante triennium, et cum confraternitate Vilnensi, a qua dependent fere omnes schismatici; idque factum est instinctu quorundam senatorum, annuente Ser.mo Rege.

Missus est a Metropolita monachus quidam,⁵⁰ notus schismaticis Chioviensibus, exploratum: essetne aliquid boni sperandum ab ipsis, an esset spes Unionis, et qui modi ineundae illius. Hic monachus intellexit ex ore duorum antesignanorum,⁵¹ penes quos est nunc summa rei, illos omnes articulos fidei acceptare, hoc est credere tam processionem Spiritus Sancti a Patre et Filio, quam in pane azymo et fermentato confici Corpus Christi; eodem modo etiam se credere purgatorium et fruitionem sanctorum; solum ergo remanet punctum difficultatis primatus papae; non habent enim hoc pro articulo fidei, in quo insigniter corrupti sunt per librum Marci Antonii de Dominicis, quos pseudoepiscopus Polocensis⁵² assiduo legit et fere memoriter recitat; et quidem iam concedebat primatum Summo Pontifici deberi iure ecclesiastico, non tamen iure divino; urabant ergo: si Uniti cum sua professione fidei, secundum decretum Concilii Florentini, vellent subesse immediate patriarchae Constantinopolitano, mediate autem Summo Pontifici, prout fuit tempore Concilii Florentini; reiectio enim patriarchae et immediata subiectio papae non potest ullo modo, ut ipsi referebant, persuaderi sectatoribus ipsorum, et toti communitati schismaticorum; hunc ergo modum unionis proposuerunt ipsi.

Secundus modus ab ipsis propositus vel satius a quibusdam senatoribus Regni et ab ipsis acceptatus, ut nominetur hic in Regno Poloniae patriarcha, sicut in Moschovia ante annos quadraginta creatus est patriarcha a patriarcha Constantinopolitano,⁵³ cuius agnoscit quidem superioritatem ille, in regimine tamen ecclesiarum Moschoviticarum est independens ab illo; sed quia multae sunt difficultates in hoc secundo modo,

⁴⁹ Hiob Boreckyj, Metropolita Kioviensis non unitus (1620-1631).

⁵⁰ Agitur de quodam Patre Joanne, monacho Basiliiano, prout videtur e litteris S.C. de prop. Fide; cfr. A.G. WELYKYJ, *Litterae S. Cong. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 24-25, nr. 27.

⁵¹ Agitur de Hiob Boreckyj, Metropolita Kioviensi non unito (1620-1631) et de Meletio Smotryckyj, preudo Archiepiscopo Polocensi, qui, catholicus factus (1627), obiit in odore sanctitatis an. 1633.

⁵² Meletius Smotryckyj, ab anno 1627 unitus Ecclesiae catholicae, qui anno 1631 titulum obtinuit in partibus Hieropolitanis. Cfr. notam praecedentem.

⁵³ Anno 1589, a Patriarcha Hieremia II.

dixerunt se desiderare in aliquo loco secretiori et in parvo numero, ne ipsorum sectatoribus innotescat, agere nobiscum, innuendo nobis: modo trahamus plebem et cosacos specioso titulo patriarchae (quem perpetuo habent in ore, articulos autem fidei parum curant), postea nos unitos facere posse quidquid vellemus, quando quidem episcopatus sunt penes nos; rediit ad nos cum his monachus dictus.

Metropolita ex alia occasione convocavit quinque episcopos et hoc ipsis proposuit. Prima fronte uterque iste unionis modus reiectus est; primus, quia tempore Concilii Florentini fuit patriarcha graecus unitus non tantum interne, sed etiam externe, quod modo non est; si enim erit aliquis ipsorum interne unitus, successor non erit talis, et propterea nullus ipsorum fuit vel est externe unitus. Dispar ergo ratio.

Quoad secundum, hoc modo a Metropolita et episcopis deliberatum est: supposito quod Ser. mus Rex et senatus per tale medium volunt pacificare Rhutenos unitos cum schismaticis, supposito item quod in provisionem huius patriarchae cedet beneficium Rhutenum quod plus habet in redditibus, quam quatuor episcopatus nostri, et a schismaticis nunc tenetur, archimandrititia scilicet Pecerensis Chioviae, quod illi ipsi dicti schismatici nobis insinuarunt; suppositis, inquam, istis taliter acceptamus patriarcham, si in tota Rhussia omnes non solum clerici, verum etiam laici petant a Summo (f. 335v) Pontifice dari sibi patriarcham cum quo eidem deferant obedientiam, promittentes id ipsum se facturos toties quoties novus nominandus, praesentandus, eligendus ab ipsis, et a Summo Pontifice approbandus esset patriarcha.

Quod si hunc modum patriarchae obtinendi nulla ratione acceptare voluerint schismatici, post longas decertationes proponere ipsis hunc alium modum: ut patriarcha futurus cum toto clero, conscientia etiam plebe, petat a Summo Pontifice approbationem et institutionem dignitatis patriarchalis, ita quidem, ut semel Summus Pontifex concedat licentiam episcopis Rhutenis eligendi et approbandi patriarcham, neque sit opus cuilibet deinceps successuro petere novam approbationem; nihilominus tamen tenebitur quivis deinceps patriarcha post sui electionem mittere fidei professionem. Hic modus videtur utriusque parti esse favens: Sedi Apostolicae, quia revera petendo a Summo Pontifice approbationem patriarchae praedicto modo, eidem deferetur necessaria et debita obedientia; ipsis etiam Rhutenis favet, quia obtinendo illam concessionem semel pro semper non ita deterrebuntur ab unione cum catholicis, a qua vel maxime eos impediebat hactenus relatio dependentiae in omnibus a Sede Apostolica, quemadmodum dependent latini episcopi et primates, petendo Roma sacrum pallium, et similia toties quoties.

Si nulla remaneret possibilitas, ut etiam hunc secundum modum

acceptarent, ultimus modus videtur remanere talis: ut solus futurus patriarcha cum metropolita, episcopis et paucis e clero primariis, scilicet, petat dignitatis patriarchalis institutionem a Summo Pontifice eique deferat obedientiam et id ipsum successores suos polliceatur facturos; totum tamen hoc fiat clam reliqua multitudine et communitate cum spe, ut etiam tandem haec inducatur in obedientiam Summo Pontifici praestandam, quod facile fieri posse, hoc modo probatur: De facto omnes episcopi Rutheni sunt uniti non tantum nomine, sed et re, hoc est, sunt theologi qui studuerunt in scholis latinorum vel intime conversati sunt cum latinis, ut nihil de constantia et stabilitate ipsorum dubitandum sit, uno solo Leopoliensi excepto,⁵⁴ qui est schismaticus, et excepto episcopatu Smolensensi, qui nunc vacat, pro quo obtulimus Ser.mo Regi talem, qui Romae in Collegio Graeco absolvit theologiam. Capita ergo Ecclesiae sunt solida; monasteria omnia erunt in manibus ipsorum, et a monachis omnia bona sicut et mala proveniunt in ritu graeco; in manibus ipsorum erunt Seminaria et scholae, quae ad normam ab ipsis praescriptam instituentur in fide, pietate, et literis, et sic videatur nullo negotio omnes in universum ad obedientiam Summi Pontificis brevi adducendos. Haec debebant proponi schismaticis cum ista clausula: si Sedes Apostolica hoc approbaverit.

Quocirca iterum mittere duos monachos, non iam ut exploratores, qualis primus fuit et cui commissum in scriptis nihil fuit, sed ut internuncios ad praeeminentes ipsorum Chioviam, visum fuit, cum instructione data in scriptis, cui subscrispsit Metropolita et quinque episcopi; in illa continebantur ista: supposito quod vellent tractare nobiscum de concordia et nos aliquo medio assecurarent, quod tractando cum ipsis tractabimus cum tota communitate, hoc est, ut ostenderent, an illa turba communitatis assentiret his, quae concludemus cum ipsis, ne frustra laboremus, tandem ut per ipsos assignetur locus, tempus et personae, quae privatim cum nostris agere possent. Nos ex parte nostra nominavimus duos episcopos, nominavimus etiam locum propinquum ipsis, in bonis unius ex magnatibus nostris unitis; tempus quoque nominavimus, ut etiam adasset unus saecularis tam ex parte nostra, quam ex parte ipsorum concessimus, et hunc ex parte nostra nominavimus; tertio, promittebamus praeeminentibus ipsorum (neque enim conveniebat eos vocare episcopos) nos curaturos tam honestum ipsorum quam utile, hoc est, ut maneant penes ipsos tituli episcopales, et provisio congrua ipsis

⁵⁴ Hieremia Tyssarovskij, Episcopus Leopoliensis (1607-1641). Hic antea erat nobilis, antequam promoveretur.

assignaretur. Ultimo, in praeiudicium ritus graeci nos (f. 336) nihil velle facere, quinimo velle procurare omne stabilimentum ipsius.

Antequam cum hac instructione missi sunt monachi, venerunt literae a quodam unito insigni viro, qui ante biennium cum magno praeiudicio Unionis transivit ad ritum latinum; unitum tamen vocamus, quia promisit schismaticis Vilnensibus, si venirent ad Unionem, quod et ipse ad ritum graecum redire⁵⁵ vellet; iste significabat, schismaticos cives Vilnenses, capita confraternitatis ipsorum desiderare adventum Metropolitae nostri et velle agere cum ipso de unione.

Venit Novogrodeco Vilnam Metropolita, per eundem Unitum significat, ut duos sacerdotes monachos mittamus ad ipsorum Superiores ecclesiasticos, invitando ad Unionem et ut id persuadeant suis saecularibus et modos quaerant cum iis, quibus uniri possimus. Fecimus hoc; sed ecclesiastici ipsorum sicut Unionem nolunt, quia licentiam amant, et dum sunt in schismate, nulli episcopo obediunt, nisi ceremonialiter et quando volunt, ita etiam inhumaniter nostros suscepserunt, respondentes, nos multis malis nationem Rhutenam affecisse, divisionem sine ulla causa fecisse; ad quae nostri modeste: se non ad disputationem esse missos, discesserunt ab ipsis re infecta.

Significatum hoc est capitibus Confraternitatis, qui suos spirituales horrende obiurgarunt, et ut alia vice humanius se gerant cum nostris severe preeceperunt; regimen enim sinagogae ipsorum est democraticum: saeculares regunt et peragunt omnia, pro caeremonia tantum exponunt ecclesiasticos. Iterum nos iubent mittere ad eosdem, et misimus; humanius nobiscum actum est, tandem medium ab ipsis datum est: ipsos sine suis superioribus, qui manebant Chioviae, nihil agere posse, proinde, ut curaremus illos secure conducere Vilnam.

Re'atum hoc est Metropolitae, itum est ergo tertio concedere Metropolitae venire ipsos prope Vilnam, non tamen Vilnam, et illos debere procurare accersere Superiores suos, nos etiam velle mittere assecurando ipsos, cum quibus de mediis Unionis agere contenti sumus. Intelleximus autem, fere omnes primarios schismaticos cives Vilnenses, ut Unionem concludant, etiam invitis ipsorum spiritualibus consensisse. Misit ergo Metropolita Chioviam, unde nondum responsum habet. Cives autem schismatici, quia plebs contra illos moveri coepit, forte subornata a suis spiritualibus, ut avertant suspicionem a se, discesserunt omnes illi, qui sunt

⁵⁵ Casus sat frequens inde a temporibus Unionis Berestensis; de quonam hic agitur, nescimus.

capita Confraternitatis, ad diversa Regni emporia, uno relicto ex suis confoederatis, cum quo nos agere volebant.

Sed Metropolitae nostro nihil amplius agere visum est, post discessum ipsorum, etiam si remansisset iste unus; nunc hoc tantum Metro polita noster desiderat, ut tres isti modi unionis examinentur iussu Suae Sanctitatis et auctoritate ipsius approbentur, si ita ipsi et Spiritui Sancto visum fuerit, et ut hoc fiat quam primum, quia nos hoc anno vellemus omnia tentare; et ut scientes de mente Suae Sanctitatis, eo securius ad concludendum cum ipsis accedamus.

Denique supplicamus, ut quidquid de favoribus huic negotio a Sua Sanctitate, salvo capitali, impendi potest, impendatur ad lucrandas istas miseras animas, subiectionem patriarchae affectantis, ut agatur cum ipsis tanquam cum pueris, et ut capiamus ipsis in hoc pio dolo. Hoc etiam discutiendum proponitur: potest ne concedi, ut post obtentam a Sede Apostolica facultatem pro novo patriarcha veniat exarcha a Constantinopolano (ita illi vocant legatos a latere) et dicat schismaticis patriarcham Rhussiae iam de facto constitutum se habere (f. 336v) pro vero patriarcha, et ad illum imposterum omnes Rhutenos quotquot sunt in Regno recurrere debere, et non amplius Constantinopolim; quod prop terea proponimus, quia hoc iam nobis a schismaticis propositum est, et quod sine hoc non possunt trahere plebem et cozacos ad unionem cum Sancta Romana Ecclesia.

Postquam ista omnia scripta erant, venerunt illi monachi Chioviam, a Metropolita antea missi, referentes ista: quod magna sit inter ipsis consternatio et dissensio; aliqui volunt agere nobiscum, alii nolunt; unus ex primariis illis antesignanis, qui tantum erant duo, et quidem primus inter omnes, qui omnium istarum turbationum auctor extitit, non expectato responso nostro, quod tam cito venire non poterat, abiit in Graeciam; post occisum S. Martyrem nostrum ingens trepidatio invasit illos, et alter, pseudometropolita scilicet, iam habet navigia ut fugiat in Moschoviam, unde et ille primus putatur non amplius huc redditurus.⁵⁶ Unum mihi tantum de ipso spem facit, quod ille eidem monacho nostro, notabili satis tempore ante occasionem sancti Martyris nostri⁵⁷ retulit, se iturum

⁵⁶ Revera Meletius Smotryckyj rediit post tres anno ex suo itinere in Orientem valde delusus, et nomen suum Ecclesiae catholicae dedit, professione in manus Metropolitae Kioviensis emissus; cfr. de hac re infra, ubi et plures epistolae eius inveniuntur.

⁵⁷ Archiepiscopi Polocensis Josaphat Kuncevyč (1617-1623), qui Vitebsci a tumultuante populo suae eparchiae occisus fuit an. 1623, die 12-ma novembris, et tandem an. 1867 catalogo Sanctorum martyrum Ecclesiae catholicae adscriptus est a Pio PP. IX.

ad omnes quatuor patriarchas Orientis, ut agat cum illis de modo unionis, si non universali omnium ipsorum, saltem particulari nostrae Rhussiae. Quia tamen non expectavit responsum nostrum, suspectus nobis est; quem quia non invenerunt Patres nostri, dicti monachi Chioviam missi, nihil egerunt cum ullo ipsorum, nisi protestati sunt apud nonnullos ex illis se stetisse promissis, venisse cum instructione subscripta manibus Metropolitae et quinque episcoporum, assignando locum, personas, tempus ad tractandum de mediis unionis ipsorum nobiscum et consequenter cum Sede Apostolica. Et quia iam ipsis imminebat periculum, de quo praemoniti sunt ab Archimandrita Chioviensi, discesserunt inde; Archimandrita autem, licet schismaticus,⁵⁸ suos homines adiunxit illis, qui deducerent eos secure, et deduxerunt ad tres leucas ab illa civitate.

Et licet hoc finem quem praetendebamus sortitum non sit, tentabimus tamen cum illis civibus Vilnensibus primariis inter schismaticos, capitibus Confraternitatis ipsorum, quos si abstrahemus, magna esset felicitas nostra; tota enim sapientia et potentia pecuniaria ipsorum continetur in ista Confraternitate, quae nobis plus nocet, quam illa centum millia armatorum cozacorum; pecunia enim, quam ipsi liberaliter spargunt, catholicos vehementer corruptit et patronos facit schismatis in comitiis et extra.

Relatione de trattati havuti dalli Rutheni uniti con li Rutheni scismatici sopra l'unione con la Chiesa Romana, che gl'uniti tentano con li scismatici.

59.

Anno 1624.

Proposita Metropolitae Rutskij de mediis procurandi Unionem universalem Ruthenorum, nec non de erigendo patriarchatu Kioviensi etc.

APF, *Scr. rif. n Congr. gen.*, vol. 337, fol. 334rv.

ŠMURLO, *Le Saint-Siège II*, p. 40-41.

Dell'unione de Rutheni scismatici, per partiti proposti dal Metropolita di Russia.

Partiti o vero articoli che propone il Metropolita di Russia da discutersi nella Congregatione di Propaganda Fide sopra l'Unione ch'egli con li suoi vescovi uniti tratta con li vescovi e popoli Ruteni scismatici,

⁵⁸ Archimandrita Kievo-Pačarensis tunc temporis erat Zacharias Kopystenskyj, et non Petrus Mohyla, qui nominatus fuit tantummodo anno 1627, die 21 Martii. Cfr. A. ZUKOVSKYJ, *Petrus Mohila et quaestio Unionis Ecclesiarum*, Parisiis 1969, pag. 62 et aliae.

accioè dovendo di nuovo con essi trattar di quest'Unione, sappia qual sia il senso della S. Sede Apostolica e di Nostro Signore, e secondo quello nel negoziare possa dar la risolutione.

Il primo partito che propongono li scismatici per unirsi con la Sede Apostolica, conforme al S. Concilio Fiorentino, è che vorrebono esser immediatamente sotto il patriarcha di Constantinopoli, e mediatamente sotto il papa. A questo ha risposto il Metropolita, che non si può praticar, non essendo per ordinario li patriarchi Constantinopolitani uniti con la Chiesa Romana.

Il secondo proposto d'alcuni senatori Ruteni, et accettato da vescovi scismatici, è che si faccia un patriarcha in Polonia: come già 40 anni fu fatto dal patriarcha Constantinopolitano quello di Moscova, cioè che ricognosca il papa per Superior, ma nell'amministratione delle chiese sia da esso indipendente. A questo ha detto il Metropolita che ha molte difficoltà, e bisogna trattarne con più secretezza, perchè questa indipendenza, se ben si potesse manifestar alli cosacchi per tirarli all'Unione, sotto il gratissimo a loro nome di patriarcha, che sommamente lo desiderano, tuttavia si dovrebbe osservar il contrario, e di fatto si potrebbe osservar da vescovi uniti.

Il terzo proposto dal Metropolita è, che supposto che 'l Re si contenti del patriarcha, e che li scismatici diano per il patriarchato, come hanno accennato, la badia detta da loro archimandritia Pecerense Chioviense, che è molto ricca, e val più di 4 vescovati, si domandi il patriarcha da chierici e da layci al Sommo Pontefice, e con lui diano obbedienza a Sua Santità et il medesimo faccino li patriarchi, che in futuro saranno eletti per esser confermati dal papa.

Il quarto proposto dal medesimo: In caso che li scismatici non si contentino del precedente, e che il clero, di consenso del popolo, domandi il patriarcha, e che da questa prima volta in poi il papa dia licenza alli vescovi Ruteni d'eligersi il patriarcha, e di confirmarlo, e non sia per l'avvenire necessario domandar da gl'eletti la confirmatione del Papa, bastando che mandino dopo la sua elettione la professione della fede. Et in questo pare che caderanno li scismatici, perchè quella relatione di dependenza in tutte le cose dal Papa sempre gl'ha impedita e ritardata l'Unione.

Il quinto proposto dal medesimo è che 'l metropolita, li vescovi e li principali del clero domandino il patriarcha, il qual si confermi dal Papa, e li dia l'obedientia al debito tempo, et il medesimo faccino li successori: ma che questo non lo sappia il popolo, perchè essendo quello in mano de monachi di S. Basilio, e quindi in man de vescovi, et in man de vescovi le scole, e questi vescovi capi delle chiese essendo saldi nel-

l'Unione per li studii fatti con li latini e conversatione stretta havuta con loro, con un poco di tempo s'andarebbe incaminando, e rendendo ben affetta alla Chiesa Romana la gioventù, e poi si potrebbe senza pericolo manifestar il secreto.

(f. 334v) Speranza che si ha di questa Unione.

La speranza di questa unione è grande. Primo, perchè se ben li vescovi per viver con libertà non vorrebono questa Unione, tuttavia molti de' principali, e particolarmente di quelli della Confraternità di Vilna, la vorrebono, che perciò il Metropolita vi attende con ogni studio, perchè quelli, oltre la nobilità, sono ricchi, e con le loro ricchezze hanno sempre dato fastidio agl'uniti.

2. Perchè hanno grand affetto d'haver un patriarcha.

3. Perchè dopo la morte dell'Arcivescovo Polocense⁵⁹ occiso da scismatici, li loro vescovi hanno gran paura, et uno di loro è fugito in Grecia, et il pseudometropolitano sta per fugir in Moscova.

Dubbio proposto dal Metropolita.

Se mandando il patriarcha di Constantinopoli, dopo che in Russia si sarà fatto il patriarcha, l'essarcha, che è come presso la Sede Apostolica un legato a latere, che dica che habbia per ben fatto il novo patriarchato, e che a quello ricorrino tutti li Ruteni, e non più a Constantinopoli, si habbia costui da ricevere o pur cacciarlo. Questo dubbio alcuni de scismatici l'hanno proposto.

(f. 337v) Relatio actorum cum schismaticis per metropolitam Russiae. Articoli proposti dal Metropolita di Russia alla Sacra Congr. de Propaganda Fide per consultarla...

Die 20 Ianuarii 1625. S. Congr. commisit examen articulorum propositorum a Metropolita Russiae circa Unionem schismaticorum cum Romana Ecclesia mediante creatione novi patriarchae totius Russiae, ad Congregationem S. Officii.

Feria 6-a, die 8-a Januarii 1627, habita Congregatione RR.PP. Qualificatorum infradictorum Sanctae Romanae et Venerabilis Inquisitionis in Palatio Ill.mi et Rev.mi D. Cardinalis Bandini, Sacri Collegii Decani, ac Generalis Inquisitoris in Regione Campi Martii, coram D.S. Ill.ma super articulis propositis a Metropolita Russiae, omnes unanimes censuerunt ut infra, videlicet:

1 m. — Caput non subsistere, et concedi non posse durante schismate Constantinopolitano.

⁵⁹ Die 12 Novembris 1623.

2-m. — Non habere locum quoad illam partem; ma nell'amministrazione delle Chiese sia independente.

3-m. — Concedi posse, servatis conditionibus iam referendis.

4-m. — Esse diminutum, ex quo reiicit confirmationem successorum.

5-m. — Continere silentium pernitiosum in re necessaria.

6-m. — De Exarcho: Non admittendum, ne polluantur schismatcorum communione.

Denique fuit omnium una sententia:

Si expediatur concedi titulum Patriarchatus, aut alium honorificum, semper debere retineri dependentiam quantum ad confirmationem electionis Patriarchae etiam in successoribus, transmissionem professionis fidei, canonicam recognitionem causarum, et appellationum, ius visitationis et transmissionem pallii, antequam privilegiis minime gaudeant, sicut sancti canones praescribunt.

Haec omnia populis notificari, et praedicari debere tanquam ad salutem omnium pertinentia.

Exigi prius abiurationem haereseon et schismatis ab iis, qui uniuntur.

Et tandem his praehabitis, stante probabili spe conversionis et unionis, titulum concedi posse, si Sanctissimo videbitur.

1 — Fr. Nicol.s Red.s Ordinis Praedicatorum, Sacri Palatii Apost. Magister m.p.

2 — Fr. Hippol.s Ma. Consul. S.ti Officii m.p.

3 — Augustinus Oregeggius, Can.us theologus S.P., excipit tertium.

4 — Fr. Lud.cus Cont.s a Murano, Consul. Sancti Officii.

5 — Fr. Laurentius Emporiensis Praep. Generalis Ord.is S. Augustini.

6 —

7 — Fr. Dominicus Campanella Ordinis Carmelitarum.

8 — Fr. Nicolaus Riccardius ad Sego

9 — Alexander Buccabella.

10 — Fr. Hilarion Roncatus Cisterciensis.

11 — Terentius Alciatus Societ. Jesu.

12 — Frater Lucas Vaddingus Ord. Min. Strict. Observantiae.

13 — D. Simplicius a Neapoli Monachus Cassinensis.

14 — Fr. Constantinus Tosti Secret.ius S. Officii.

15 —

16 —

Ad Ill.mum Cardinalem Bandinum pro expeditione Congregationis coram Sanctissimo. De Unione Ruthenorum schismaticorum articuli examinandi etc.

Nota: 5-a Januarii 1627 fuit missa copia D. Simplicio a Neapoli Ca-

sinensi et omnibus. Fuit indicta Congregatio pro die Veneris 8-a eiusdem in palatio Em.mi Cardinalis Bandini, hora 20.

Die 5 Martii 1625 fuit missa copia D. Archiepiscopo Armacano, Patri Generali Ord. Praedicatorum, Magistro Sacri Palatii, Patri Semos, Fratri Hieronymo a Casal Maiore, Fratri Alejandro Campanella, Priori Gen. Ord. S. Augustini, D. Hilarioni Roncato, Alejandro Buccabella et D. Ant. de Mediolano Cassinen.

4-a Maii 1626 fuit missa copia Episcopo Caputano, Patri Terentio Alciato Soc. Jesu, Fratri Francisco de Senna Cappucino, Fratri Nicolao Raccardio Ord. Praedicat. et Fratri Lucae Wadingo Min. observ. Reform.

30 X-bris fuit missa copia D. Augustino Oreggio et P. Ludovico de Montana Ord. Min. Conventualium.

Die 14 Januarii 1627: Facta per me relatione Sanctissimo D.N. cost. S.R.E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, statuit idem S.mus rescribendum esse tam Archiepiscopo Chioviensi quam Nuntio Poloniae: nihil concedi posse ex his quae petita sunt nomine schismaticorum Ruthenorum, nisi prius illi qui uniri debent abiurationem haereseon et schismatis emittant et catholicam fidem profitentur. Quibus peractis, si quid Sedes Apostolica illis concedere potuerit absque fidei detimento, libenter S.mus D.N. eorum petitionem intelliget, super quibus praecipue Nuntius instruatur, ut cum Metropolita Chioviensi agere possit.

Oct. Cardinalis Bandinus

16-a Januarii: SS.mus iussit nihil scribi de abiurazione facienda, sed de professione fidei facienda iuxta formulam concessam et impressam, Nuntio transmittendam.

60.

Varsavia, 8. III. 1625.

*Compendium epistolae Nuntii Lancellotti, de negotiis a P. Theophilo Holsanitza, ut delegato metropolitae ad Comitia Regni, tractatis; de provi-
sione Archimandriae Pečarensis (Kioviensis); de transitu Ruthenorum ad
ritum latinum; de aversione Latinorum Ruthenis; de kalendario.*

APF, *Istruzioni diverse*, a. 1623-1638, vol. 1, fol. 31-32.

Varsovia 8 marzo 1625.

Il Nuntio. Non havendo voluto il Metropolita di Russia intervenir nella Dieta, ha mandato il Padre Teofilo Holsanitza, soggetto prudente, acciò in suo luogo difendesse le cose dell'Unione. Il detto Padre non ha voluto trattar dell'essentione de' clerici Ruteni dalle (f. 31v) decime

e contributioni per non irritar li scismatici, ma solo di due negotii, cioè della Badia Pecerense, e del transito de Ruteni.

Quanto alla Badia voleva il Metropolita si dasse ad un Ruteno unito, ma l'Eletto de' scismatici havendo mostrato il privilegio de gli elettori, ha bisognato, per non far tumulti, che il Re confermi l'Eletto, il qual'è persona semplice et inetta, et in tutto il tempo della dieta s'è veduto ubriaco. La Badia passa trenta mila fiorini, et è più ricca ancora, quando si possino far certe riscossioni in Moscova.

Quanto al decreto de' transiti, il Palatino di Vilna⁶⁰ et altri Signori di Russia e di Lituania, li vescovi latini et il Re sono stati di contrario parere, perchè tengono, che con esso si fa ingiuria alla Nobiltà di Russia, e che da esso ne seguirà la rovina dell'Unione. Ha in questa occasione osservato il Nuntio, che non si può trattar tanto con gli ecclesiastici, quanto con li secolari latini di materia più odiosa, che delle differenze de' scismatici et Uniti.

(f. 32) 1º Perchè non fanno tra questi e quelli alcuna differenza, dicendo esser tutti sordidi nell'amministratione de' Sagramenti e tutti ignoranti, che non sanno, che cosa sia Unione, levatone li vescovi et monaci allevati in Roma, che sono dotti et esemplari.

2º Perchè parendo a Latini, che gli Uniti li voglino uguagliar in ogni cosa, gli odiano capitalmente.

3º La confusione de' calendarii irrita maggiormente, perchè non volendo li Latini, gli Uniti lavorino nelli giorni festivi, loro li fanno poi lavorar nelle loro feste proprie.

4º Pregiudica anche all'Unione il senso del Re, il quale tiene, che quella sia per mancare morto il presente Metropolita,⁶¹ del cui valore, sapere, e zelo communemente si parla con ogni honore, e riverenza. Se bene il Re fa dalla parte sua quanto si può per sostenerla, non permettendo che agli Uniti sia fatto alcun aggravio.

61.

Vilno, 10. VI. 1625.

E. Wollowicz Fr. Ingoli: de adiuvandis Ruthenis et Seminario eriendo.

⁶⁰ Agitur de Brevi PP. Urbani VIII de s.d. «non transitu» Ruthenorum ad Ritum latinum; decretum editum fuit die 7.II.1624; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 16, nr. 9, et alii numeri in hoc negotio, ibidem.

⁶¹ Josephus Velamin Rutskyj, Metropolita Kioviensis catholicus (1613-1637), qui anno 1626 Coadiutorem obtinuit in persona Raphaëlis Korsak, cum titulo Episcopi Haliciensis, qui ei tandem successit (an. 1637).

APF, *Ser. rif. n. Congr. Gen.*, vol. 337, fol. 260.
MUH, vol. II, pag. 15-16.

III.me et R.me D.ne, Domine Colendissime.

Redditae mihi sunt Ill.mae et R.mae Dominationis Vestrae singularis humanitatis et pietatis literae, quibus cum ob adversam et diuturnam valetudinem meam citius respondere nequiverim, humiliter Ill.mam Dominationem Vestram oro, dignetur excusatum me habere. Caeterum intellexi, quo zelo et quo ardore Ill.ma Dominatio Vestra, una cum S. de Propaganda Fide Congregatione desideret, quemadmodum in toto christiano orbe, ita et in his quoque nostris regionibus, labe schismatica infectis, fidem orthodoxam propagari. Et quidem pro parte sollicitudinis meae, et pro mea virili, nihil hactenus a me praetermissum est, quae ad sanctam Unionem Ruthenorum promovendam pertinebant, et multa de iis cum R.mo D.no Metropolita Kioviensi et contuli et conferre non intermitto, quae salutaria et opportuna ad hoc sanctum institutum conferre videntur. Nihil tamen magis in praesenti conducere uterque nostrum existimat, quam ut Seminarium aliquod certum pro adolescentibus Ruthenis in eo alendis instituatur; qui demum pietate, sacrarumque literarum disciplinis instructi, monasteriis et parochiis, caeterisque ritus graeci beneficiis et officiis praeificantur, et ad sanctam Unionem hanc promovendam ac schismata extirpanda aptiores et magis idonei existant, prout R.mum D.num Metropolitam plenius ea de re Ill.mae Dominationi Vestrae et S. Congregationi perscripsisse et consilium istud explicasse haud ignoro. In me quidem nihil desiderari patiar, quae a me pro debito muneris mei praestari poterunt ad salutare istud negotium omni cura et sedulitate promovendum. Faxit Deus Optimus Maximus, ut sub felicissimo SS.mi D.ni Nostri regimine, ac Ill.mae Dominationis Vestrae et S. huius Congregationis vigilantissima cura fiat tandem unum ovile et unus pastor. Me denique ac paratissima obsequia mea Ill.mae et R.mae Dominationis Vestrae gratiae ac patrocinio, quam humillime commendo, et quem olim Romae praesentem Ill.ma Dominatio Vestra singulari benignitate et humanitate complecti dignata est, eundem ut absentem et in ultima hac orbis catholici statione excubantem, gratia sua et favore prosequi non dedignetur, etiam atque etiam humiliter ab Ill.ma Dominatione Vestra peto.

Datae Vilnae, X Iunii, anno Domini MDCXXV.

Ill.mae et R.mae Dominationis Vestrae humillimus servus
Eustachius Volovitz, Episcopus Vilnensis m.pr.

(f. 267v) Die 3 octobris 1625. Gratiae agantur et significetur, quae fiunt pro Collegio, et de Lima.

62.

*Romae, 12. XII. 1625.**Objectiones praelatorum polonorum contra s.d. « abusus » in Ecclesia unita.*APF, *Scrit. rif. n. Congr. gen.*, vol. 337, fol. 170.

Relatione delle cose scandalose, che fanno li Vescovi, e sacerdoti Rutheni Uniti, delle quali convien d'ammonir il Metropolita di Russia.

1º — Nella Chiesa di Santa Maria di Zerovicia amministrano li Sacramenti della confessione, e della Communione alli Layci latini sub utraque specie.

2º — In Vilna, et in diverse loro Parochie celebrano li matrimoni de Latini, non servata forma Concilij Trident. et alle volte ancora tra parenti, perchè sono stati reietti dalli loro Vescovi e sacerdoti latini. E questi morendo li assolvono, e li sepeliscono, cosa, che non farebbono li Latini.

3º — Ricevono li Latini, che s'accostano al lor Rito, e li pigliano nella Religione di S. Basilio, e prohibiscono alli loro sudditi di passar al Rito latino.

Die XII Xmbris 1625.

Sac. Congregatio iussit remitti hanc relationem ad Sanctum Officium.
Haec relatio fuit data a Praeposito Vilnensi.

63.

Varsaviae, 8 III. 1626.

Raphael Korsak S. Congregationi de Prop. Fide: Elenchus Brevium, quae concedi possent pro Ruthenis unitis; de expensis alumnorum in Collegio Graecorum et in Seminario Rutheno.

APF, *Scrit. rif. n. Congr. gen.*, vol. 56, fol. 68 (orig.).

Brevia quae possent dari a SS.mo D.no Nostro pro Rhutenis unitis.

1. Breve excommunicatorium pro omnibus qui cogunt homines ritus graeci vi, minis et poenis transire ad ritum latinum. Item qui cogunt violare sua ieunia et festa etc.

2. Breve invitatorium pro omnibus in genere, qui possent ingredi Religionem S. Basilii unitorum.

3. Breve indulgentiarum pro monasterio Zurovicensi monachorum Ordinis S. Basilii unitorum in dioecesi metropolis Chioviensis. In specie pro festis B.M.V. Nativitatis, Purificationis (sive ut Graeci vocant Occursus Domini), Annunciationis, Assumptionis. Quia in his festivi-

tatibus est maximus confluxus ad illam ecclesiam Zurovicensem propter maxima inibi fieri solita miracula. Sed explicitur quod participes sunt indulgentiarum tam illi qui sunt ritus graeci, quam latini. Aliud indulgentiarum Breve pro capella Beatissimae Virginis Annuciatae (fundatio Ill.mi Palatini Mscislaviensis uniti) monasterii Vilnensis SS.mae Trinitatis unitorum. Sufficeret pro festo B.V. Annunciationis.

4. Breve ad Ill.mum Episcopum Vilnensem, ut nomine SS.mi D.ni Nostri interesse velit synodo provinciali Rhutenorum unitorum, quae brevi celebrabitur, et dummodo veniant Brevia⁶² a SS.mo D.no Nostro illam Synodus concernentia.

5. Breve ad Ill.mum Metropolitam Chioviensem, ut inducat omnes episcopos suae metropoliae unitos ad contributionem pro Seminario Rhutenorum faciendam.

6. Breve ad omnes episcopos Rhutenos unitos, in quo moneantur, ut habentes exemplum SS.mi D.ni Nostri pro Seminario Rhutenorum 1000 scuda offerentis, ipsi quoque unanimiter conspirent in piam hanc contributionem.

7. Breve pro Ill.mo Metropolita, ut omnibus episcopis unitis postmodum creandis certam summam imponat solvendam pro Seminario Ruthenorum.

Ad finem supplicamus S. de Propaganda Fide Congregationi, ut occurrat in visceribus Iesu illi oneri insupportabili, de quo scribit R.dus Pater Rector Collegii Graeci, quia scilicet illi qui ex Russia mittuntur ad dictum Collegium non recipientur ullo modo si non prius deponent viaticum sufficiens, id est ad minimum 50 aureos, pro reditu suo. Hic enim (...) modus sufficientissimus est ad detrahendos nos ab illo loco. Ut enim omittam quod satius consultum esset exponere 100 ungaricos pro nostro Seminario, quibus adiuti Superiores possunt pluribus annis alere unum seminaristam. Et ita si pro 6 personis ponimus 600 aureos intra tres annos dari solitos illis qui a nobis illuc mittuntur, facient fere 3000 florenorum polonicorum, qui apti sunt in patria annuae sustentationi ad minus 30 personarum honestissime; ut, inquam, hoc omittam quod maximum: nunquid sumus inimici nostrorum? et non submittemus sub tempus reditus? Iterum itaque atque iterum humillime supplicamus SS.mo D.no Nostro, ut hoc onus alleviare dignetur atque aliquomodo moderare.

⁶² Cfr. Breve Pontificis de data 22.VIII.1626; cfr. textum in *Documenta Pontificum*, vol. I, pag. 464, nr. 397.

(f. 68v) Varsoviae, 8 Marzo 1626. P. Raffaele Korsach.
Die prima Iunii 1626. Congr. 57.

64.

Novogrodek, 16. VI. 1626.

Metropolita Kioviensis Cardinali Bandino conqueritur de delatione Ruthenorum ad S. Officium de quibusdam s.d. «abusibus».

TABULARIUM S. OFFICII, an. 1626; fol. 92.

Ill.me et Rev.me Domine, Domine Colendissime.

Ill.mus Nuntius Apostolicus misit mihi quaedam puncta, in quibus nos S. Congregatio S. Officii monitos esse voluit; gratissimae mihi hae monitoriae fuerunt, quia cognovimus antiquam artem processisse in apertum Martem. Hucusque angebant nos vehementer iniuriae, quae iactabantur esse a nobis illatae Fratribus nostris Ritus Latini, quia scilicet nullius nos esse conscos putabamus, et in quo argueremur, non audiebamus. Nunc tandem delati sumus in quibusdam etiam specifice. Vehementer miramur D. Vestram Ill.mam ac Rev.mam, Patronum et Protectorem Septentrioni nostro felicissime designatum, de his non fuisse certiorem factum; pro consueto enim in indignos suos clientes favore, libere nos prius monuisset illa, quam ad S. Officium deferri fecisset. Sed ita est et esse debet: qui amat tenebras, odit lucem. In luce sapientissimi D.V. Ill.mae iudicii comparere noluerunt illi, qui in charitate fraterna nos praemonere debuerunt.

Mitto omnia puncta nobis exprobrata⁶³ et responsiones ad illa Rev.mo Domino Secretario S. Congregationis de Propaganda Fide. Religionem Ritus Graeci catholici extirpant, quid dicam amplius: verbo et re hostes se Unionis exhibit. Doluimus hucusque audientes quorundam miserandas voces, quod scisma meliori sit commodo Ecclesiae quam Unio; quomodo dolendum sit, dum ad voces res additur, et iudicio Vicarii Christi proponitur decidendum, ut nos et nullam habere Communionem Sanctorum declareret, et quas ante gratias in tempore contulit, in instanti auferat.

Si vere nobis aliquod obiicitur, citent nos ad eum, quem orbi universo Deus gloriosus praeposuit iudicem: Non pudebit nos factorum nostrorum reddere rationem, qui vellemus etiam cogitationes nostras revelare illi, coram quo celare post Deum non debemus. Ut his omnibus

⁶³ Cfr. textum in *Epistolae Metropolitae Kioviensis Josephi Velamin Rutskyj* (1613-1637), Romae 1956, pag. 178-184, nnr. 78, 79, 80, de dat. 15.16.17.VI.1626.

quaesitis D.V. Ill.ma mederi, pro ea, qua est pietate et auctoritate, non gravetur, supplicamus D.V. Ill.mae. Sed, ut dixi, de singulis longiorem informationem mitto Rev.mo D. Secretario S. Congregationis de Propaganda Fide, ut illam referre possit D.V. Ill.mae. Quam Deus Opt. Max. Ecclesiae suae et reipublicae christianaee diutissime servet incolumem.

Novogrodeco, die 16 Junii 1626.

Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae humillimus servitor
Josephus Velamin Rutschi,

Metropolita Chioviensis totiusque Russiae m.p

(retro): Ill mo ac Rev.mo Domino, Domino Octavio Bandino S.R.E.
Cardinali Amplissimo, Domino Colendissimo. Romae.

(nota): Die prima 8-bris 1626: S.mus mandavit ei rescribi, iuxta formam tamen confectam ab Ill.mo Cardinali Cremonen. et Nuntio in Polonię mitti illam copiam, una cum epistola ad ipsum Metropolitam, quem si sentiet graviter ferre aliquid ex iis, quae scribuntur, ei significet, ut rescribat, quia benigne audietur, et Nuntius statim certioret.

(Cfr. de « informatione » transmissa ad Secretarium de Prop. Fide in *Epistolae Metropolitarum Kiovienorum Catholicorum*, vol. I, pag. 180-183, nr. 80, nec non aliam epistolam ad eundem Secretarium, de dat. 16.VI.1626, nr. 79, ibid. pag. 179-180).

65.

Novogrodek, 15. VI. 1626.

Conqueritur coram Antistitiibus S. Officii de delationibus exhibitis contra Ruthenos.

TABULARIUM S. OFFICII, vol. 1626, fol. 93.

Ill.mi et Rev.mi Domini, Domini Antistites
S. Congregationis S. Officii.

Delati sumus ad Ill.mas ac Rev.mas DD. Vestras in quibusdam punctis,⁶⁴ de quibus nos monitos voluit Ill.mus Nuntius Apostolicus in hoc Poloniae Regno residens. Et quia illorum rationes nos reddere DD. Vestris Ill mis necessarium visum est, mittimus de omnibus informationem ad Rev.mum Secretarium S. Congregationis d. S. Officii, et humillime supplicamus DD. Vestris Ill.mis, ut sinceritate nostra plene in-

⁶⁴ Cfr. *Epistolae Metrop. Kiovien. J. Vel. Rutskyj*, pag. 180, nr. 80, cum explicatione et iustificatione Metropolitae.

tellecta, solito suo diligentissimo examini subiicere dignetur ea, quae ad propagationem S. Unionis in his partibus faciunt. Ut proinde si aliquid amplius per nos in his Punctis scribendum occurret, et si uberioratio omnium reddenda in Domino videtur, monere suis litteris non de-dignetur nos indignos Ecclesiae Ruthenae operarios, qui vitam cum san-guine iam pridem pro defensione S R. Ecclesiae obtulimus, et nunc de-sideria et cogitationes nostras vellemus esse notissimas illis, quos in spe-cula Ecclesiae suae Sponsus Christus Jesus collocavit, DD. Vestris Ill.mis, quos ut Deus Opt. Max. Reipublicae Christianae quam diutissime servet incolumes etiam atque etiam precamur.

Novogrodeco, die 15 Iunii 1626.

Ill.marum ac Rev.marum DD. Vestram humillimus servitor
Josephus Velamin Rutschi,
Metropolita Chioviensis totiusque Russiae m.p.

(retro): Sacrae et Illustrissimae Congregationi Sancti Officii, Dominis nostris Colendissimis. Romae.

(nota): 5 7-bris 1626: Fuit missa copia Ill.mis DD. Cardinalibus: Bandino, Madruccio, Rugio, Cremonen., Ludovisio, S. Honuphri... (*alia lacerata*).

(*alia nota*): Prima octobris 1626: Sanctissimus, auditis votis Ill.morum, mandavit rescribi Metropolitae iuxta formam litterarum confectam ab Ill.mo Cardinali Cremonen. et Nuntio in Polonia mitti illam copiam, nec non ipsam epistolam ad Metropolitam, quem si graviter ferre sentiet aliquid de ex iis, quae scribuntur, ei significet, ut rescribat, quia benigne audietur, et d. Nuntius statim certioret.

66.

Novogrodek, 15. VI. 1626.

Secretario S. Officii J. Rutskyy transmittit amplam iustificationem de punctis obiectis a quodam Polono Ruthenis unitis, ut eam proponat in Sacra Congregatione.

TABULARIUM S. OFFICII, an. 1626, fol.94.

Perillustris et Rev.me Domine.

Delatos nos esse ad Sacram Congregationem S. Officii, idque imme-rito et non vere, vehementer dolemus, eoque magis, quod nobis non modo non convictis, sed ne quidem monitis talia obiificantur, in facie totius Reipublicae Christianae, id est in Curia Romana. Scimus quidem S. Matris nostrae Ecclesiae sanctissimum illum esse morem, ut ad censuram non

prius quam gradatim accedat, qui si quando nunc practicatus est, dum in illis quae nobis a parte male informante obiiciebantur,⁶⁵ per Ill.mum Nuntium Apostolicum in Polonia agentem monitos nos esse voluit. Verum enimvero quam nobis hic modus gratus, tam durum iniuriā nos traduci apud illos, quibus vellemus vita et morte nostra gaudii materiam ministrare et consolationis.

Notissimus est nobis affectus D.V. Rev.mae in S. Unionem, ut orbi universo palam sit, quod suos veritati defensores Deus Opt. Max. subministrat. Supplicamus D.V. Rev.mae, ut ad omnia et singula nobis exprobata diligentius perlegere non gravetur, et inclusam paginam ad libram amplissimi consilii examinare, atque de omnibus cum Patre nostro Nicolao Novacio, Romae agente, conferre. Ad radicem S. Unionis, Rev.me Domine, securim admovebitis, si nos et per nos consecratos sacerdotes invalidos esse, nullamque facultatem ovibus pastum implorantibus subministrare dicetis, et ut uno verbo complectar omnia: speculum nos orbi universo exponetis non imitationis, sed irrisionis.

Gaudemus nos per privilegia Serenissimorum Regum aequales in omnibus Praelatis, clero et populo Ritus Latini factos, atque ut tales a felicis memoriae Clemente VIII, Pontifice maximo, in gremium S. Ecclesiae Romanae acceptos. Ut iis gratiis, quae nobis saecula contulerunt tempus non spoliet, timeremus profecto, nisi optime nobis persuasum esset de affectu S.R.E. in filios, ut de spe nostra non cadamus, sed magis magisque vitam nostram telis inimicorum pro Domo Domini exponamus enitendum est eius custodibus, inter quos numeramus D. Vestram Rev.mam, cui longos annos pro Ecclesiae Dei stabilimento ex corde opto, eidem me ipsum plurimum commendo.

Novogrodeco, die 15 Junii 1626.

Perillustris et Rev.mae D. Vestrae addictissimus frater et servitor
Josephus Velamin Rutschi,
Metropolita Chioviensis totiusque Russiae m.p.

67.

Jassy, 16. X. 1626.

Epistola Episcopi Mukačoviensis ad patriarcham Constantinopolitanum cum expetitione auxilii in rebus fidei.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 69, fol. 446.

⁶⁵ Cfr. notam praecedentem, nr. 64.

Copia litterarum Johannis Gregorovic, Episcopi Muncacinensis,⁶⁶ Maramorensis, et totius Hungariae, ritus Graeci, ad Cyrillum Patriarcham Constantinopol. — *Ex exemplari pessime scripto.* —

Difficultates Constantinopol. adeundi nobis Patriarchalem Sedem et visendi SS.mam Dignitatem Vestram interrumpunt viam. Litteris ergo praesentibus obedientiam nostram praestamus, sed quia nihil spirituale, nihil divinum, nihil caeleste universa Ecclesia nostra, his exactis temporibus, a primaria SS. Sede nostra Constantinopolitana obtinuit, determinemur et affligimur vehementer, solamine spirituali privati. Ecclesiasticus Ordo ad supremae Sedis Pastores clamat; catecheticam doctrinam non habemus, quam ob rem quid divinum, Evangeliorum praedicatoribus... quae sunt ad spirituale. Quod dum expectamus, ex oculis madidae fluunt aquae. Non ego, testis... sed Ecclesia nostra orthodoxa tum Hungariae tum Rutena vociferatur hoc: Caligamus oculis, caligamus, utrum sit Patriarcha noster Christianus, nescimus. Filius ego Vestrae Sanctitatis filiali animo ista scribo, ipsem et a Vestra Sanctitate haec eadem rogaturus, siquidem Romanenses, immo Luterani, et quorum vilissima secta, suis gaudent falsissimis licet Catechismorum codicibus, quanto magis nos gauderemus, si verissimos a Vestra Sanctitate haberemus. Utique Divo Paulo suffragante non filios Parentibus, sed filiis Parentes thesaurizare debere scimus. Vestram Sanct.tem piae sanctaeque memoriae SS.mi Patriarchae Meletii, si pauca scripta remanent, ea mitti vel ad Seren.mum S.R. Imperii et Transylvanie principem, et partium Regni Hungariae Dominum, Dominum meum clementissimum, vel ad Rutenos supplices rogamus. Pollicemur nos typis exarare et mandatuos cum Graeco tum Latino, tum Ruteno idiomate. Vivit enim, et mortuus quid bene Ecclesiae perficiet?

Interim amori paterno Vestrae Sanctitatis nos committimus.

Ex Civitate Jassensi Primaria Principatus Moldaviae, Mense 16 Octobris, Aº 1627.

68.

Vilnae, 15. XI. 1626.

Eust. Wolovitius, Ep. Vilnensis, R.mo Ingolo, de sua sollicitudine in religione catholica propaganda, haeresi extirpanda et Unione iuvanda; de suo interventu in Synodo Ruthenorum unitorum; de seminario Rutheno erigendo.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 67, fol. 369rv, 378v (orig.).

⁶⁶ Episcopus Mukačoviensis (1627-1633).

Ill.me et R.me Domine, Domine Colendissime.

Et ex binis Ill.mae Dominationis Vestrae literis, eius ac Sacrae Congregationis de Propaganda Fide nomine ad me datis, et ex praepositi mei, quem ad visitanda apostolorum limina in Urbem miseram, relatione, satis luculenter intellexi, quanta gratia, et benignitate Ill.ma Dominatio Vestra, nec non Sacra Congregatio petita et postulata quaedam mea, bonum Ecclesiae et diocesis meae concernentia, excipere et expedire dignatae sunt. Quo nomine, quantas maximas possum ago habeoque Ill.mae Dominationi Vestrae nec non Sacrae Congregationi gratias. Ac huiusmodi fultus subsidiis, Deique Optimi Maximi imprimis auxilio freatus, nihil eorum, quae ad sanctae fidei catholicae incrementum, animarumque in hac vasta dioecesi mihi commissarum salutem procurandam, et haeresum ac schismatum extirpationem necessaria videbuntur, prae-termintere pro mea virili studebo. Adest equidem Deus Optimus hisce conatibus meis, et salutaria ubertim subministrare incrementa, quae eius bonitatis est, non dedignatur. Iam etenim intra decennium, quo onus istud episcopale mihi impositum est, quadraginta prope religiosorum diversi Ordinis, utriusque sexus monasteria variis et opportunis locis de novo fundata et extructa extant. Parochialium vero ecclesiarum numerus, ad exercendam curam animarum, et sanctorum sacramentorum administrationem perquam necessiarum, vel e manibus haereticorum vindicatarum, vel piorum fidelium sumptu et opera noviter fundatarum quinquagenarium excedit. Haereticorum etiam, ad sanctae matris Ecclesiae gremium redeuntium, numerus in dies magis magisque per Dei gratiam augetur. Quod dum Ill.mae Dominationi Vestrae et Sacrae Congregationi expono, nihil certe mihi ipsi (quod absit) vendicare intendo, sed manum Excelsi et divina Altissimi opera et auxilia praedicare desidero, cui soli sit gloria, etc.

Porro quod attinet sanctam Ruthenorum Unionem, in qua promovenda quicquid opellae meae hactenus impendi et impendere studeo, quod et Ill.ma Dominatio Vestra et Sacra Congregatio, quae vestra pietas est, conatus hosce meos non modo grato et benigno animo suscipere, sed et collaudare dignantur, addunt certe currenti calcar, quo alacriori animo, in posterum etiam, pro huic negotio insudare non desistam, ac Rev.mo D.no Archiepiscopo Kioviae, optimo et vere apostolico viro, in promovenda Unione assidue laboranti, adlaborare, consilioque et auxilio meo, quantum potero adesse sedulo procurabo. Retulisse iam illum existimo Ill.mae Dominationi Vestrae ac Sacrae (f. 369v) Congregationi, quae in Synodo sua provinciali proxime celebrata effecerit, ubi ego quoque iussu Ill.mi D.ni Nuntii Apostolici, et authoritate SS.mi D.ni Nostri libenteradfui, nihilque eorum, quae ad Seminarii Ruthenorum institu-

tionem (nempe fulcimentum tutissimum Unionis) vel maxime pertine-
rent praetermisi.

SS.mi D.ni Nostri in primis auctoritate et paternis eius adhortatio-
nibus, nec non insigni liberalitatis exemplo in permovendis illorum ani-
mis usus, qua ratione, divino accidente auxilio, effectum est, ut tan-
dem tantopere expetitum et toties agitatum, salutare istud negotium
felicissimis SS.mi Domini Nostri auspiciis optatum, sortitum sit finem,
quemadmodum ea de re Rev.mum D.num Archiepiscopum Kiioviae,
copiose Ill.mae Dominationi Vestrae ac Sacrae Congregationi iam expo-
suisse minime dubito. Caeterum pro debito officii mei supremum Numen
precari nunquam desinam, ut votis, assiduisque SS.mi Domini Nostri
in promovendo cultu divino ac reducendis ad ovile Christi errantibus
ovibus laboranti et invigilanti, vobisque Sanctissimis Patribus curam et
conatus ipsius sedulo adiuvantibus, adspirare et opem ac divina sua tri-
buere auxilia, dignetur, efficiatque, ut videatis plenam redemptionem
Israel, universum, inquam, populum fidei catholicae restitutum, ut tan-
dem unum sit ovile et unus pastor.

Hoc voto claudio, et paratissima obsequia mea ac meipsum gratiae
ac patrocinio Ill.mae Dominationis Vestrae quam humillime commendando.

Datum Vilnae, 15 Novembris, 1626.

Ill.mae et R.mae Dominationis Vestrae humillimus servitor
Eustachius Volovitius, episcopus Vilnensis.

(f. 378v) Die 21 maii 1627. Congr. 75.

69.

Vindobonae, 18. XI. 1626.

*Nuntius Caraffa R.mo Ingolo, de alumnis Ruthenis in pont. Seminario
Vindobonensi recipiendis.*

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 67 fol. 96 (orig.).
MUH, vol. II, pag. 22, nr. 19.

Molt' Illustr e R.mo Signor mio Osservandissimo.

Havendo visto quanto Vostra Signoria Ill.ma m'ha accennato con
la sua de' 10 del mese passato, io mi feci chiamare immediatamente il
Regente dell'alunnato di questa città, il quale poi m'ha data l'inclusa
nota. Io per la notitia che ho delle cose in queste parti dico a Vostra Si-
gnoria Ill.ma che può liberamente trattar in Congregazione in propo-
sito de' luoghi che si desiderano ne' Collegii e Seminarii di queste parti,
perchè della pietà di questa Maestà Cesarea io non posso dubitare di
non ottenere qualsivoglia cosa. Non posso però lasciar di dire a Vostra

Signoria R.ma come la settimana passata furono mandati dal Metropolita di Russia due sacerdoti, e da questo Regente del Collegio quegli alunni furono benignamente accettati havendone prima dato parte a me che li ordinai che li ricevesse, come fu subito eseguito. Nel resto mi ricordo a Vostra Signoria R.ma divotissimo servitore e li bacio affettuosamente la mani.

Vienna, li 18 Novembre 1626.

Di Vostra Signoria molto illustre e R.ma devotissimo et obligatissimo servitore

C.C., Vescovo d'Aversa.⁶⁷

(f. 101v) Die 26 martii 1627. Congr. 73. Nr. 1.

70.

Smolensk, 1. I. 1627.

Archiepiscopus Smolencensis Ruthenus conqueritur de spoliatione bonorum suae eparchiae ex parte ecclesiasticorum polonorum, enumerat damna Unionis et petit auxilium et protectionem.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 67, fol. 395.

Illustrissimi ac Reverendissimi Domini, Antistites Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, Domini Col.mi.

Promotionem meam ad Episcopatum Smolencensem,⁶⁸ post erectam Sacram de Propaganda Fide Congregationem, et iam vobis, Illustrissimi ac Rd.ssimi Domini, in fidei columina, et Ecclesiae lumina electis contigisse mihi ipse gratulor. Enim vero desperandum mihi esset in hoc non tam honore quam solo onere, nisi intenti vestri in omnes partes oculi solarentur. Vastum enim Severiae mare ingressus, severiori censurae late omnia subiecta reperi. Recensita sint bona amplissimi Episcopatus Smolencensis et Czernihoviensis, et posterioris quidem solo titulo relicto, omnibusque penitus facultatibus viduato, ac saecularibus in praedam praediaque concesso, priorem ad aliquot terrae mansos restrinxerunt, multis millibus alienatis ad aliorumque manus devolutis. Et quod ad ultimum miseriarum additum, Ecclesia in Cathedralem, ut dicunt, mihi assignata extra Urbem et ipsum suburbium in nudo et aperto campo, ut non minus caeli exponeremur iniurijs, quam hostium et latronum incursionibus. Capitulum nullum, Parochia nulla omnino in ea Civitate

⁶⁷ Nuntius Viennensis — Carolus Caraffa (1621-1628).

⁶⁸ Leo Kreuza promotus fuit ad sedem Smolencensem an. 1625; obiit vero an. 1639.

relicta. Qui cum pauperi illa ecclesia procedendi modus quam efficax sit ad alienandos a Sancta Romana Ecclesia alieniores, cogitent Dominationes Vestrae Illustrissimae. Unum dico: in illa sua praecognita opinione Schismatici, quod Romana Ecclesia nostra deprimat ut sua erigat, hoc ipso evidentissimo documento confirmantur. Nec intra Severianos parietes hae sese querimoniae tenent, magnis passibus intimos Moschoviae recessus penetrant, animumque ab optimis et peritissimis operarijs penitus avertunt; ac veluti omnem spem futurae messis in semine, demittunt. Quae omnia R.do Patri Nicolao Novacio, Agenti Russiae, commisi, ut de omnibus seriam informationem dare possint Dominationibus Vestris Illustrissimis. Cui etiam aliqua, quae interim per Dominationes Vestras Illustrissimas pro illa ecclesia fieri possit insinuavi. Haec vero ideo perscripsi, quia coram eis, ad quos provincia promovenda fidei devoluta celare non potui, ut qua potenti sua autoritate apud Serenissimum Poloniae Regem Regnumque qua paterno consilio et auxilio recentem Catholicum Episcopatum iuvare dignentur Dominationes Vestrae Illustrissimae, quas Deus Ecclesiae suae et Apostolicae Christianae ac in primis erectioni ritus Graeci Catholici et evictioni quam diutissime servet incolumes.

Smolensci, 1 Januarij, Anno 1627.

D.V. Ill.marum et R.marum humillimus servitor

Leo Kreuza, Archiepiscopus Smolensensis et Cernihoviensis mpp.

71.

Smolensk, 7. I. 1627.

Referat de miserabili statu Archiepiscopatus Smolensensis.

APF, *Lettere de... Polonia*, 1627, vol. 67, fol. 393r.

Beatissime Pater.

Divina dispositione et eorum quibus non parere nefas voluntate Smolensensis Severiensium praefectus Ecclesiae nihil antiquius habui et certe nihil habere debui, quam ut Romanum, id est Coelestem secutus ordinem, tuis me, Beatissime Pater, advolueram pedibus, pro me et Ovibus meis paternam humillime petens benedictionem. Venio vero eorum, quae primo intuitu videre potui, brevissimam licet rationem redditurus.

Magnam, Beatissime Pater, sicut mare vidi contritionem nobilissimi quondam illius ducatus, magnam inquam, vel propter oves absque pastoribus errantes, vel propter ditissimarum ecclesiarum opulentissima bona distracta, dirutas ecclesias, monasteria vel sublata, vel in praedia

conversa curiasque. Episcopatum praesentem tum suis facultatibus minus multo cultores desiderantem, quam Dominos habeat, Capitula omnia sublata, ecclesias Parrochiales tenuibus suis redditibus omnino spoliatas. Quid dicam amplius? nisi insigni aliquo Divino fulciamur beneficio, spem nullam, terram olim fertilissimam fructum pollicentem. Haec ideo brevissime Beatitudini Tuae perscripsi, fusiisque Sacrae de Propaganda Fide Congregationi per Rev.dum Patrem Nicolaum Novacium, Agentem Russiae ibi agentem insinuavi, ne quisquis demum in posterum eiusdem Ecclesiae Pastor futurus conqueratur de mea unius negligentia, quod talia tantaque siluerim, neque Beatitudini Tuae, ut primo post Deum medico remedianda, ut Patri omnium communi reparanda proposuerim. Quae tamen pro eadem Ecclesia Beatitudinis Tuae beneficio fieri posset, dicto Agenti ore tenus commisi referenda. Deum Optimum Maximum obsecrans, ut si non maiores saltem aequales Ruthenicae glebae te, Beatisseme Pater, vivente et vidente steriles Moschoviae agri fructus Romanis Homis subministrent. Interim iterata ad pedes Beatitudinis Tuae provolutione benedictionem pro me meisque humillime ab eadem exopto, quam Deus Ecclesiae suae et Reipublicae Christianae ac in primis unctioni ritus Graeci Catholici et evocationi quam diutissime servet incolumem.

Smolensci, 7 Januarii, Anno 1627.

Beatitudinis Vestrae indignissimus filius

Leo Kreuza, Archiepiscopus Smolensensis et Cernichoviensis (mp)
(f. 404v): Sanctissimo Domino Nostro Domino Clementissimo.

Da parte a Sua Santità del male stato, nel qual ha trovato quel Duca, e nello spirituale e nello temporale, e dice, che più pienamente l'ha significato alla Sac. Congregazione, et al Padre Novatio, lor Agente, acciò vi si pigli qualche provisone, etc...

72.

Smolensk, 7. I. 1627.

Archiepiscopatum suum Smolensensem Leo Kreuza Protectori Moschoviae, Card. Bandino, commendat protegendum.

APF, *Lettere di Germania... Polonia*, 1627, vol. 67, fol. 371r.

Ill.me ac Rev.me Domine, Domine Colendissime.

Smolensensi praefectus Ecclesiae omnem curam habui de inquiringendo Protectore Moschoviae. Et cum ex relatione Rev.mi D.ni Episcopi Haliciensis cognovissem hanc provinciam ad Dominationem Vestram Ill.mam devolutam, mirum dictu est, quam gavisus fuerim. Cum enim de Dominationis Vestrae fama fideique Catholicae zelo communis in Sep-

tentrione opinio feratur, deiectum calamitatibus Moschoviae animum foelix illius protectura in spem meliorem e miseris eruit et erigit. Utinam vero tam foelix Moschovia, ut aequales saltem magno in Russiam affectui sentiat affectus. Fuimus praesentes publicae Dominationis Vestrae Ill.mae laudi dum in Synodo Ruthenorum nuper habita Cobrinensi tua studia in Ruthenico Seminario promovendo publice decantata, frequen-tissimo illo caetui gratissima acciderunt. Quid ne etiam me ipsum novo hinc iuberent esse animo. Quod onus humeris meis cum hoc munere im-positum, quam vastata omnia, diruta et disrepta omnia, lachrymis plena omnia invenerim, Rev.do Patri Nicolao Novacio⁶⁹ oretenus commisi referenda. Quae spes vastissimum illum tractum et plus quam per mille milliaria italica sese extendentem, ducatum inquam Severiensem S. Ro-manae Ecclesiae uniendi, ex data informatione Rev.mo Domino Secreta-rio colligere poterit Dominatio Vestra Ill.ma⁷⁰. Unum obsecro, ut tam no-bile imperium tamque vastum quod ducatui Severiae adiacet neque Se-re-nissimo Poloniae Regi subiectum est, Te vivente et vidente, Ill.me Domine, aliquod solamen et levamen Roma praestolari possit. Neque vobis ingenium deest, neque authoritas ad Orthodoxam Ecclesiam vobis, Ill.me Domine, in ultima Septentrionis appendice obligandam, ut ani-mum quoque adiicere dignetur nomine totius illius Ecclesiae humillime supplico Dominationi Vestrae Ill.mae, quam Deus Ecclesiae sua et Rei-publicae Christianae ac in primis erectioni ritus Graeci Catholici et evec-tioni quam diutissime servet incolumem.

Smolensci, 7 Januarii, Anno 1627.

D. V. Il.mae et Rev.mae humillimus servitor

Leo Kreuza, Archiepiscopus Smolensensis et Cernihoviensis (mp)

73.

Smolensk, 7. I. 1627.

Archiepiscopus Smolensensis Leo Kreuza implorat protectionem Secre-tarii Propagandae Fidei in causa bonorum ablatorum.

APF, *Lettere di... Polonia*, 1627, vol. 67, fol. 394r, 403v.

⁶⁹ Primus Procurator negotiorum Ecclesiae Unitae et Ordinis Basiliani in Urbe (1626-1633); cfr. A.G. WELYKYJ, *Procuratores Negotiorum Ecclesiae Ruthenae in Urbe*, in *Analecta OSBM*, vol. I, Romae 1949, pag. 57-78.

⁷⁰ De quanam informatione agitur nobis non constat, forsitan orali P. Nicolai Nowak, vel de litteris infra positis, sub numero sequenti (nr. 73).

Perillustris ac Rev.me Domine.

Scribenti mihi primum illas in partes Dominatio Vestra Rev.ma venit compellenda eoque confidentius quo toti nostro Septentrioni constat clarius de magno et excelso erga res Russiae eiusdem affectu. Et quidem ex relatione Rev.mi D. Episcopi Haliciensis⁷¹ cognovi oblatam esse Sacrae Congregationi de Propaganda Fide relationem de Moschovia, a nostris Romae agentibus factam.⁷² Unde illa repetere et tanta occupationum mole obrutis S. Romanae Ecclesiae officialibus obstrepere supervacaneum duxi. Scio enim quod in praefata relatione vastitas Moschoviae, Ritus in illa Gente tenacitas, studiorum effectus Pastorumque, ager nondum in solium penitus degenerans, scio, inquam, quod haec et similia de Moschovia ibidem adumbrata, audeo et media proposita iuvandi oves illas perditas domus Israel, ad quas missi sumus. Utrum autem in auxilium, vel in exilium nescio, ad quas enim angustias redactus sit Episcopatus Smolensensis ex inclusa pagina facile poterit colligere Dominatio Vestra Rev.ma. Per viscera Domini Jesu obsecro Dominationem Vestram Rev.mam, ut haec quae brevissime insinuavi fideliter dignetur referre SS.D. Nostro, et Sacrae Congregationi de Propaganda Fide eo fine, ut saltem sciant, quibus premimur angustiis a domesticis nostris peneque opprimamur. Moraliter loquendo nihil nos manet nisi risus omnium.

Quid etiam intra ipsa moenia Smolenscia Collegium Patrum Societatis opulentissimum, Monasteria Patrum S.ti Dominici et Sancti Francisci fundatissima in bonis episcopalibus et Monasteriorum Ruthe-norum, Episcopum Latinorum plura millia annua, civitates et pagi fundati expectant. Solus Ordinarius loci illius ex civitate expulsus, et ad ecclesiam campestrem alligatus, fundata pro eo vix et ne vix quidem decima antiqui Episcopatus parte, cum tamen appareant rarissimi Latini in vastissimo illo Graeco oceano. Dicunt quidem Schisma ibi invalusse, paucos Unidos inveniri. Sit sane ita caute, si verum est veritatis ipsius eloquium, non est opus medico sanis, sed male habentibus, hoc ipsum est quod onerat conscientiam ad providendum illi vastitati de operariis. Ergone medico negandus est victus, civitate maxima ex parte morbo laborante? At hic est honos medici. Ergone cultores arcendi vastis apertisque late patentibus agris? At hoc est munus agricolae. Ergone

⁷¹ Raphaël Korsak scripsit adhuc ut alumnus Collegii Graecorum de Urbe relationem «de Moscovia»; cfr. inter suas epistolas in *Epistolae Metropolitarum Kiovien-sium Catholicorum: R. Korsah...*, Romae 1956, pag. 19, nr. 1 (an. 1624).

⁷² «Relatio de Moscovia», in *Miscellaneis APF*, C, fol. 283-285; cfr. notam praecedentem (nr. 71).

veterani a castris abigendi hostibus incursionem impetumque minitan-tibus? At hoc est onus militum. Quid dicam amplius? quod nos per nos vel invitos invitat, vel currentes incitat, plena scilicet pan... lorum quibus possit frangi panis domus. Hoc, inquam, ipsum nos palam arcet. Testabitur hic alius, sidera caelumque et Deum testem et vindicem tot et tantos ponentibus obices, ipse vero lavabit manus inter Innocentes. Lachry-mae me plura scribere non permittunt. Tu, Rev.me Domine, illud hoc in negotio facere velis, quod pro honore Dei facere potes. Egome ex corde eidem offero Deumque Opt. Max. humillime peto, ut illam suis sanctis cumulet beneficiis, ut crescat in mille millia, et vivens, videns possessas ab exercitu Domini portas inimicorum Ecclesiae Dei laetaris, eandem bonis omnibus quam diutissime servet incolumem.

Smolensci, 7 Januarii, Anno 1627.

Dominationis Vestrae Rev.mae addictissimus servitor

Leo Kreuza, Archiepiscopus Smolensensis et Cernichoviensis (mp)

(403v): Perillustri et Rev.mo Domino, Domino Francisco Ingolo, Secretario S. Congregationis de Propaganda Fide. Domino et Fratri Observantissimo. (*sigill.*).

Nota Secretarii.

74.

Vindobona, 16. VI. 1627.

Nuntius Caraffa Card. Ludovisio, de informationibus colligendis circa gentem Uscchorum Montis Feletrii, ut visitatio eius per episcopum Zagrabensem institui et Seminaria erigi possint.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 67 fol. 396rv (*orig.*).

SIMRAK, p. 50-51.

Sin dall'anno passato Vostra Signoria Ill.ma con una sua deli 6 di giugno si degnò significarmi non haver voluto la Sacra Congregatione pigliar alcuna determinatione circa la visita degli Uscocchi di Montefele-trio di Croatia di rito greco scismatico da farsi da Mons. Vescovo di Zagabria, se prima non havesse intesa l'informatione dell'i capitani di quel Monte, alli quali Sua Maestà haveva scritto. Quest'informatione non prima della settimana passata si è havuta sì per la lontananza del paese, come per la solita lentezza, con che caminano in queste parti li negotii. La sostanza di essa consiste (per non haverne potuto haver la copia, ma solo Sua Maestà me l'ha fatto intendere per mezzo del Cancellier Verda) che adesso secondo le cose de' Turchi sospese per non essersi ancora conclusa la pace, e potendosi dubitare di qualche solito motivo del Gabor, essendo detti popoli ferocissimi, e che sono utili all'interessi di

Sua Maestà, mantenendo quel paese libero dall'incursioni de' Turchi, che per prima in quelle parti facevano molti danni, non esser bene irritarli, perchè potrebbe essere che abbandonassero il paese e si ritirassero in quel de' Turchi, e potrebbono fare di grandissimi danni, massime che i loro capi di fameglia in tutto sono da 9 mila senza i putti e le donne et altra gente (f. 39v) inutile. Il farvi de' Seminarii per instruire i loro putti, ne anco è consiglio approvato, perchè essendo gente barbara, non si cura se non di vivere ex rapto, e poco conto fa delle scienze. Mi soggiunse poi detto Cancellier Verda, che il miglior consiglio di Sua Maestà e del Signor principe d'Ecchemberg saria di veder di poter far uno di quelli stessi sacerdoti, che fusse più inclinato al catholicismo, vescovo di quei popoli, che forsi qualch'uno di loro vedendosi offerir una dignità così eminente per quella boria (borea) e colla speranza di poter gli altri ancor soccedere a quella dignità applicassero l'animo a volersi far cattolici. Questo è quanto devo significar...

Vienna, li 16 di Giugno 1627.

Di Vostra Signoria Ill.ma e Rev.ma umilissimo, obbligatissimo e devotissimo servitore

C.C., Vescovo d'Aversa.

(f. 44v) Die 28 augusti 1627. Congr. 80.

75.

Dubno, 6. VII. 1627.

Meletius Smotryckyj Urbano VIII P.M. obedientiam reddens supplicat, ut e schismate in sinum Ecclesiae Catholicae recipiatur.

APF, Scr. rif. n. Congr. gen., vol. 67 fol. 396rv (orig.).

SUSZA J., *Meletius Smotricius...*, p. 72-73.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Solare illud lumen, universam hanc mundi molem suis collustrans radiis, videtur his deploratissimis temporibus esse Ecclesiae Dei foelix Beatitudinis Vestrae pontificatus, eo splendidior, quo magis tot haeresum et schismatum nubibus obtegitur. Ita, ut de illo dicere debeam, non est qui se abscondat a calore eius. Ecce ego in ultima peccantis terrae appendice situs, in schismate velut ex necessitate natus, in eodem per annos quinquaginta ex ignorantia voluntatus, eo beneficiorum et affectus Beatitudinis Vestrae erga Rutenam Ecclesiam radiis ex miseriarum lacu extractus attrahor, ut pedibus manibusque revinctis, ad genua Beatitudinis Vestrae cum lachrymis prosternar et eius pedes humillime deosculer. Et quoniam omni verborum ambage seposita et haeresi schismatica

abiurata illi obedientiam reddo, nil amplius dicere possum, quam quod: Pater, peccavi in coelum et coram te! Non sum dignus vocari filius tuus. Tu vero, Beatissime Pater, dimissis mihi omnibus, quaecumque contra te, Sanctamque Petri Sedem ac sanctam fidem Romanam catholicam mente, ore et calamo peccavi, eaque omnia sine pudore, Deo iuvante, retractare volo, ut in me occidendo peccatum quod meum fuit, in te, Beatissime Pater, consequar gratiam, vitam quae Dei est: facere me digneris sicut unum de mercenariis tuis. Hoc unum opto, ut sicut (f. 396v) ex corde cum sancto peccatore dico: Peccavi Domino; ita cum eodem a te, Beatissime Pater, audiam: Et Dominus transtulit a te peccatum tuum. De quibus omnibus credo Ill. mus meus Pater et Pastor⁷³ Beatitudini Vestrae perscripturus est. Interim quae mihi in his initiis unionis occurabant, Sacrae Congregationi Sancti Officii proponenda, aliis meis literis ad eandem directis expressi,⁷⁴ me in omnibus pure, pure Tuae P. Beatitudinis paternae voluntati subiiciens. Deus gloriosus faciat me facere quod iubes, tu vero, Beatissime Pater, iubeas me facere quod vis. Iterata iam ad pedes Beatitudinis Vestrae provolutione, benedictionem pro me Beatitudinis Vestrae humillime peto. Quam Deus Ecclesiae suae sanctae et reipublicae christianaee quam diutissime servet incolument. Dubnae, die VI Iulii, anno MDCXXVII.

Beatitudinis Vestrae indignus filius

Meletius Smotrylicy, nuncupatus Archiepiscopus Polocensis etc., Archimandrita Wilnensis et Dermanensis m.pr.

(f. 401v) Sanctissimo ac Beatissimo Patri, Domino Nostro Clementissimo. (L.S.).

(f. 397): Die 9 octobris 1627. Congr. 82. Fuit remissa ad Sanctum Officium.

76.

..., 6. VII. 1627.

Meletius Smotryckyj Cardinali Bandino de sua acceptatione fidei catholicae, expetendo patrocinium et promittendo fidelitatem.

SUSZA J., *Meletius Smotriscius*, ..., pag. 76-77.

⁷³ Josephus Velamin Rutskyj, Metropolita Kioviensis catholicus (1613-1637); cfr. *Epistolae Josephi Velamin Rutskyj, Metrop. Kioviensis*, Romae 1956, pag. 195-196, nnr. 90, 91, sub dat. 10.VII.1627, ad Pontificem et ad Secretarium Congregationis de Prop. Fide.

⁷⁴ Litteram hanc invenire non potuimus.

Benedictus sit Deus noster, Deus misericordiarum, qui misericordiam vult et non sacrificium. Hanc vero voluntatem illius in me ipso ut certe agnosco, ita dulce experior. Multorum enim annorum schismaticum, quin schismatica phalangis ducem, alios ad inferos, doctrina, scriptis, et exemplo provocantem, nil aliud nisi hujus saeculi et futuri poenae manserunt. Verum enimvero, opitulante ejus gratia, qui segregat suos ab utero matris, cooperante Illustrissimo meo Pastore, totius Russiae Metropolitanu, qui a multis hinc annis meae saluti inhiabat, allaborante denique Excellentissimo duce Domino Alexandro de Zaslav, Palatino Bracaviensi, qui a prima mecum notitia modos et media salutis meae procurare dignatus est: hodie primum, ejurato schismate, S.D.N., Patri orbis universi et Petri successori reddens obedientiam, ac in manibus Illustrissimi Metropolitani juramentum professionemque deponens, eidem scribo. Et quia scio Dominationem Vestram Illustrissimam Ecclesiae nostrae Ruthenae esse protectorem, ejusdem etiam manum humilime deoscular. Obsecro, ut abhinc inter suos me etiam habere dignetur clientes, sancteque per eumdem S. Sedi Apostolicae promitto, me omni quo potero studio, damna per me illata Ecclesiae Dei, eodem adjuvante, reparaturum. Atque utinam per effusionem sanguinis mei possem eidem qualemque semen mandare. Oro itaque Eminentiam Vestram, ut quae ad Sacram Congregationem Sancti Officii scripsi, paterne examinare dignetur; demum, quodcumque me facere oportebit, mihi libenter prescribere. Cum id unicum jam in votis mihi sit, ne ad latum quidem unguem discedere a voluntate Sanctissimi D.N. et Dominationis Vestrae.

Die 6 Julii, Anno 1627.

(Reliquae epistolae Smotryckyj aliorumque ad Russiae protectorem, ad S. Officium, ad sacram de propaganda fide Congregationem, reticentiae demandavit brevitatis studium).

77.

(6. VII. 1627.

Petitiones Meletii Smotryckyj, ad fidem catholicam conversi, remissae ad Sanctum Officium.

APF, Scr. rif. n. Congr. gen., vol. 67 fol. 355-356 (*copia*).

Petita Meletii Rutheni, nuncupati Archiepiscopi Polocensis, ex haeresi schismatica ad fidem catholicam conversi, remissa ad Sanctum Officium.

Redditia ille obedientia Rev.mo D.no Iosepho totius Russiae metropolitae, ab eodemque Iulii 6, anni praesentis 1627, accepta absolu-

tione a censuris ecclesiasticis, professione fidei more Gregoriano peracta, aliqua postulata ingessit. Ad quae R.mus Metropolita respondere nolens Romam ad S. Officium remisit.

Postulat itaque primo, ut possit esse occultus unitus, quoad necessitas postulaverit, ut publicetur pro catholico.

Postulat 2º. Ut utatur titulo archiepiscopali, quem sibi iniuste usurpavit, consecratus in locum alterius legitime electi et adhuc viventis.

Postulat 3º. Ut consecret sacerdotes schismaticos pro tribus episcopatibus unitorum, scilicet pro Vlodimiriensi, Luceoriensi et Polocensi, accepta tamen facultate ab Ordinariis.

Denique petit, ut in Missae sacrificio mentionem faciat patriarchae Constantinopolitani, mutata intentione, scilicet, ut eum non tanquam pastorem agnoscat, sed ut pro illius conversione Deum precetur.

Porro rationes, quae illum induxerunt ad celandum ad tempus catholicismum, hae sunt quae sequuntur.

Dum ante aliquot annos praedictus Meletius esset Constantinonoli, adiit patriarcham Cyrillum, ex cuius colloquio didicit eum haereticare, et cum propter pestem subsequentem non potuerit ab illo in scripto ipsius fidei professionem habere, nunc demum pro contracta cum eo notitia et in schismate confidentia (f. 355v) scribet illi, sperans et expectans responsum dogmaticum et ipsius fidei professionem, quam sub pallio schismatis latens putat se facilime ab illo obtenturum. Huius vero responsi iste esset fructus, quod eodem obtento, in suo retractationum libello eundem demonstraret esse haereticum, ad absurdum deducendo schismaticos ex literis patriarchae, quem illi ut caput venerantur.

Plurimis annis interne conversatus cum schismaticis tam spirituallibus quam saecularibus, apud quos magnum sibi et quidem authoritativum conciliavit amorem. Velle itaque nunc illos uti suos confidentes instruere articulos fidei, quorum intellectus alioquin conciliabilis separat multos a S. Romana Ecclesia et consequenter ostendere unam eandemque de illis fuisse sententiam SS. Patrum tam Graecorum quam Latinorum. In quo nullus ex illis hactenus aliquam vel mediocrem peritiam nactus est. Et haec est causa, schismatis ignorantia.

Iam ab aliquo tempore Meletius eius fuit intentionis, ut cogeretur aliqua Synodus, communis Unitis et Schismaticis, ut in mutua animorum concertatione, veluti ex silicum contactu ignis, ex alternis votis charitas ignita eliceretur. Sed quia schismatici nullo modo volunt ne quidem in Synodo practicare cum unitis, propterea quia per hanc viam lux fidei spargitur in mentibus multorum, cogitat demum inducere aliquos ex Nobilibus et Confraternitatibus schismaticorum, ut aliquam Synodus soli per se schismatici cogant, in qua ipse Meletius pro schisma-



JOSEPHUS VELAMIN RUTSKYJ,
METROP. KIOVIENSIS, HALICIENSIS TOTIUSQUE RUSSIAE
(1613-1637)

tico receptus proponere possit et enucleare dissensionis causas duplicitas nunc Ecclesiae, quondam unius, ac scrupulum illis iniicere in fide schismatica, propter rationes quae ipsum docuerunt, non esse contrarietatem in re, nisi in verbis, inter SS. Patres Graecos et Latinos, et declarare aliud quippam quod pro tuenda dissensione inveniri possit, non esse nisi aliquam recti SS. veterum Patrum in eorum scriptis sensus a recentioribus scriptoribus temerario ausu confictam interpraetationem.

Et dato quod apertus deberet esse catholicus ob lucrum eorum quos in schismate (f. 356) interemit: quomodo id fieret? Certe nonnisi rescribendo ad illa, quae scripsit, prout iam habet in promptu considerationes brevi edendas, quae illi hunc regressum persuaserunt. Quod si scripta illum catholicum publicatura sunt, consonum videtur, ut ante horum editionem formam peccatorum portet, excepto peccato. Cum per S. Sedem Apostolicam et consequenter per R.mum Metropolitam nondum determinatum sit quo titulo utendum sit Meletio, videtur tantisper illi sub hoc archiepiscopatus pallio latendum esse, quo ipse et ecclesiasticae in iudicio ferendo maturitati, et conversi honeste consulatur.

Denique si aliqua ratio urgeret in Meletio apertum catholicismum, haec esset, ne scandalum sit aliis ipsius schisma. Et hoc non: omnes enim sciunt, illum hucusque fuisse schismaticum, nullus (exceptis aliquot, qui ad hoc negotium spectarunt) nunc rediisse ad gremium Ecclesiae. Unde ac si Patres Societatis Iesu et alii Religiosi in India cum gentilibus habitu saeculari conversantes, neminem scandalisaret, praesertim cum multo maior, Deo auxiliante, sperretur fructus sanctae Unionis ex occultato ad tempus catholicismo, quam si ex nunc omnibus innotesceret.

Deinde Romana a multis annis praxis in hoc negotio audaciam facit, secundum quam multis in ritu graeco catholico data est licentia suscipiendi Ordines in Graecia a schismaticis episcopis, et in eorum dioecesibus permanendi, alias a limine Graeciae arcerentur, ac velut in semine futura messis demeteretur, cum tamen si concelebret aliquis episcopo consecranti schismatico, mentionem illius facere teneatur et consequenter pallio se schismatis obtegere. Et haec ratio persuadet indulgentiam pro facienda mentione patriarchae Constantinopolitani more graeco, de quo ad finem puncti secundi supra.

Tamen haec omnia S. Romanae Ecclesiae censurae Meletius tam plene subiicit quam sincere salutem aeternam praestolatur.

(f. 356v) Petitiones Meletii Smotricii, Archiepiscopi Polocensis, ad fidem catholicam conversi, remissae ad Sanctum Officium.

78.

Vindobona, 28. VII. 1627.

Nuntius Caraffa Card. Ludovisio, de alumnis Ruthenis in Pont. Seminarium civitatis Gratz admittendis.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 67, fol. 58 (orig.).

Havuta la relatione l'Imperatore del Rettore del suo alunnato di Gratz per far gratia di qualche luogo in esso per li Rutheni uniti, conforme al desiderio della Sacra Congregatione, et havendo Sua Maestà rimesso la risolutione della Sacra Congregatione al Padre suo confessore, Sua Paternità ultimamente m'ha detto, che per esser detto alunnato per quelle provincie, e particolarmente per li Valacchi, non poteva Sua Maestà concedere luoghi perpetui; ma si bene si contentava che per adesso potessero essere mandati due soggetti di detti Rutheni, a' quali com'havessero finiti li loro studii vi potessero venire due altri e non più in detto alunnato, et appunto hoggi ho scritto a Monsignor Nuntio di Pollonia, che significhi con sue lettere questa risolutione al Metropolita di detti Rutheni, acciò l'inviti quanto prima, et a Vostra Signoria Ill.ma fo humilissima riverenza.

Vienna, li 28 Luglio, 1627.

Di Vostra Signoria Ill.ma e R.ma humilissimo, obbligatissimo e devotissimo servitore

C.C., Vescovo d'Aversa.

(f. 62v) Die 28 Augusti 1627. Congr. 80.

79.

Derman, 21. VIII. 1627.

Meletius Smotryckyj Cyrillo Lucaris, Patriarchae Constantinopolitano, circa veritates fidei ac errores haereticorum.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 69 fol. 441-446v (copia).

MUH, vol. I, 34-49.

Beatissime Pater.

Ex quo me a tua Beatitudine per discessum Constantinopoli separaveram, nulla mihi dies extitit, qua infortunium meum non deplorem, quod tot ac tantis meae iam fere decrepitae aetati ac fractae valetudini adversis, laboribus, periculis, nec non miseriarum aerumnis, terra marique toleratis, id assequi non valui, ut illud meum ibi deposuissem gravamen, quo me hic domi oneraveram: ut negocium hoc ibi peregisset,

ob quod unicum eo me contuleram; ut, inquam, conscientiam meam per Tuam Beatitudinem ab eo malo liberassem, cui eam unice mancipaveram. Ibi apud Tuam Beatitudinem, ubi et locus permittebat et occasio ferebat, praesertim cum non alio fine illas ad oras me contuleram, nisi ob id ipsum, ut multarum dubitationum scrupulosis haesitationibus exagitatam animam meam sedasse, et variarum opinionum ambagiosa coniectatione exulceratas cogitationes meas consilio tuo sano, veluti praesentaneo ἀλεξητηρίῳ⁷⁶ sanasse. Quid tandem? Illic nil peregi, et hoc in patriam postquam redii, a malignis invisoribus nil praeter crucem audivi.

Quapropter etsi non corpore, ad te, Pater Beatissime, regredior: regredior per hanc meam epistolam, et una cum ea, ad pedes tuos pro voluntus, reclinare ab iis non sustinebo, quounque commiseratio tua paterna me consolatum ab iis submoverit ac erexerit. Non est mihi alter, ad quem, urgente hac necessitate, configiam. Patria nostra, pro nostra parte, ah doctis viris est destituta: Homo in illa, heu, ne cum candella quidem (ut aiunt) accensa invenitur. Et quamvis omnes simus indocti, doctiores tamen nobis reperiri alicubi nec admittimus, nec nosse volamus. Quamvis quot capita, tot (secundum vetus proverbium) sensus in rebus salutaribus; ὄμονοις tamen gloriari non erubescimus. Cum etenim ex occasione aliqua *decem* nostrum non ex vulgari illa literarum colluvie, sed ἐκ τῶν δοκούντων τι εἰναι convenimus, tot sane eliciuntur de uno ac eodem dogmate diversae, ne dicam contrariae, opiniones. Confudit Dominus meus mentes nostras magis quam ad aedificationem turris Babel gigantium illorum stultorum linguas, atque ea in re, in qua cum aliquis sit stultus cunctis in rebus, stultus non esse non possit. Quae res fortassis, Pater Beatissime, quidnam sit, quod talia inter nos agat. Dicam perniciosa praesumptionem esse istam furiam, quae taliter mentes nostras exagitat, qua nos de propria scientia, cum simus stolidissimi, superbimus. Haec peperit nobis imperitiam, quae plura se scire credit, quam scit. Et ista induxit nobis famem intollerabilem, quae deinceps superinduxit nobis mentium confusionem, qua nunc acriter agitamur. Illam enim, ut dixi, famem patimur, quae debilitat non corpus, (f. 441v) sed animam: verbi Dei patimur famem, eamque talem ac tantam, quae nos in dies ad minorem redigit numerum. Quidam enim nostrum famelici, huc illuc vehementia conscientiae agitati, desciscunt ad

⁷⁶ Textus praesens videtur esse quamdam traductionem in linguam latinam, et proin quedam vocabula difficiliora in lingua originali (graeca) remanserunt, quae etiam nos relinquimus prout stant.

Latinos, quidam ad Unitos, nonnulli ad Calvinistas, plerique et ad Anabaptistas. Ita in dies, in horas minor nostrorum numerus, ut si tibi, Pater Beatissime, nunc facies Ecclesiae Rossiacaे, quam ante aliquot ultra viginti annos vidisti videnda daretur, ἐν (...) δακρυοῶν, o, quantum ab illa suspirasses. Mira enim est eius immutatio ac commiseranda deformatio, quae illi in dies, uti dixi, in horas exitialem minitatur ruinam.

Res enim, quae de die in diem progressum aliquem per accretionem acquirit, vel in uno ac eo statu immobiliter persistit, spem permanendi ac persistendi facit; quae autem in dies, in horas atque momenta decrescit atque minuitur, certum est, brevi fore, ut collabatur, ruat et esse desistat. Et haec talis et tanta ruina perniciesque metuenda est de Ecclesia nostra Rossiaca, quae nec acrescit, nec in eodem statu semper persistit, sed quotidie notabili numero decrescit, in tantum, ut eam, quam nobis de se minatur ruinam, is tantum non cognoscat, qui post solis occasum noctem subsequi ignorat.

Propterea ego hoc consilium inivi, ut ad Beatitudinem Vestram, Patrem et Pastorem nostrum tam difficile iter susciperem. Cum etenim ex cuiusdam relatione constaret mihi, inveniri apud Tuam Beatitudinem scripta beatae memoriae Gennadii Scholarii,⁷⁶ patriarchae Constantino-politani, adversus quinque ad Latinos dissensiones; Meletii Alexandrini⁷⁷ libros 4 de dogmatibus, Tuae Beatitudinis orthodoxae fidei cateschesin: ista tria munitissimum mihi refugium apud Tuam Beatitudinem inventurum me pollicitabantur, cum hoc quarto, quod de omnibus ac singulis iis, quae in scriptis illis continentur, oretenus cum Tua Beatitudine essem collaturus et in omnibus ac singulis a Tua Beatitudine bene instructus ac informatus, ad meos redditurus et eos de omnibus ac singulis, non secus atque de Beatitudinis Tuae ore, instructurus ac informaturus. Quod quam ex animi mei sententia mihi cessit, Beatitudini Tuae, utpote rei huius non nescio, cognoscendum non propono. Opto tamen, ut per adiutum ad Tuam Beatitudinem harum mearum literarum, absenti mihi, id compenset, quod praesenti est denegatum.

Cum una ex parte Beatitudinis Tuae scriptorum ductu, in hanc profundissimam opinionum et dubitationum voraginem inciderim. Etenim quis fuerim, antequam innotuit mihi Beatitudinis Tuae epistola ad manus Archiepiscopi Leopoliensis, beatae memoriae Demetrii Solikovii,

⁷⁶ Gennadius II Scholarios, Patriarcha Constantinopolitanus (1454-1457).

⁷⁷ Meletius, Patriarcha Alexandrinus (1590-1601). Meletius Pigas erat etiam per aliquos annos patriarcha Constantinopolitanus (1597-98).

anno 1601 iannuarii 24 Leopoli relict⁷⁸ (apud quem et mihi cum Tua Beatitudine hospitari semel accidit), testatur scriptum meum, *Lamentum* dictum, Beatitudini Tuae non incognitum, et quis effectus sim, postquam ea mihi in cognitionem devenit, facile Beatitudo Tua conicere potest. Meum enim *Lamentum* passim per omnes (f. 442) paginas, in omnibus fere tractatibus luteranizat, praecipue vero in catechesi, pro colophone ibidem addita. Beatitudinis autem Tuae praedicta epistola Romanae religioni in tantum faciet, ut in omnibus fidei articulis Ecclesiae Orientalis cum Occidentali δύοντας essentialē esse ostendat. In qua Beatitudo Tua, causam adventus sui in hoc Poloniae Regnum expositurus, de evangelicorum moribus ac fidei professione libere talia profatus. Scio probe et sciunt mei patriarchae, haereticorum sive evangelicorum dogmata et actiones semper non solum Ecclesiae Catholicae, Orientalis et Occidentalis perniciem et turbationes excitasse, quod et nunc in Germania, Gallia, Anglia et alibi cernere est, sed etiam morum corruptiōnem notabilem inter christiana nominis regna induxisse. Et paulo post: et licet haeretici Europaei odio Romanae Ecclesiae ac Petrinae Sedis saepius tentarent inire cum Orientalibus concordiam, tamen nunquam recepti fuerunt.

Illi in articulis generalibus tantum, quae illis et nobis, ac iudeis et machometanis sunt communia, ut verbi gratia: unum Deum et Creatorem, mundi gubernatorem, iustum bonorum et malorum retributorem, vitae aeternae datorem et his similia, conveniunt. In praecipuis autem christianaē religionis capitibus dissident; nempe de antiquitate ordinis ecclesiastici, de apostolicis traditionibus, de authoritate Sanctorum Patrum et Doctorum Ecclesiae utriusque, quos aut omnes, aut plerosque eorum reiiciunt; de canone ss. librorum, de observationibus, de iustificationibus, de Liturgia S. sive Missae sacrificio, de ss. reliquiis et veneratione, de Deipara Virgine, de SS.ma Trinitate. Et novas ex suo sensu proprio S. Scripturae interpretationes depromunt. Quae res quanti periculi sit, experientia ipsa loquitur; longissime itaque illi cum absint a nobis, nequaquam coalescere nobiscum possunt. Talia, inquam, Beatitudo Tua in epistola illa de evangelicis profatus, de Orientali et Occidentali Ecclesia haec ibidem subinfert: Inter Orientalem vero et Occidentalem Ecclesiam, qui aliquam disceptationem retinere videntur, indoctrinorum quidem illusio esse videtur, doctiores vero facile eundem aut proximum sensum in dilectione Christi eliciunt. Non detestamur S. Petri Sedem, quin eam debita veneratione et honore prosequimur, primamque

⁷⁸ Cfr. supra, sub nr. 6, de dat. 24.I.1601.

et tamquam matrem agnoscimus. Una ac eadem nobis est fides, unum baptismum, cum Deo Patre, Filio et Spiritu Sancto una natura, una omnipotentia, una divinitas, una spes vocationis, una charitas; communes pro omnibus Christianorum statuum regibus, rectoribus, ducibus, magistratibus orationes et supplicationes; eadem sacramenta, iidem Ordines in Ecclesia minores et maiores sacri, eadem Evangelia, eadem prophethica et apostolica scripta, eadem SS. Ecclesiae orthodoxorum Patrum, Graecorum et Latinorum, authoritas. Quid nobis cum aliis sectis est commune? Imo quosunque una, eosdem et altera haereticos spernendos censuit, habuit, excommunicavit et anathemate percussit (f. 442v). Concilia prima communia habuit utraque vel potius una, ritus utriusque, Ecclesia, ita ut merito in fundamentis doctrinae Christianae non tam controversia aut contrarietas, quam diversitas quaedam nationum, Graecae et Latinae, et peculiaris observatio et usurpatio fuerit; sic, inquam, Beatitudo Tua in epistola illa Evangelicos, quos multoties haereticos nominat, a communione et concordia ὄμονοις Ecclesiae Christi perquam longissime distare professus, Romanos Graecis in fidei dogmatis ὄμονοις esse affirmat et confitetur.⁷⁹

Quod ego de ore Beatitudinis Tuae per epistolam illam audiens (quam et nunc cuilibet postulanti datur facultas et videndi et legendi) quasi modo recenter et praesenter ad nostrates, inter eos etiam ad me prudeuntia verba admisi, recepi, et cohonestavi. Atque hinc *Lamentum* meum revidere aggressus, ac in tantum id Tuae Beatitudinis verbis repugnare inveniens, in quantum repugnant tenebrae luci et mendacium veritati, concludebam apud me, si illa Beatitudinis Tuae epistola mihi innotuisset, antequam ego *Lamentum* meum typis publicari fecisset,⁸⁰ procul dubio aut non publicassem illud, aut consonum praedictae Beatitudinis Tuae epistolae publicassem. Ex quibus dehinc duobus scriptis, epistola vide-licet et *Lamento*, tanquam contrariis, voraginem illam opinionum concepi et conscientiam meam scrupulosis dubitationibus oneravi, ita ut necessum mihi fuit, opportunum tempus quaerere quoque deponendo tanto oneri, et ad Tuam Beatitudinem confugere. Nam cum saepiuscule mihi in memoriam revocarem tum producta illa Beatitudinis Tuae verba, tum haec alia, quae ibidem Beatitudo Tua ex persona sua loquitur, quod ad me attinet, ego obediens Regiae Maiestatis admonitioni, ex hoc re-

⁷⁹ Cfr. textum in epist. an. 1601 (supra nr. 6).

⁸⁰ *Lamentum Ecclesiae Orientalis...* editum fuit an. 1610, Vilnae in Lithuania, et statim in toto Regno Poloniae, Lithuaniae et Russiae diffusum, antequam a Rege Sigismundo III prohibitum et destructum fuit, qua occasione etiam editores multa passi sunt.

gno discedo et ad meos regredior.⁸¹ Ita plane profiteor, me nihil his in locis nec agere, nec conari voluisse, quam ut inter eos, qui unitatem cupiunt ac profitentur, atque illos, qui in ea non sunt et pie se facere credunt et summa illa capita sua respicientes, nec inter se ipsos conveniunt et potius haereticis erroribus consentiunt, pax aliqua et συμφωνία institui potuisset. Illa, inquam, prima et haec secunda Beatitudinis Tuae verba in memoriam mihi revocans, distrahebar ac pene rumpebar imis cogitationum mearum visceribus et paccari nullo modo valui, antequam ex ore Beatitudinis Tuae de omnibus iis informarer, et ex scriptis praenominatorum patriarcharum Gennadii et Meletii, nec non Tuae Beatitudinis, placarer. Cum itaque Deo propicio Constantinopolim optato pervenissem, adventus mei causas exposuissem et a Tua Beatitudine certior factus fuisse, scripta Gennadii alia non extare, praeter tractatum de processione Spiritus Sancti adversus Latinos, eumque bene iam per posteros excussum. Meletii quoque de dogmatibus libros quatuor, iussu eiusdem iamiam agonizantis (f. 443) a Tua Beatitudine esse combustos, contristatus vehementer, Tuae Beatitudinis lucubrationes aliquae in ea materia num extarent, quaesivi, et porrecta mihi fuit a Tua Beatitudine ad legendum ad modum dialogi in symbolum Nicaeno Constantinopolitanum conscripta exegesis catechetica. Quam ego fervidus sedulo dum legerem, praeter spem meam res oppositas ac contrarias in ea inveni, rebus in illa praenominata epistola notatis. In epistola enim illa Beatitude Tua de Orientali et Occidentali Ecclesia sic loquitur: Una ac eadem nobis est fides, eadem sacramenta. Ast in ea catechesi Novi Testamenti Sacraamenta duo tantum statuit; orationes, elemosinas, et alia pia vivorum suffragia mortuis nil prodesse dicit et tollit. Iudicium particulare non agnoscit. Purgatorium φθορᾶς ἡμῶν αὐτῶν esse dicit, cum alias in responsis ad interrogations cuiusdam nostratum, ex meo *Lamento* de promptas et Beatitudini Tuae ante aliquot annos una cum eo transmissas, in responsione ad punctum quartum, quod est tale: Peccata purgari gratia et gratis, absque meritis, sic Beatitudo Tua respondit: Bene est notatum in schedula, quod sapiat luteranismum. Magna est Dei erga homines misericordia, at vae iis, qui sine operibus se putant salvari posse. Ne ulterius me occupem. Plena est scriptura pro veritate nostra, plena Patrum scripta. Quod si ad destruendum purgatorium Romanum conatus forsitan fuit orthologus⁸² illud asserere non laudatur. Nam non de-

⁸¹ Cfr. epistolam Cyrilli de anno 1601 (nr. 6), ubi haec declaratio invenitur.

⁸² *Lamentum seu Threnos* Meletii Smotryckyj editum fuit sub ficto nomine Theophilii Orthologi, quasi ageretur de versione ex lingua graeca in polonam et dein etiam ruthenam, ut maiores sibi acquireret auctoritatem,

bemus conscientiam nostram offendere, ut una adversarios nostros offendamus. Ecclesia nostra non cum Lutherò credit in hoc articulo, sed cum Romanis convenit, salvo igne materiali purgatorii. Ista sunt Beatitudinis Tuae. Cui notum est ignem materialem in purgatorio statuere, et iam ipsis Romanis non esse de fide. Anno praeterea et alia duo, a Beatitudine Tua ibidem Constantinopoli ad me prolata. Primum, Beatitudinem Tuam conari velle omnibus modis, ut deseratur et ex Ecclesia Orientali eliminetur auricularis illa confessio ac specialis singulorum peccatorum enumeratio. Alterum, dissensionem de Spiritus Sancti processione inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam esse talem, quae facillimo negotio conciliari potest.

Illa itaque in epistola, et haec in catechesi expressa, cum ore tenus ad me prolati, dum mihi in mentem revocabam et diligenter mecum considerabam, angebar animo vehementi, leviter tamen, cum essent res magni momenti, me in colloquium de iis cum Tua Beatitudine ingerere non sum ausus. Videbam enim Beatitudinem Tuam maximis sub id tempus difficultatibus ac molestiis fuisse occupatam. Et dum sine ullo profectu tempus frusta nobis tereretur, consilio Beatitudinis Tuae navem ascendi et in Palaestinam, Deo auxiliante, rebus illis ad conferendum post redditum sepositis, transnavigavi. Verum cum Dominus Deus redditum meum (f. 443v) sub funestissimam Constantinopoli grassantem pestem incidere permisisset, de rebus illis gravissimis ac summe necessariis cum Tua Beatitudine nec tum conferre potui. Et sic re infecta, bis terve, tanquam per transennam, Beatitudinem Tuam conspicatus et allocutus, discessi. Quapropter frequentiori adhuc multitudine dubitationum divexus et varietate opinionum multipliciori illaqueatus, post discessum Constantinopoli, factus, quam essem iisdem ante adventum intricatus, et hic domi eas solvere ac extricare, animumque meum perturbatum in tranquillum restituere non valens, iterum me ad Tuam Beatitudinem per hanc meam epistolam confero et obnixe rogo, ut me ex hoc intricatissimo labyrintho salutari suo consilio educere velit ac instruere, quid de iis fidei articulis, quorum Beatitudo Tua in epistola illa mentionem facit, sentiam ac doceam; veluti de arbitrio, servumne id sit an liberum. De peccato originali et actuali, de gratia, de fide, de iustificationibus, de iusticia operum, de providentia, de praescientia, de praedestinatione, de Ecclesia, de sacramentis, de Scriptura, de traditionibus, de statu hinc exeuntium animarum: Trydentinae ne Synodi definitio in his dogmatibus est mihi sequenda, an vero istius sectae opinio, contra quam illa fuit celebrata. Quod a Tua Beatitudine cognoscere cupio, non ex levi profecto causa. Cum enim ante aliquot annos considerassem, et in hac tali rerum ecclesiasticarum constitutione, praeter omnes reliquas

christianas sectas, quotquot in hoc regno reperiuntur, solam nostram Rossiacam Orientalis obedientiae Ecclesiam ad κατηχήσεως modum disposita ac conscripta fidei confessione carere animadvertissem, ideo (quamvis rem istam vires meas excedere cognoscerem) et me ad id negocium obeundum minus idoneum viderem, nihilominus rei necessitate adactus et ei, qui caecos illuminat et dat sapientiam adolescentulis, confusus, pro modulo meo tentare non dissimulavi et Rossiaco nostro idiomate *Catechesin*, Deo adiuvante, conscripsi; quam et cum Constantinopoli essem, ad manus habui. Verum quoniam non unius diei legendi illam laborem esse neverim, Beatitudini Tuae eam non praesentavi, sed opportunum tempus et cum hac expectandum censui, quo eam legere et iudicare Beatitudini Tuae per ecclesiasticas occupationes liceret. Quod tamen ob praedictas causas consequutus non sum. Nunc vero, cum ab iis, quibus hic meus labor innotuit, tum etiam a memetipso instigante, erroribus, ne dicam haeresibus, scatente *Lamento*, quotidiam instantiam pro edenda ac typis mandanda illa catechesi patiens, ad Tuam Beatitudinem configio et certior ab eo fieri cupio, in supra positis ex Beatitudinis Tuae epistola notatis fidei articulis, cum Romanis, an cum Evangelicis nobis est concordia et ὁμόνοια vel etiam tertium aliiquid medium nos tenemus et confitemur. Praeterea, dogmata illa quae hoc diuturnum inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam schisma peperisse creduntur, sint ne tanti momenti, ut sustinere id, promovere ac stabilire valeant, videlicet processio Spiritus Sancti et ex Filio, purgatorium, panis azythus, animarum beatarum perfecta beatitudo et Communio sub alterutra specie.

Nam primum horum controversorum dogmatum esse conciliabile equidem, ut annotavi, ex ore Beatitudinis Tuae audivi.

(f. 444) Secundum idem nobis et Romanis esse, salvo igne materiali purgatorii, ex praenotatis Beatitudinis Tuae responsis audio.

Tertium, ex testamento Petri patriarchae Antiocheni in epistola ad Michaelem Cerularium patriarcham Constantinopolitanum esse illis in usu ex consuetudine vetustissima.

Quartum nostris quotidianis ecclesiasticis himnis omnimode consonum.

Quintum, nostris iam temporibus, in dissensionem receptum, non sine ἀλληλεγγίᾳ, ut fatetur in epistola sua ad Hipatium Pociey, Episcopum Vlodimirensem, Meletius. His sic se habentibus, docendus a Tua Beatitudine exopto, num non uno ac eodem modo omnia ista quinque praedicta controversa dogmata sint conciliabilia? Et sic diversitatem tantum inter nos et Romanos, ratione istorum controversorum dogmatum esse, et non contrarietatem, quod idem ipsum et Beatitudo Tua in praedicta epistola ultro fateri agnoscitur, ubi dicit in fundamentis doctrinae

christianae non tam controversiam, aut contrarietatem esse, quam diversitatem quandam nationum Graecae et Latinae et peculiarem observationem et usurpationem.⁸³ Quod cum ita se ex sententia Beatitudinis Tuae habeat, cavendum duco esse sane nobis, ne duce imperitia devii a vero tramite facti, in has a Tua Beatitudine annotatas ignominiae notas incidamus.

Primum, ubi dicis, quod dogmata illa, quae inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam aliquam disceptationem retinere videntur, indoctorum quidem illusio esse videtur, doctiores vero facile eundem aut proximum sensum in dilectione Christi eliciunt.⁸⁴ Alterum, ubi ex persona tua sic loqueris: Profiteor me nihil his in locis nec agere, nec conari voluisse, quam ut inter eos qui unitatem cupiunt ac profitentur, atque illos, qui in ea non sunt et pie se facere credunt, et summa illa capita sua respicientes, nec inter seipso convenient et potius haereticis erroribus consentiunt, pax aliqua et συμφωνία institui potuisset⁸⁴. Cavendum itaque duco esse nobis diligenter, ne duas istas probrosas ignominiae notas, a Beatitudine Tua pro nobis annotatas incurramus. Pati enim illusionem et pie se facere credere, uti in hoc contextu sonat, est illudi atque errare, seu falli. Ne itaque nos protervia ac pervicacia nostra aduersus inita a quibusdam nostratum et feliciter in dies, cum maximo nostrorum detrimento, perfectam agentem unionem, renitentia, refragatione, ac resistentia, insciciae ac imperitiae erroris et fallacie, tum etiam apud ipsam Beatitudinem Tuam notam incurramus, quamvis paucissimis verbis annotare nobis per epistolam non dedigneris, quid nobis teneendum ac sequendum, quidve aspernandum ac fugiendum. Non equidem unicus, sed omnes fere nostri Rossi in iis salutaribus rebus peregrini sumus. Velit Tua Beatitudo rei difficultatem et loci distantiam considerare et nostras dignissimas petitiones revereri, idque contemplari, quod non cuique nostrum datur facultas ad Tuam Beatitudinem vel cundi, vel scribendi, vel scripta transmittendi.

Omnibus nobis difficillimum est, plerisque etiam impossibile. Testetur ac declareret nobis Beatitudo Tua paternum suum in nos amorem et opem nobis ferat, haud tardantem, res enim illa agitur, quae vix iam aliquam pati moram potest. Efficiat nos concordes nobismetipsis et sibi in fidei dogmatibus, ex quibus omnium nostrorum salus pendet, (f. 444v) ne in tam ardua re alios praeter Tuam Beatitudinem magistros quaeramus. Transmittat nobis suas lucubrationes catecheticas et porrigit per

⁸³ Cfr. sub nr. 6, supra.

⁸⁴ Haec declaratio invenitur in textu supra dictae epistolae an. 1601 (cfr. 6).

eas, una cum epistolari consilio, de singulis quae sitis concordem omnibus nobis sensum, ut omnes uno ore confiteamur id ad salutem, quod corde tenemur credere ad iusticiam. Nolit Beatitudo Tua hanc meam postulationem iustissimam levi pendere, suppeditans apud se unicum me esse, qui talia ad Tuam Beatitudinem perscribo. Unus equidem sum, sed talis unus, cuius archiepiscopal is eparchia Christi gratia sic abundans est christianis, ut eorum numerus iniri non possit. Multi etiam sunt aliarum episcopalium dioecesum spirituales et saeculares viri clarissimi, qui me respiciunt et de meo ore fidem suam quaerant, qui me duce et interire possunt et salvari. Non mentiar sane, si id etiam de me apud Tuam presertim Beatitudinem dixero: universam fere Ecclesiam Rossiacam in me pro hac nostra miserrima tempestate vultum et os convertisse et veluti de divino quodam oraculo sententiam pro sua salute expectare. Dico hoc, absit ut glorier, multo minus ut superbiam, sed vetus illud innuens proverbium: inter caecos etiam monoculus rex. Quapropter, si me huius voti ac petitionis compotem Beatitudo Tua facere neglexerit et a facie sua paterna expulsum, despiciat ui exponendum duxerit, quod equidem ne utique expecto, et ne faciat id obsecro. Deum ter Optimum Maximum, rerum et cordium nostrorum scrutatorem fidelissimum, testatus, hoc aggredi cogar, quod mihi honestum et animae meae salutare, Christi Domini mei et Dei ductu, qui mortem peccatoris non vult et erranti largitur conversionem, perspexero ac iudicavero. Expecto itaque a Tua Beatitudine paternam consolationem.

Et cum iam sane finem epistolae huic meae imponerem, venit mihi in mentem, vix aliquando talem sese mihi occasionem scribendi et transmittendi ad Tuam Beatitudinem oblaturam, qualis est nunc, ideo venia tantae prolixitati apud Tuam Beatitudinem expostulata, addendum adhuc ad praemissa conscientiae meae quasdam tineolas iustum iudicavi, quae sub tempore praesentiae meae in illis Orientis partibus in animam meam incidere, quae non sine molestissima quotidiana vexatione, et nunc arrodent et excruciant. Hae sunt quatuor, quarum prima: combustio librorum de fidei dogmatibus piae memoriae Meletii, Alexandrini patriarchae. Secunda, combustio scriptorum metropolitae Μυρούλων Matthei. Tertia, confessio piae memoriae Gabrielis Μυρούλων, Archiepiscopi Philadelphiensis, facta in agone mortis, coram monacho latino. Quarta φῶς illud Magni Sabbati Hierosolimis, ad sepulchrum Salvatoris. Istae inquam quatuor illae tineolas sunt, quae primo intuitu minutissimae videntur, sed bene consideratae magnae sunt et mordacissimae; quas ego una cum aliis conscientiae meae scrupulis, coram Tua Beatitudine exporrigo et sano Beatitudinis Tuae consilio ex anima mea tollendas propono. Dum etenim duas illas primas mecum considero, illico sub ocu-

los mihi obrepit hoc Ovidianum: Conscia mens, ut cuique sua est, ita concipit intra Pectora pro fato speque metuque suo. Suggerit enim mihi ipsa mea conscientia et probabiliter, imo vero demonstrative ostendit, utramque istam librorum combustionem una eadem causa, uno eodemque fine factam esse. Causa ipso Deo, qui non vult mortem peccatoris sine misericordia eius, quae est infinita et omnium horum delicta superat. Audivi hoc primum Constantinoli, praesentibus multis honestissimis metropolitanis, ex ore metropolitae Sozopolitani, viri pientissimi Domini Theodosii, (f. 445) Beatitudini Tuae optime noti, discipuli olim illius Μυροφών. Idem deinde audivi ex ore SS.mi patriarchae Hierosolimitani Domini Theophanis, Hierosolimis, cui id in Moldavia, cum eo ex nostris oris devenerat, ille ipse Μυροφών oretenus exposuit, quam ob causam ipse sua scripta combusserit, in quibus religioni et Ecclesiae Romanae ratione quinque controversorum inter Graecos et Latinos dogmatum usque ad nauseam fuit molestissimus et iniquissimus. Cui tempore pomeridiano vigilanti an dormienti (quod ne ipse quidem compererat) praesentem sese exhibuit beatus apostolus Petrus, ter his eum verbis, prima et secunda apparitionis suae vice, compellans: Mathae Frater, quid id tibi tale promeruit mea sedes, quod in eam sic ignominiose inveharis? Moneo te, desine. His dictis, disparuit. Tertia autem vice comparrens, illis suis primis verbis addidit etiam haec: Nisi coeptis desieris, ad tremendum te illud ἀπροσωπόληγπτον iudicis tribunal cito, coram quo rationem temeritatis istius redditurum te obstringo. Qua visione perterritus ille Μυροφών praesens sibi factus, illico domesticos suos convocavit, ternam illam visionem iis exposuit, labori suo nefando, isto opere collato, ob quod horrendum iudicium die extremo latus esset, valedixit, statimque rogulo succenso, omnia quotquot habuit scripta sua, tota familia sua praesente, combussit. Hoc factum mihi narratum peperit in anima mea tineolam mordacissimam, qua instigatrice simul ac iudice id apud me decretum est: Non alia de causa, nec alio fine, etiam piae memoriae Meletium suos quatuor de dogmatibus libros comburere iussisse. Qui qualis in iis scriptis in Romanam religionem ac ipsum Papam fuerit, facile est colligere ex epistola, quam scripsit ad Hipatium Pociey, Episcopum tum Wladimirensem, anno creati mundi 7108. Cum etenim vir ille sapientissimus conscientiam, Deum sibi in hoc negocio sensisset, maluit forsan, divina sic eum instigante gratia, istis suis laboriosis lucubrationibus ignem temporalem aluisse, quam ut titio perennis illius ignis ipse fieret, seque eum perpetuis aeternitatibus aleret.

Confessio coram latino monacho a pientissimo illo Philadelphensi praesule agonizante facta, instar tineae, in conscientia mea consedit, ideo quod a fide dignis viris Hierosolimis et Constantinoli audivi, sanc-

tum illum virum corpus suum fecisse honorabile λείψανον. Cum tamen a nostris nunquam, ne dicam in mortis periculo latini confessarii admittantur, utpote qui solvendi, ligandive potestatem non habere credantur, τοαχον (?) denique φῶς tinea conscientiae meae quarta, qua occasione cor meum incessit, Beatitudinem Tuam credo bene meminisse. Cum equidem Beatitudinem Tuam interrogassem, quid esset causae, quod piae memoriae Meletius, scribens adversus noviter correctum Kalendarium Romanum, multa congescit miracula, quae iam hoc tempore amplius non fiunt, et hoc tam celebre quotanne miraculum silentio praeteriit, quod productum unicum ad comprobandum vetus Calendarium, novo melius ac verius esse sufficeret. Ad quod mihi Beatitudo Tua, praesentibus viris patriarchalis aulae Tuae dignissimis, respondit: si nos id unicum hoc tempore in Ecclesia nostra miraculum haberemus, omnes fere Turcae iampridem sese in album christianorum inscripsissent et Christi Domini militiae nomen suum dedissent; de quo lumine clarus aliquid ex SS.mo patriarcha (f. 445v) Hierosolimitano Domino Theophane cognovi, qui de igne illo primus accipit et distribuit. Vermiculus itaque in conscientia mea, et hic ignis consedit ob hanc causam, quod nostri orthodoxi ea in re, quae olim fortassis coelesti quodam adminiculo fieri solebat, modo vero hominum haereticorum scelesti fraude fieri solita, malint assentiri, quam Romanis, qui ob evidentis mali doli suspicionem ignem illum non admittunt. Hae itaque sunt illae conscientiam meam arrodentes tineolae, quae in partibus, uti dixi orientalibus, animam meam ex diversis causis occuparunt, quas illis opinionum et dubitationum scrupulis ad Beatitudinem Tuam transmittendis adiungendas iudicavi, ideo quia duae illae priores, quasi humana voce, diu noctuque in haec verba ad me clamitare videntur: Tu, Meleti, exemplo illius M. Meletii tua scripta, quae eorundem controversorum fidei dogmatum ratione adversus Ecclesiam, Pontificem et religionem Romanam conscripseras et in lucem typis edideras, igni consecra, si in agone vitae tuae pacatam ac placabilem animae a corpore separationem contingere tibi optas, et post exitum hinc caelestia tabernacula pertingere cupis, vitamque illam aeternam cum Domino Deo et Salvatore tuo Iesu Christo inhabitare desideras. Nemo etenim unquam ex Rossis Ecclesiam, Pontificem et religionem Romanam in tantum, atque tu, laccessivit, in tantum iniurius illis fuit, in tantum in omnes Pontificios est debacchatus. Talem mihi primae illae duae tineolae in auribus meis tinnitum excitare et incessanter personare exaudiuntur, et sunt profecto mihi lapis ille molaris, collo meo appendens, qui me submergendum in profundum etiam invitum trahat, tanto urgentius, quanto ego in hac causa gessi me aliis insolentius. Neque sum in hoc adversus Romanam Ecclesiam ausu praedictis duabus viris,

qui scripta sua combussere, aequandus. Illi enim venenatos suos foetus, antequam in lucem prodirent et aliquem scandalizarent, in lumbis adhuc suppresserunt et suffocarunt, meus vero infelix partus et in lucem prodidit, et sine dubio multos scandalizavit. Quare duplice igne comburrendus esse promeruit. Altero, qui eum de medio tollat et in favillam redigat, altero, qui eum coram omnibus, quorumcumque notitiae sese ingessit, spurium et non genuinum Orientalis Christi Ecclesiae partum proclamet, contestetur et condemnet.

Quem utrumque illico, Deo auxiliante, est subiturus, quamprimum Beatitudinis Tuae iudicii decretum in eum prolatum ad me fuerit perlatum: Quale Beatitudinis Tuae decretum, antehac, passa sunt scripta Stephani Zizanii, qui inter alia haeretica παντά (?) et Christum Dominum Mediatoris dignitate spoliavit et animas sanctorum hominum de coelo deturbavit. Tale, procul dubio, pridem iam passa fuissent et scripta Christophori Philaleti ἀπόκρισις nuncupata,⁸⁵ si Beatitudini Tuae innocentissent. Qui cum ex haereticis mercede a nostratis conductus, Ecclesiae Orientalis contra Latinos defensorem se fecit, audacter ac impudenter in errores et haereses Orientali Ecclesiae exitiosos et exosos impegit. Transubstantiationem enim ridet, sacerdotium spirituale cum sacerdotio mystico confundit, et hoc secundum non agnoscit: Moysen sacerdotem fuisse negat. Homines saeculares (*habere*) potestatem suffragii decisivi de fide docet. Potestatem electionis ad spirituale officium laicis iure divino competere asserit. Episcopos presbiteris non iure divino, sed consuetudine humana, maiores esse dicit. Dissimulat duplices datas esse claves Apostolis a Christo Domino, videlicet ordinis et iurisdictionis (f. 446). Negat omnes Christi oves commissas fuisse Petro a Christo Domino tum, cum hoc audiret: Pasce oves meas. Appellationes in negotiis spiritualibus ab episcopis ad imperatores pertinere affirmat, et sexcenta similia. Passus sane fuisse non dissimile decretum et anonymous Clericus Ostrogatarius,⁸⁶ qui in scriptis suis plenior est anabaptisticis blasphemias in Christum Dei Filium et mendaciis de Synodo illa Florentina, qua in

⁸⁵ Christophorus Philaetus scripsit et edidit an. 1597 librum polemicum contra operam Petri Skarga — «*Apokrisis seu Responsio*», in lingua polonica, Vilnae; anno 1599 habetur eius versio ucrainica. Agitur de nomine fictitio Martini Bronskyj, secretarii Regis et auctore libri *Descriptio Tartariae*; fuit assecla protestantismi, etsi sese saepius «orthodoxum» declarabat.

⁸⁶ Clericus s.d. Ostrogiensis scripsit contra catholicos et defensores Unionis Berestensis, iussu principis Constantini Ostrožskyj; hic scripsit «*Responsum ad scriptum*» et «*Historia de listrico Concilio Florentino*»; cfr. opus A. MYCHALSKYJ, *Liber «de Fide» Pseudo-Nathanaelis*, pars I, cap. 2, Romae 1967.

re seria et veritate. Non effugeret idem Tuae Beatitudinis decretum et alius quidam scriptor, qui in libello suo, *Antigrapho* intitulato,⁸⁷ post alia sibi invicem dissona professionem processionis Spiritus Sancti et ex Filio haeresim vocat, Philalethi et praedicti Clerici scripta laudat et pro orthodoxis scriptoribus eos agnoscit. Omnes, inquam, isti et his similes gentis nostrae scriptores Beatitudinis Tuae, prout quisque illorum meruit, contra se passi fuissent decretum, si, uti dixi, scripta illorum Beatitudini Tuae innotuissent. Ego vero, qui una cum meis scriptis Beatitudini Tuae pridem innotueram, iam passus sum ex parte, praestolor, ut patiar ex toto. Omnia enim mea scripta, fateor ingenue, foedissimus est Lutherus: qui animam meam vehementissimis tormentis excruciat, quod per me in suis haereticis opinionibus, ab inferis revocatus, in lucem prodierit.

Quapropter iterum atque iterum ad pedes tuos, Beatissime Pater, me prosterno, et humillime iterum atque iterum Tuam Beatitudinem oro atque obsecro, rationem mei, pueri tui, nec non universae gentis nostrae Rossiacaे, partis Ecclesiae Christi haud exiguae, tuo imperio ecclesiastico subiacentis, habere non dedigneris, quae plagendae ruinae (*iamiam*) proxima, veluti impendentis sibi mali praesagia sollicite ab imis praecordiis ad te suspirat, et a te opem implorat, quem novit esse tanti, ut possit ei ruenti dexteram porrigeret et instar fortissimae basis subvenire. In quem nos unicum omnes ora atque oculos nostros habemus conversos, quem, post Deum, in manu sua habere videmus permittere nos cadere et concedere nobis stare. Cadere, si nullam nostri rationem habere volueris, stare, si curam nostri pastoralem egeris. Et cum dico, cadere, non aliud intelligo, quam nos Rossos ex obedientia tua etiam invitatos casuros. En quid fecit magnus dux Moscoviae, qui cum omnibus sibi subditis hominibus regimini praesulum Sedis Constantinopolitanae ab ipsis fidei christianaе apud illos incunabulis subiacebat, ut neminem amplius nec saecularem nec spiritualem permittat recursum habere ad eam Sedem in rebus spiritualibus, et omnes praesules episcopos, archiepiscopos et metropolitas, totamque Moschoviticam Ecclesiam ab obedientia Constantinopoli patriarchae subtraxit, et sic se cum ea gessit, prout ei in suo proprio dominio libuit. Regem Poloniae, ne idem in Regno suo faciat, quis impediet? Praesertim posita ante oculos metuenda huic regno istius κοιράνου inimicicia, cuius tyrannide oppressa Graecia squallet.

Digneris itaque, Pater Beatissime, ea quae refero considerare apud

⁸⁷ Librum «*Antigrapho*» quidam auctores adscribunt Meletio Smotryckyj (an. 1608); cfr. opus A. MYCHALSKYJ, *op. cit.*, cap. 3, pag. 49-55.

te sedulo. Deus, coram quo ista loquor, spiritui meo testis, quod loqui me ista singularis mea in Tuam Beatitudinem observantia et in gentem meam innatus amor extorquet. Quae sane si bene memini, et praesens Beatitudini Tuae exposui Constantinopoli et conclusi brevi fore, ut Beatitudo Tua obedientia nostra gaudere desistat, si hac in re curam nostri diligentissimam ac sedulam non egerit. Ob causam hanc praecipuam, quod praestantior gentis nostrae nobilitas, alii Romanis, alii vero Unitis sese adiungunt et incorporant, nobiscum autem remanent paucissimi, atque ita ut parentes nobilium filii autem eorum et filiae cum Romanis vel Unitis. Quali rerum nostrarum decursu necessario ad eam, quam dixi ruinam, Ecclesiam nostram esse deventuram. Ad quam, ne deve-niat, tuum est, Pater Beatissime, procurare et occurrere. Et occurses profecto facile ac feliciter, si volueris eo ipso S.mo nostro, quo utendo ante annos a duobus primis patriarchis Constantinopolitano et Alexandrino legati officio functus, in hoc regnum fuisti transmissus, veluti ipse in praedicta (f. 446v) epistola testaris, ubi expresse dicis et plane pro-fiteris, te nihil his in locis nec agere nec conari voluisse, quam ut inter eos qui unitatem cupiunt ac profitentur, atque illos qui in ea non sunt et pie se facere credunt, et summa illa capita sua respicientes, nec inter se ipsos conveniunt, et potius haereticis erroribus consentiunt, pax ali-qua et συμφωνία institui potuisset.

Tu itaque, Beatissime Pater, es nunc nobis summum illud caput, quod nos respicientes in unione non sumus et pie nos id facere credimus: quare et inter nos non convenimus, et haereticis erroribus consentimus. Velis itaque, Pater Beatissime, non amplius ut legatus, sed iam ut sum-mum caput, summus noster pastor, agere et pro viribus conari, ut in Regno hoc nostro inter eos, qui Unionem profitentur, atque illos qui in ea non sunt, pacem et συμφωνίαν instituas, ut imposterum nobiscum convenia-mus, erroribus autem haereticis non consentiamus. Potes enim, Pater Beatissime, nobis, genti per Dei gratiam adhuc liberae, imperium regis christiani agnoscenti συμφωνίαν illam, felicissime facere, et per hanc non modo ab impedimentis illius ruinae periculo eam facilime liberare, verum restitues illam in pristinam libertatem, aperies nobilitati ianuam ad offi-cia terrestria et senatorias dignitates, civibus aditum ad gerendos magi-stratus civicos recludes, scholas nobis aedificabis, ecclesias ornabis, mo-nasteria restaurabis, sacerdotes a tributo liberabis, Polonis, Lituanis et Rossis fraternali amorem conciliabis, toti denique miserae ob hanc solam causam oppressae genti Rossiae diuturnas lachrymas ab oculis abster-ges, pace illa coelesti adhuc in terra frui illam facies, et alia innumerabilia ei bona secundum Deum conferes. Ipse in perpetua tui memoria hoc tibi ascriptum referes, quod pacis Ecclesiae Christi qui es illi in hoc



MELETIUS M. SMOTRYCKYJ, AEP. (POLOCEN.) HIEROPOLITAN.
(1620-1633)

clarissimo Poloniae regno restitutor et pene iam amissae libertatis gentis Rossiaca restaurator audies. Caelum et terram gaudere facies et nomen tuum apud posteros in aeternum venerabile relinques. Dei enim opus perficies, si chaos illud schismatis maledicti charitate cooperueris, et uno ore et uno corde glorificare Dominum Deum omnibus nobis Rossis, Lechis⁸⁸ et Lituanis dederis. Hoc enim et (*tibi, Pater Beatissime, ut sapien*)tissimo prudenter considerandum, impossibile plane iam apud homines esse, ut gens nostra Rossiaca, unionem (*vitare ac dec*)linare possit. Quae cum sit ei brevi etiam invite recipienda, eligendum est libere ne satius id ei faciendum est, an libertate externa. Et utrum horum duorum tulerit, tibi authori ascribet. Dico id, et dico fideliter, quod iam plerumque et oculis videmus, et manibus palpamus. Praestet itaque id quod optamus, per te nobis, Pater Beatissime, Deus omnipotens in diebus nostris, et tibi ad obeundam hanc salutiferam provinciam et animum concedat, et vires largiatur. Interim me et submissa obsequia mea, cum humillima mea pedum Beatitudinis Tuae deosculatione, paternae tuae gratiae et pastorali benedictioni commando.

Datum in monasterio Dermanensi, anno 1627, die 21 Augusti.⁸⁹

80.

(21. VIII. 1627).

Compendium litterarum Meletii Smotryckyj, Ep. Rutheni (vid. nr. antecedentem).

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 69 fol. 433-435; et fol. 437-8.
MUH, vol. I, pag. 49-53.

Puncta literarum Meletii, Episcopi Rutheni schismatici, ad Cyrilum patriarcham Constantinopolitanum.

Deplorat infortunium suum quod terra marique iactatus eundo Constantinopolim non est assecutus illud, pro quo se illuc contulerat: ut scilicet multarum dubitationum scrupulosis haesitationibus exagitatam conscientiam sedaret; et ideo quod praesens non potuit, absens obtinere desiderat per literas.

Desribit statum miserabilem Ecclesiae Ruthenae schismaticae iam iamque ruinam minitantis, utpote viris doctis destitutae, confusione

⁸⁸ Dictio magis popularis ad designandos polonos; in lingua turcica totum regnum Poloniae vocabatur «Lechistan».

⁸⁹ Epistola haec scripta fuit, ut mentem protestanticam Patriarchae Cyrilli Lukaris exquireret; sed auctor nullum reponsum obtinuit.

opinionum ac diversitate dogmatum circa res fidei laborantis. Causam reddit: Praesumptionem qua se plus scire credunt quam de facto sciunt, et omnibus se esse prudentiores putant, aliis interim deflectentibus ad Unionem aliis ad Calvinismum et alias diversas sectas, cui rei petit remedium.

Reddit causas cur Constantinopolim ante duos annos suscepereat iter. Prima fuit: ut apud illum libros Gennadii Scholarii, patriarchae Hierosolimitani adversus s. ad Latinos dissensiones inveniret. Secunda, ut Meletii Alexandrini libros quatuor legeret et ex dubitationum scopolis sese liberaret. Tertia, ut ipsiusmet Cyrilli orthodoxae fidei catechesim videret, cum hoc quarto, ut de contentis in illis libris oretenus cum illo ageret.

Narrat quod epistolae illius ductu, quam anno 1601 commorando in Russia scripsit, incidit in dubitationum voraginem, utpote contrariae doctrinae suae. Citat textum epistolae illius qui talis est: Scio probe, et sciunt patriarchae mei dogmata Evangelicorum non solum Ecclesiae Orientali et Occidentali perturbationes excitasse, ut nunc patet in Germania, Gallia, Anglia, et verum etiam morum corruptionem attulisse longissimeque a dogmatibus Ecclesiae Orientalis (f. 433v) abesse; at vero Ecclesiae Occidentalis cum Orientali una est fides, unum baptismum, eadem Sacra menta, iidem Ordines minores et maiores, eadem Patrum Graecorum et Latinorum confessio, eadem authoritas, et si quae controversia in fundamentis doctrinae inter utramque Ecclesiam invenitur, potius diversitas ritus et nationum Graecae et Latinae quam contrarietas est appellanda.

Dolet quod haec confessio Cyrilli sibi non innotuisset priusquam *Lamentum* suum (librum sic dictum) in lucem edidisset, et Lutherum ab inferis evocasset, cuius haereses in dicto libro tot posuit, quot ipsa verba.

Commemorat catechesim in symbolum Nicaenum, quam illi legendam Constantinopoli Cyrus exhibuerat, et miratur vehementer, quod in illa res contrarias invenit illi epistolae quam in Russia scripsit, in qua epistola Cyrus dicit unam esse utriusque Ecclesiae Graecae et Latinae fidem, unum baptismum, eadem sacramenta, in illa vero catechesi non agnoscit nisi duo novae legis Sacra menta. Orationes, eleemosinas, et alia pia vivorum et mortuorum suffragia nihil valere dicit, iudicium particolare non agnoscit, purgatorium fabulas esse dicit, quod prius sapere lutheranismum in *Lamento* ipsius notavit.

Commemorat verba Cyrilli ad se Constantinopoli prolati: Primum, se omnibus modis velle conari, ut eliminetur ex Ecclesia Orientali confessio auricularis et specialis peccatorum enumeratio. Alterum, ut dis-

sensio inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam de processione Spiritus Sancti concilietur.

In hac Cyrilli diversitate opinionum circa eosdem fidei articulos petit Meletius quamnam sententiam in catechismo suo, quem in Russia imprimere vult, sequi deberet; et praesertim quidnam illi sentiendum sit de libero arbitrio, deturne vel non, de peccato originali et actuali, de gratia, de fide, de iustificatione, de iustitia operum, de providentia, de praescientia, de Ecclesia, de Sacramentis, de Scriptura, de traditionibus, de statu hinc exeuntium animarum; et utrum (f. 434) in his dogmatibus sequenda illi esset Tridentinae synodi definitio, an vero illius sectae opinio, contra quam fuit celebrata Synodus.

Petit a Cyrillo, utrum dogmata quae diuturnum schisma inter utramque Ecclesiam Graecam et Latinam peperisse creduntur sint tanti momenti, ut illa sustinere ac stabilire valeat, videlicet processio Spiritus Sancti ex Filio, purgatorium, panis azimus et fermentatus, animarum perfecta beatitudo et communio sub alterutra specie.

Primum horum dogmatum dicit esse conciliabile ex ore ipsiusmet Cyrilli.

2. Dicit idem esse Graecis et Latinis ex ore ipsiusmet, excepto igne materiali.

3. Ex testamento Petri patriarchae Antiocheni ad Michaelem Cerularium.

4. Quotidianis ecclesiasticis hymnis consonum.

5. Usu etiam apud ipsos Orientales receptum, qui extra Missam tam sanos quam infirmos sub una specie comunicant.

Obtestatur Cyrillum, ut illi quamprimum ad petita respondeat, dicendo se esse unum talem in Russia, de cuius ore veluti de oraculo omnes Rutheni tam spirituales quam saeculares quaerunt salutem, et illo duce salvari et interire possunt, testaturque Deum et conscientiam suam, quod si non habuerit quam primum ad quaesita responsum, velle se id facere quod sibi honestum ac animae utile iudicabit.

Excusando prolixitatem literarum commoditate transmissionis eaurumdem quam vix imposterum se habiturum dicit, addit tria quae instar tineae conscientiam ipsius die nocteque rodent.

Primum est combustio librorum patriarchae Mathiae, cuius combustionis causam se audivisse fatetur a metropolita Sozopolitano, praesentibus multis honestissimis metropolitanis, et idem iterum audivit ex ore Theophani patriarchae Hierosolimitani, quod ille combussisset sua scripta, in quibus Ecclesiae Romanae ratione (f. 434v) controversorum inter Graecos et Latinos dogmatum usque ad nauseam iniquissimus fuit: cui pomeridianam vigilantiam dormienti apparuit sanctus Petrus, his

verbis illum alloquendo: Mathia Frater, quid tibi Sedes mea promeruit, cur iniuriouse in eam inveharis? Tertia vice illum compelando addidit: Si non desieris ab iniquo opere, mox te cito ad tribunal tremendum. Confestim ille expergefactus, convocata familia, igne apposito, omnia scripta sua combussit.

2. Est confessio Meletii Philadelphiensis, quam in mortis articulo ex professo fecit coram monacho latino, cum alias Graeci ne in mortis quidem articulo velint confiteri coram sacerdote latino, non credentes illum habere potestatem absolvendi.

Tertium est miracula falsa, quae Graeci reprobantes calendarium Gregorianum confinxerunt, et inter caetera ignis ille Hierosolimitanus in sepulchro Domini, de quo miraculo cum quaereret ex Cyrillo Patriarcha, esset ne verum, respondit inquiens: si vel hoc unicum miraculum in Ecclesia nostra haberemus, omnes Turchae iampridem in album Christianorum se inscripsissent.

Redit ad patriarchas illos, qui scripta sua combusserunt, et dolet, quod non idem ille cum suo *Lamento* faceret, priusquam prodiret in lucem, quem (*librum*) dupli igne comburendum esse iudicat, uno quo in favillam redigatur, altero quo e memoria hominum evellatur, idque facere vult, quam primum decretum Cyrilli fuerit in illud prolatum.

Eodem igne dignos esse iudicat authores Ruthenos Stephanum Zizaniam, qui inter alias haereses Christum Dominum dignitate mediatoris privavit et sanctos de coelo perturbavit.

Christophorum Philaletum haereticum, qui Ecclesiae Orientalis contra Occidentalem se deffensorem faciens impudenter in haereses Ecclesiae Orientali exitiosas impegit, (f. 435) transubstantiationem enim ridet, sacerdotium spirituale cum mistico confundit, et hoc secundum non agnoscit, Moysen sacerdotem fuisse negat, homines saeculares potestatem suffragii decisivi de fide habere docet, potestatem electionis ad officium spirituale laicis iure divino competere dicit, episcopos praesbiteris consuetudine tantum humana maiores docet.

Finiendo literas redit ad Cyrillum, rogando atque obtestando, ut vellit illius atque totius gentis Rossiaceae plangendae ruinae iamiam proximae, instar fortissimae basis subvenire, enumerando inumeros fructus, qui sequentur in Ecclesia Ruthena, si nunc cadenti opem praestiterit. Commemorat illi factum magni Ducis Moschoviae, qui omnes subditos suos ab obedientia Constantinopolitani patriarchae abstraxit et sic se cum ea gessit prout illi in proprio dominio libuit; idem facere posse Regem Poloniae dicit, si in hac re Ruthenorum curam diligentissimam non egerit.

(f. 436v) Litterae Meletii ad Cyrillum. Die 25 septembris 1628. Congr. 98.

81.

Septembri, a. 1627.

Metr. Rutskyj et ep. Korsak S. Congregationi de Prop. Fide: Variae petitiones ad Patrem Nicolaum Novak agentem missae, necnon quaestiones quaedam de Sacramentis Ecclesiae Graecae.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen. (Memoriali 1627)*, vol. 387 fol. 331-332v.

PUNCTA LITERARUM R.MI METROPOLITAE AD PATREM NICOLAUM.⁹⁰

1. Petit Breve inhibitorum pro omnibus religiosis cuiuscunq; ordinis ne praesumant attentare locum Zuroviciis in pago nostro in quo sola est ecclesia nostra et monasterium nostrum, rustici pauci subditi nostri et omnes ritus Ruthenici.

2. Petere iubet a R.mo D.no Secretario, ut procuret ne decidatur aliquid contra librum Arcudii in praeiudicium Ruthenorum, donec ipse prius videat et examinet librum Arcudii. (*manu Ingoli*) Fiet.

3. Urgere iubet ut Sanctissimus providere dignetur vel saltem in futurum ecclesiis Ruthenorum, et bonis illarum ne a quovis diripiantur. (*manu Ingoli*) Iam provisum.

4. Refert quomodo consilio Patrum Iesuitarum princeps Radivilius eiecit sacerdotem Ruthenum de parochia et in locum illius posuit sacerdotem latinum cum magna oppressione Ruthenorum et dolore.

5. Item refert quomodo Episcopi latini vocantes Ruthenos episcopos in odium apud Serenissimum Regem, alias semper Ruthenis unitis faventissimum et Unionis promotorem maximum, accusaverunt Metropolitam ac si ille deberet publicare Bullas Pontificis, transitum de ritu ad ritum prohibentes. Et hoc est falsum, nam nos nullas tales Bullas habuimus, ut nobis testis erit R.ma Dominatio Vestra. (*manu Ingoli*) Iam factum.

6. Mittit copiam literarum Regis quas Rex scripsit ad Metropolitam, instantibus Episcopis latinis. (*manu Ingoli*) Pendet a praecedenti.

7. Dicit Episcopos latini aegerrime ferre quod Rutheni cum Romana Curia habeant cointelligentias illis inconsultis, quod Synodos celebrent sine illorum licentia, quod visitationes ecclesiarum instituant episcopi Rutheni per proprias personas. (*manu Ingoli*) Iam factum.

⁹⁰ I.e. Metropolitae Kioviensis Josephi Velamin Rutskyj, qui in pluribus epistolis materias has tractabat, unde praesentia puncta selecta fuerunt ab ipso Patre Nicola vel directe in Curia Romana. P. Nicolaus Novak erat primus Procurator negotiorum Ecclesiae Ruthenae in Urbe; cfr. supra notam 69.

(f. 131v) 8. Quaerit cuiusnam sumptu imprimenterunt libri Ruthenici Romae, alias si sumptu Ruthenorum, nullos libros mittere vult pro excussione, dicendo quod iisdem impensis, si illas haberet, curaret imprimi libros in Russia. (*manu Ingoli*) Imprintentur a Congregatione, sed illa per venditionem recuperabit expensas.

9. Synodi libenter expectat confirmationem. (*manu Ingoli*) Expectentur literae Nuntii de publicatione concilii Tridentini facta.

10. Petit ut Sacra Congregatio scribat ad Nuntium, ut recipiat literas Ruthenorum et Roman transmittat. (*manu Ingoli*) Iam fit.

11. Urgere iubet apud R.mum D.num Secretarium de Seminariis Imperatoriis. (*manu Ingoli*) Iam factum.

12. Petit catechismum Calvinistae patriarchae et librum contra Nilum. (*manu Ingoli*) Primus non potest; secundus dabitur ab agente.

13. Scribit de ecclesia S. Laurentii, illam acceptando et infinite reingratiando. (*manu Ingoli*) Providendum de alia.

14. Mittit copiam attestationis insignis miraculi servi Dei Josphat. (*manu Ingoli*) Haec est exhibenda protonotario.

15. Materias et formas sacramentorum dicit easdem fuisse apud Ruthenos ante Concilium Florentinum quae nunc sunt, et si corruptae fuissent, Patres Concilii Florentini, qui multo minora quae sunt in ritu graeco, v.g. instillationem aquae ferventis in calicem post consecrationem examinarunt, hoc advertissent, maxime cum Armenorum materiam et formam examinarent. (*manu Ingoli*) De his nunc non agitur.

16. Idem probat antiquitate librorum multorum scriptorum ante trecentos annos. (*manu Ingoli*) Copia ritualis antiqui necessaria esset.

17. De Sacramento Ordinis dicit Santos Patres pro materia usos fuisse manuum impositione. (*manu Ingoli*) Hoc est incertum.

18. De Sacramento Confirmationis dicit, quod desideretur ali- quod verbum principale. Verbi gratia, *imprimitur*, vel *datur*, vel quid simile. Sed de hac re sequenti vice fusius vult scribere, postquam consulerit libros. (*manu Ingoli*) De hac re non tractatur modo.

19. Formam absolutionis dicit apud Ruthenos non esse deprecativam. (*manu Ingoli*) Bene faciunt.

20. De Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, «nunc et semper et in saecula saeculorum, amen», dicit quod temporibus S. Damasceni imo et S. Basilii hoc modo recitabant Graeci. (*manu Ingoli*) Melius est addere verba «sicut erat in principio» contra haeresim Arii, qui dicit fuisse tempus, in quo Filius Dei non erat.

(f. 332) 21. Significat quod nunc visitet episcopos; quod multi schismatici clam ad illum accedant et illi obedientiam praestent; quod

per monasteria schismaticorum constituit Superiores monachos Ordinis Sancti Basilii catholicos. (*manu Ingoli*) Haec fuerunt relata.

22. De duobus episcopis diversi ritus in una civitate stare iubet consilio Rev.mi D.ni Secretarii. (*manu Ingoli*) Et bene.

23. Miratur quod Nuntius detinuit penes se literas episcopi Vilnensis, in quibus concedit licentiam monachis Ordinis S. Basilii Ruthenis excipiendi confessionem Latinorum Zyrovinciis, dum abest sacerdos latinus. (*manu Ingoli*) De hoc non scimus aliquid.

24. Iterum redit ad librum Arcudii et dicit duo esse quae illi incredibilia videantur. Primum, a tanto tempore, verbi gratia, a Concilio Lugdunensi (a quo tempore dicit se habere libros manuscriptos) non habuisse Ecclesiam Graecam vera Sacra menta, et dicit durum esse sic sentire de divina providentia, quae non permetteret tantum errorem, tanto tempore et cum tanto damno animarum, cum eodem tempore unio fuerit. Secundum, quomodo illi sancti viri Cardinales S. Romanae Ecclesiae, Bessarion Nicaenus et Isidorus Ruthenus, Metropolitae, qui longo tempore Romae vixerunt et rerum ecclesiasticarum tam ritus latini, quam graeci peritissimi erant, hunc tanti momenti errorem non adverterunt; et Gregorius, successor Isidori, Romae consecratus est in metropolim Chioviensem, postquam Isidorus resignavit, translatus in episcopatum Sabinensem. Et hoc probare vult, quod tempore illorum tales formas Rutheni habuerunt, quales nunc habent. (*manu Ingoli*) Si hoc contigit in schismate, non est mirandum, quia inter poenas receudentium a catholica fide haec est ut omnia in confusione sint magna.

25. Procurare iubet dispensationem cum uno misero homine, qui post professionem factam fugierat ex Religione et duxit uxorem. Sed quia ille coram quo emisit vota non habuit licentiam suscipiendi vota, ideo vota illius miseri hominis non erant solemnia, proinde potest in illis fieri dispensatio et matrimonium ratificari. (*manu Ingoli*) Iam factum.

(f. 332v) EX LITERIS EPISCOPI HALICIENSIS.

1. Dicit tempore schismatis non fuisse mutatas formas apud Graecos, quia de hoc nihil dicunt doctores qui vel minimos errores Graecorum notarunt.

2. Negotiorum quae Nuntio commisit Romae proponenda mittit copiam pro informatione R.mi D.ni Secretarii.

3. Consulem unum Vilnensem cum tota domo et filium ducis unius schismatici dicit accessisse ad Unionem pro paschate proxime elapso.

4. Ad Collegium Graecorum mittit hac aestate unum monachum et alterum saecularem, insignem iuvenem.

5. Rogat R.mum D.num Secretarium, ut dignetur gratias agere

nomine omnium Ruthenorum unitorum Nuntio, dum ex Polonia Romam redibit.

6. Dispensationem petit pro quodam Rutheno, qui contraxit matrimonium in tertio gradu consanguinitatis.

7. Supplicat Sanctissimo nomine omnium Ruthenorum, quatenus concedere dignetur licentiam Metropolitae dispensandi cum illis, qui contrahunt in tertio gradu consanguinitatis, cum et episcopus Vilnensis latinus hanc facultatem habeat.

8. Supplicat pro foeminis viduis, ut possint nubere illis, qui post suscepturi sunt Ordines sacros. Ut propter foeminas et commoditates illarum varietur ordo ecclesiasticus et canones sanctorum Patrum prohibentes bigamiam non placet, ac proinde vix proponendum videretur.

(f. 333v) Ill.mo ac R.mo D.no D.no Secretario Sacrae Congr. de Prop. Fide. Copia literarum Metropolitae et Episcopi Haliciensis ad Patrem Nicolaum scriptarum.

Die 25 septembbris 1627. Congr. 81. Num. 7. Referente Ill.mo D. Card. Bandino petitiones Metropolitae Russiae, Sacra Congr. decrevit ut infra...

Si scriva al Nuntio mandandoli il decreto, et ordinandoli che l'eseguisca quando non habbia cosa rilevante in contrario.

82.

Biloþole, 19. X. 1627.

Metropolita Kioviensis Nuntio Poloniae de Archimandria Kioviensi, ut tradatur catholicis.

ARCH. METROP. LEOPOLITANUM, *Codes Santa Croce*, fol. 51.

Ill.me ac Rev.me D.ne D.ne Colendissime.

Non repeto, quae in prioribus meis litteris scripsi ad Ill.mam ac Rev.mam D.V.; nunc hoc unicum scribo. Archimandritia Chiioviensis dicta Piecerensis est amplissimum beneficium ritus Graeci in hoc Regno, decuplo et ultra opulentius quam ipsa Metropolia, et quam hucusque obtinebant Schismatici cum magno damno Unionis et interitu multarum animarum. Episcopatus Ruteni omnes, unico Leopoliensi excepto, iam per Dei gratiam possidentur ab Episcopis Rutenis Catholicis, haec sola Abbatia Pieczeriensis perfugium erat Schismaticis, fomes et sentina malorum. Nunc tempus est, ut et ista auferatur a Schismaticis, et tale tempus quo aliud oportunius nullum fuit. Ut autem ego taceam de iure meo, quod a Clemente, felicis recordationis, VIII, Summo Pontifice,

habui, consentiente Serenissimo Rege nostro, quod beneficium dicti Monasterij perpetuo uniri debebat Archiepiscopatui, qui tenuissimos habet redditus et multa onera, sed quia nondum est tempus, ut urgeam, propere taceo. Modum tamen talem vindicandi hoc Monasterium de manibus Schismaticorum Sanctae Regiae Maiestati proposui, qui sine ullo tumultu ad effectum potest deduci. Unus e Monachis Monasterij illius, Pater Hermannus Tishevitus, qui 20 annos forte et ultra vixit inter ipsos, ante biennium venit ad nos, recepimus, et professionem fidei catholicae fecit coram me, iuxta formam quae tradita est Graecis. Mortuus est interim Archimandrita dicti Monasterij.⁹¹ Nos hunc proposuimus Serenissimo, ipse acceptavit, dummodo eligeretur eo modo, qualiter Chioviac Archimandritae eliguntur. Electus est ab universa nobilitate; est enim ex tali familia, in qua nunc etiam numerantur tres Palatini, praeter alios Officiales Regni; hi promovebant illum, et sic ab ipsismet Schismaticis electus est, et licet Monachi dixerint eum esse Unitum, Nobiles tamen non examinabant hoc, sed elegerunt. Requiritur confirmatio Suae Maiestatis, quam ut obtineat dictus Pater Tishevitus urgent amici ipsius; ego vero, ne avertam Schismaticos ab ipso quasi taceo et modicum tacebo, donec ipse appraehendet possessionem et firmabitur in ea. Scripsi tamen antea, scribo et nunc ad Serenissimum Regem nostrum. Fusius ista omnia enarrabit Ill.mae ac Rev.mae D.V. Rev.dus Pater Jacobus Marquart, confessarius Serenissimi. Interim me meaque omnia humillime offerro Ill.mae ac Rev.mae D.V.

Bilopoli, 19 8-bris, Anno 1627.

Intercedere dignetur Ill.ma ac Rev.ma D.V. ad Serenissimum Regem, ut acceptare dignetur hanc electionem, et secundum consuetudines huius Regni confirmare. Magnum inde bonum Ecclesiae Sanctae expectandum est, exstirratio scilicet Schismatis.

Ill.mae ac Rev.mae D.V. addictissimus servitor

Josephus Velamin Rutschi
Metropolita Chioviensis totiusque Russiae

(*alia manu*): Ill.mo ac Rev.mo D.no D.no Antonio a Sancta Cruce, Archiepiscopo Seleuciensi, Sanctissimi Domini Nostri ad Serenissimum Poloniae et Sueciae Regem Nuncio, Domino Colendissimo.

⁹¹ Ut videtur Zacharias Kopystenskyj, Archimandrita Kievo-Pečarensis (1624-1627). Revera Archimandriam hanc tunc temporis obtinuit Petrus Mohila, dein Metropolita Kioviensis non catholicus (1633-1647).

83.

Varsavia, 11. XII. 1627.

Leo Kreuza, Archiep. Smolensensis, Card. Ludovisio, de restituendis bonis ecclesiasticis Unitorum, per Latinos alienatis.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 69 fol. 463 (orig.).

Ill.me ac R.me D.ne, D.ne Colendissime.

Voluntatem et imperium Ill.mae Dominationis Vestrae secutus, per tot calamitates itineris Varsaviam veni; conveni Ill.mum Sedis Ap.licae Nuncium, ac praeiudicia nobis Unitis a catholicis romani ritus facta proposui; cum quo in rogandis convenientisque senatoribus, quantum potuimus, studium ac diligentiam adhibuimus. Verum absentia Palatini⁹² Smolensensis, qui hucusque defendendae reipublicae onus sustinet, irritum ac inanem laborem nostrum reddidit; ipso enim inscio ac inconsulto, nihil quicquam Regia Maiestas facere voluit; et sic annuo meo proventu consumpto, vacuus ad vacuum Archiepiscopatum redeo.

Ill.mam igitur Dominationem Vestram quam possum studiosissime peto, ut D.num Palatinum Smolensensem litteris suis compellere dignetur, illique in memoriam revocare auctionem Archiepiscopatus Smolensensis R.mo episcopo Nolano⁹³ a se promissam; tandem monere, ne suam ac Serenissimi gravet conscientiam: in dubiis enim securior pars sequenda, proinde ecclesiastica potius ecclesiis restituenda, quam in communem usum reipublicae convertenda, praesertim cum omnia iura ac privilegia tempore coronationis sua, uti moris est, Serenissimus iuramento stabiliverit, prout fusius ad Patrem Nicolaum scripsi. Ad alias literas, quas ad Ill.mam Dominationem Vestram Secretarius Ill.mi Nuncii scripsisse asseruit, respondere nequeo, nondum enim mihi redditae sunt. Ubi illas accepero, respondere et quidquid in illis ab Ill.ma Dominatione Vestra mihi iniungitur, libentissime facere curabo. Interim me meaque omnia benevolentiae ac patrocinio Ill.mae Dominationis Vestrae quam diligentissime commendabo.

Varsaviae, 11 decembris 1627.

Ill.mae et R.mae Dominationis Vestrae humillimus servitor

Leo Kreuza, Archiepiscopus Smolensensis ac Cernihoviensis m.pr. (f. 468v) Ill.mo ac R.mo D.no D.no Ludovico Cardinali Ludovisio,

⁹² Palatinus Smolensensis, Alexander Gąsiewski (1619-1641).

⁹³ Joannes Baptista Lancellotti, Episcopus Nolanus, Nuntius Varsaviensis (1622-1627).

S.R.E., Vicegerenti et S. Congregationis de Propaganda Fide Praefecto,
D.no meo Colendissimo.

Ad Ill.mum Card. Ubaldinum.

Die 5 septembris 1628. Congr. 97.

84.

Anno 1628.

Petitiones variae Ruthenorum unitorum: quaedam Archiepiscopi Leonis Kreuzae, quaedam Episcopi Raphaëlis Korsak.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 69 fol. 465rv, 469-473, 475-476v (*copia*).

CIRCA POSTULATIONES RUTHENORUM UNITORUM.

Videtur scribendum Nuntio Apostolico Poloniae ex parte Sacrae Congregationis ut prosequatur instantiam factam a D.no Lancellotto, dum esset Nuntius Poloniae apud Ser.mum Regem, et Palatinum Smolensensem, ut augeantur redditus Archiep. Smolensensis ex bonis ecclesiasticis Ruthenorum ducatus Severiae nuper acquisiti, quae nondum fuerint distributa, casu quo fundatio talis ecclesiae suum sortiatur effectum. Et quod similiter procuret restitui eisdem Ruthenis unitis cathedralē ecclesiam aedificatam a Włodomirio principe Moscovitico; multum enim interest ad conservandam et augendam hanc Unionem, Ruthenis unitis morem gerere in petitionibus honestis, praesertim cum inter articulos quos Rutheni postulant confirmari a Sua Maiestate pro effectu dictae Unionis in 3 sic dicatur: *Quoniam vero a multorum ecclesiasticorum bonorum per antecessores nostros (nescitur quo iure amissorum) possessione exclusi sumus, petimus ut bona haec ecclesiis restituantur etc.*

De caeteris autem bonis ecclesiasticis Ruthenorum ducatus Severiae, de quibus videtur posse Sacram Maiestatem ad libitum disponere, eo quod iure belli acquisita fuerint et erepta de manibus Moscovitarum scismaticorum, videtur satis expediens propter paucitatem et ignorantiam Ruthenorum (f. 465v) sacerdotum unitorum, ut Nuntius Apostolicus apud Ser.mum Regem ex parte Sacrae Congregationis urgeret, ut applicarentur aliquibus monasteriis reformatis, quorum religiosi observarent (quatenus fieri possit) quae observanda proponit P. Thomas Scalciatus in suo opere *De procuranda salute omnium gentium*, lib. 6, c. 3, possentque dicta monasteria esse eorundem Patrum Scalciatorum, qui Vilnae et Leopoli prope dictum ducatum iam habent fundationes. Et similiter Patrum Dominicanorum reformatorum provinciae Russiae, in cuius districtu manet dictus ducatus Severiae, quantum attinet ad terminos sibi assignatos a commissariis apostolicis, et ubi iam de facto ha-

bent plura monasteria. Opportunissimum quoque erit Collegium iam inceptum fundari in eodem loco a Patribus Iesuitis, cui etiam possent applicari pars praedictorum bonorum. Esset etiam valde utile pro conservanda et propaganda dicta Unione, ut ibidem fundaretur aliquod Seminarium Ruthenorum unitorum, ad quod possent etiam acceptari Moscovitae, sub cura et regimine religiosorum Ruthenorum. Ad quem finem deberent eligi a Metropolitano meliores et doctiores monachi, ut praedicto Seminario praeesse possint, facileque esset a Sua Maiestate obtinere sufficientem provisionem pro dicto Seminario, quia propter hominum paucitatem magna pars illius vastae regionis inculta manet, qua in parte maxime esset invigilandum; messis enim multa est, operarii autem pauci.

(f. 466v) PETITIONES ARCHIEPISCOPI SMOLENSCENSIS relatae ab Ill.mo D.no Card. Ubaldino, die 5 Septembris 1628. Congr. 97.

(f. 469) Petenda pro Ruthena Ecclesia a S. Congregatione. Pro Archiepiscopo Smolensensi.

1. Petatur Breve apostolicum ad D.num Alexandrum Corvin Gąsiewski, Palatinum Smolencensem, administratorem totius ducatus Severiensis, ut restituat ecclesiam cathedralem Smolencensem Ruthenis, quandoquidem illius ablatione a ritu Ruthenico multum scandalisantur Moschovitae et ab unione suscipienda alienantur.

2. Ut faciat meliorem provisionem Archiepiscopo Smolensensi Rutheno catholico.

3. Ut ecclesiis parochialibus Ruthenis faciat certas aliquas provisiones.

4. Moneatur Rex, ne a Ruthenis et Moschovitis ex altari census exigat, sed solum ex subditis ecclesiasticis, ut a caeteris nobilibus.

5. Scholam aliquam pro pueris Moschoviticis omnino fundet Palatinus Smolensensis in ducatu Severensi, alias sine schola nullo modo iuvari possunt Moschovitae, quorum ingens est ignorantia.

6. Petantur literae Sacrae Congregationis ad Patres Societatis dicti D.mi Palatini consiliarios, ut illum moneant ad praestanda ea, de quibus ad istum scribet S. Congregatio.

7. Petantur literae ad D.num Radivilium, magni ducatus Lithuaniae Cancellarium, per quas illi gratiae agantur pro labore, quem adhucuerat in promovendis negotiis Archiepiscopi Smolensensis apud regem, et eidem commendentur negotia Ruthenorum.

PRO EPISCOPO PINSCENSI.⁹⁴

1. Expediatur Breve ad ducissam ab Ostrog catholicam, ut restituat bona episcopatus Turroviensis, quae pater illius archischismaticus episcopo Pinsensi ex odio Unionis eripuerat, in quibus nunc dicta ducissa tenet episcopum schismaticum, cui dicta bona opignoravit.

2. Item moneantur Patres Societatis, confessarii illius, ut illi hac in re scrupulum facia(n)t.

(f. 469v) 3. Ad eandem ducissam scribatur, ut bona a maioribus suis schismaticis pro Ecclesia Ruthena fundata applicet Ecclesiae Ruthenae unitae.

PRO METROPOLITA RUSSIAE.

1. Petatur licentia dispensandi in impedimentis circa matrimonia contracta et contrahenda.

2. Petatur Breve apostolicum ad Synodum episcoporum latinorum, per quod eis commendentur negotia Ruthenae Ecclesiae: iura, immunitates et personae.

3. Et in particulari ad Archiepiscopum Gnesnensem bene affectum Ruthenis, eique commendentur negotia Ruthenorum et iniuriae, quas patiuntur a dioecesanis ipsius catholicis, dum schismaticos in bonis suis fovent, sine respectu publicae excommunicationis, in qua sunt illi schismatici cum quibus conversantur, iidem dioecesani ipsius ecclesias Ruthenorum vocant sinagogas, non sine iusto dolore Ruthenorum catholicorum.

Moneatur Rex per Nuntium Apostolicum, ut saltem ob respectum excommunicationis Coenae Domini non praesumat personis spiritualibus involuntarium imponere tributum.

(f. 470) PUNCTA LITERARUM ARCHIEPISCOPI SMOLENSCENSIS RUTHENI.⁹⁵

AD S. CONGR. DE PROP. FIDE.

1. Significat quod consilio Sacrae Congregationis venerat Varsaviam, sed ob absentiam Palatini Smolensensis, quo inconsulto nihil Rex concedere vult, nihil effecit.

2. Petit literas S. Congr. ad dictum Palatinum, ut non aggravans conscientiam suam et Regis restituat bona a principibus catholicis pro episcopatu et ecclesiis Smolenscensibus fundata.

⁹⁴ Episcopus Pinsensis tunc temporis erat Gregorius Mychalovycz (1626-1632), et proinde responsa proponebantur ratione competentiae.

⁹⁵ Leo Kreuza, Archiep. Smolensensis (1625-1639); forsan agitur de litteris eius ex anno 1627; cfr. supra, nnr. 70, 71, 72, 73.

3. Item petit, ut dictus Palatinus restituat ecclesiam cathedram Smolensci, ante annos trecentos a Vlodomirio Monomacho, principe totius Russiae catholico pro Ruthenis aedificatam, in qua plurima corpora iacent principum spiritualium et saecularium Ruthenorum, cuius restitutionem magis desiderant Moschovitae, quam bonorum.

4. Petit ut D.nus Palatinus praestet promissum Ill.mo Episcopo Nolano circa auctionem archiepiscopatus Smolensensis factum.

5. Informationem plenioram circa sua negotia Patri Nicolao committit.

PUNCTA EIUSDEM ARCHIEPISCOPI AD PATREM NICOLAUM.⁹⁶

1. Miratur quod S. Congregatio non cognoverit causam abalienationis bonorum ecclesiasticorum in ducatu Severensi, quae ista fuit: quod armata manu ducatus sit recuperatus, ac proinde omnia bona ecclesiastica in usum totius reipublicae transiisse dicunt.

2. Affert rationes, ob quas restitutionem bonorum archiepiscopatus sui urget. Prima est, quia non debent esse peioris conditionis bona spiritualia quam saecularia, et cum haec sint restituta, illa etiam restitui debent. Secunda, quia facit Rex contra iuramentum tempore coronationis suae factum, per quod promittebat restitutionem bonorum postquam a Moschovitis recuperarentur legitimis possessoribus. (f. 470v) Tertia, quia iuramentum Regis contra usum tertiae personae etiam ab ipso Pontifice non potest dispensari. Adfert autoritatem Toleti, libro 4, cap. 23 et aliorum. Quarta, quia iura et libertates Ruthenis catholicis a Regibus concessa sine ulla ipsorum culpa violantur; quod probat privilegio Sigismundi primi Regis Poloniae, Alexandri Regis, Vladislai Regis Hungariae et Poloniae, et privilegio moderni Serenissimi Regis, mittitque copias istorum omnium privilegiorum. Quinta, quia per abalienationem bonorum ab ecclesiis Ruthenis in Severia non est bene consultum saluti plurimorum, nam in duabus millibus ecclesiarum, quae sunt in Severia, vix inveniuntur triginta sacerdotes, proinde multi non solum sine Sacramento poenitentiae, sed etiam ipsius baptismi decidere debebunt. Sexta, quia Moschovitae Rutheni et alii Orientales indurantur in schismate ob depressionem ritus sui.

PUNCTA LITERARUM EPISCOPI HALICIENSIS AD R.MUM D.NUM SECRETARIUM⁹⁷

⁹⁶ P. Nicolaus Nowak, Procurator negotiorum Ecclesiae Ruthenae in Urbe (1626-1633); cfr. supra, nota 69.

⁹⁷ Episcopus Haliciensis — Raphaël Korsak (1626-1631), dein Pinscensis (an. 1632), et demum Metropolita Kiovensis (1637-1640); iam tunc plura negotia Metropoliae pertractabat prout eius Coadiutor. Cfr. eius epistolas in *Epistolae Metropolitanae*.

1. Petit literas ad episcopum Vilnensem et ad Suffraganeum ipsius, ut forment processum circa vitam et mortem Archiepiscopi Polocensis, cuius beatificatio cum magno desiderio a catholicis expectatur.

2. Significat de duobus miraculis recentibus servi Dei Iosaphat.

3. Agit gratias pro admissione Ruthenorum ad alumnatus Imperatoris et petit consilium, qua ratione missio ad dictos alumnatus Imperatorios fieri deberet: per manus Nuncii Apostolici, qui est penes Imperatorem, vel per manus alicuius alterius.

AD PATREM NICOLAUM.

1. Significat, quod Bulla Indulgentiarum pro facientibus exercitia non pervenit ad manus ipsius.

2. Quod ex occasione iubilaei magnus fiat concursus singulis diebus Zirovicos ad imaginem Beatae Virginis Mariae miraculosam, et quod tempore iubilaei magna copia auri et argenti ad imaginem collata fuit.

(f. 473) 3. Petit largiores indulgentias pro ecclesia Zirovicensi, praeter illas quae concessae sunt ter in anno.

4. Petit memoriale oblatum Sacrae Congregationi pro Ruthenis captivis, ut intelligat quisnam promovet illam missionem Constantino-polim, captivine ipsi, an Pater Euthymius proprio motu, an etiam aliquis aliis.

(f. 473v) Puncta literarum Archiepiscopi Smolensensis et Episcopi Haliciensis Ruthenorum.

Il sommario è dentro. Die 5 septembbris 1628. Congr. 97.

(f. 475) COPIA LITERARUM ARCHIEPISCOPI SMOLENSCENSIS AD S. CONGREGATIONEM DE PROP. FIDE.⁹⁸

Significat, quod bibliotheca a Moschovitis illi restituta deservivit Meletio ad scribendum retractationis librum, quem ille brevi mittet Romam.

Significat, quod in negotiis Ecclesiae suae fuit Varsaviae, sed ob absentiam Palatini Smolensensis nihil obtinuit apud Regem.

Negotia sua per Patrem Nicolaum S. Congregationi proponenda committit Deo et S. Congregationi, alias ob defectum sumptus, quo iterum iret Varsaviam, non adest illi alius modus subveniendi Ecclesiae Severiensi, praeter Sacram Congregationem.

rum Catholicorum: Raphaëlis Korsak..., Romae 1956, passim, et praesertim annis 1627-1628.

⁹⁸ Leo Kreusa, Archiep. Smolensensis (1625-1639).

EIUSDEM AD PATREM NICOLAUM.

Petit, ut negotia illius commendet Rev.mo D.no Secretario.

Mittit copiam memorialis, quod obtulerat Regi in suis negotiis.

Significat de magno favore ducis Radivilii in promovendis negotiis suis apud Regem, pro quo petit literas a S. Congregatione, quibus promptior reddatur ad promovenda negotia Ruthenorum, praesertim cum sit magnae authoritatis apud Regem et apud Senatores.

Mittit relationem de Synodo quam prima vice celebravit cum sacerdotibus Moschoviticis scismaticis.

Significat de turbatione, quae post Synodum inter plebem exorta fuit ob abalienationem ecclesiae cathedralis Smolensensis a Ruthenis.

Petit literas a Sacra Congregatione ad Palatinum Smolensensem pro restitutione bonorum ecclesiasticorum et ecclesiae cathedralis Smolensensis, alias totaliter impeditur conversio Moschovitarum ad Unionem, ob abalienationem illius ecclesiae a Moschovitis, quam pluris faciunt omnibus aliis damnis.

(f. 475v) Fundationem Seminarii in ducatu Severensi dicit summe esse necessariam ad propagationem fidei catholicae inter Moschovitas, qui ob defectum scholae ita sunt ignari, ut etiam ipsi sacerdotes Moschovitarum non sciunt, quid sit Sanctissima Trinitas, imo quid sit Christus non sciunt.

EPISCOPI HALICIENSIS AD R.MUM D.NUM SECRETARIUM.⁹⁹

Significat de expedito negotio coadiutoriae in curia regali.

Occasione Synodi, quam celebabant episcopi latini, petit literas Pontificis ad illos, ut melius faveant Ecclesiae Ruthenae unitae, quam hactenus favebant.

Significat, quod episcopus Vilnensis propter rationes sibi soli notas differt negotium inquisitionis circa vitam et mortem Servi Dei Iosaphat.

Petit ut Nuntius recipiat illius literas et cum suis Romam mittat.

Dat modum facienda provisionis residenti Romano et Varsaviensi et petit consensum Pontificis et literas illius ad Regem pro eodem negotio.

AD PATREM NICOLAUM.

Significat de Synodo futura episcoporum latinorum et petit, ut expediatur Breve apostolicum ad dictam Synodum, et in particulari ad Archiepiscopum Gnesnensem (alias Ruthenis bene affectum), ut sibi commenda habeat negotia, personas et privilegia Ruthenorum. Item iniurias,

⁹⁹ Raphaël Korsak, Ep. Haliciensis ad Franciscum Ingoli, S.C. de Prop. Fide Secretarium (1622-1648).

quas sustinent Rutheni uniti a dioecesanis ipsius catholicis, dum pseudoepiscopos Ruthenos nominatim excommunicatos in bonis suis fovent, Unionem damnant, ecclesias Ruthenorum synagogas vocant.

Petit, ut Suffraganeus Vilhensis nomine Pontificis mittatur ut orator ad dictam Synodum in causis Ruthenorum, referendo illum ad informationem per episcopos Ruthenos illi dandam.

Significat, quod Rex ad instantiam quorundam senatorum catholicorum dedit Archimandriam Chioviensem cuidam schismatico semihaeretico, quam se iam (f. 476) prius daturum promiserat Rutheno unito per literas ad Metropolitam.

Significat, quod in proxime praeteritis Comitiis factae fuerunt constitutiones multum offendentes Ruthenos unitos, derogantes privilegiis et libertatibus illorum, quas in omnibus pares habent cum praelatis latinis.

Prima constitutio fuit: ut sacerdotes Rutheni et Armeni, qui nullos agros et subditos habent, ratione administrationis Sacramentorum solvant tributa in constitutione praefixa.

Secunda constitutio: ut omnes sacerdotes et praelati Rutheni et Armeni, metropolitae, archiepiscopi, episcopi et alii ratione propriarum personarum solvant donativas (alio nomine baptisantes tributa, ne incurrent in excommunicationem Coenae Domini) quadruplo maiores quam rustici subditi nobilium, imo quam Iudei et Tartari.

Tertia. In eadem constitutione fit mentio plurium metropolitarum Russiae, cum tamen unus tantum sit Metropolita legitimus totius Russiae, quod verbum plurale scriptum est in constitutionibus fraude et munieribus schismaticorum hac via volentium in usum introducere pseudometropolitam suum.

Supplicat igitur Sanctissimo nomine omnium Ruthenorum catholicorum, ut illos ab his iniuriis vindicet et Ser. m. Regem per Nuntium moneat, ut redeuntes ad Ecclesiam Catholicam melius tractet et saltem illa iura et privilegia illorum intacta conservet, quibus adhuc in schismate existentes gaudebant.

(f. 476v) Copia literarum Archiepiscopi Smolensensis et Episcopi Haliciensis.

Summaria litterarum Archiepiscopi Smolensensis et Episcopi Haliciensis Ruthenorum de anno 1628. Die 5 septembris (*ms. novembris*) 1628. Congr. 97.

85.

Novogrodek, 7. I. 1628.

Leo Kreuza, Archiep. Smolensensis, S. Congregationi de Prop. Fide, de libris catholicis edendis; de suo itinere Varsaviam; relationem de statu Ecclesiae Severiensis accludit.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 69 fol. 464 (orig.).

Ill.mi et R.mi D.ni, D.ni Colendissimi.

Duo me facere iubent Dominationes Vestrae Ill.mae, ut scilicet Ecclesiae mihi creditae rationem reddam, et indicem librorum a me recuperatorum Dominationibus Vestris Ill.mis mittam. Et quidem quod attinet ad libros, indicem illum ad manum in Lituania agens habere, unde neque mittere possum; spero tamen ex illis atque aliis brevi compilandos aliquot libros et in lucem per R.mum Meletium¹⁰⁰ edendos. Quod iam opus bonus ille redux serio molitur, quid tamen possim mittere in Urbem ad imprimendum serio cogitabo. Relationem status ecclesiae Severiensis hic includo:¹⁰¹ quae quidem afflictionis satius quam relationis nomine debeat insigniri: ecce enim literis Dominationum Vestrarum Ill.marum incitatus excurri Varsaviam Smolensco 200 fere leucis distantem, quicquid integri anni exigui reditus habere potui itineri devovi, mendicato postmodum victurus; nullum tamen miseriae levamen inveni. Ut ex relatione inclusa patescit, me mea torsit conscientia eo usque, quo usque Dominationibus Vestris Ill.mis non aperui miserias meas. Nunc iam Deo in primis, S. Matri Romanae Ecclesiae post, omnia relinqu: quia iam per me nil agere possum. Annexui relati puncta memorialis a me Serenissimo oblati. Ut Dominationes Vestrae Ill.mae sciant quam aequa petita nostra ex illo lecto illud facere dignentur, quod Spiritus S. suggesserit Dominationibus Vestris Ill.mis, quas Deus Optimus Maximus

¹⁰⁰ Meletius Smotryckyj post suam unionem cum Ecclesia catholica plurima scripsit opera in defensionem Unionis et fidei catholicae. Inter maiora opera huius periodi catholicae numerantur: *Apologia peregrinationis in regiones orientales...*, Dermanii 1628; et quatuor alia: *Protestatio contra Synodum Kiovensem* (an. 1628); *Paraenesis seu admonitio* (an. 1629); *Exetesis seu expostulatio* (an. 1629), et *Consideratio de sex differentiis* (an. 1629). Cfr. J. SUSZA, *Saulus et Paulus Ruthenae Unionis, Meletius Smotryckyj*, Romae 1666; S.S. SABOL, *De Meletio Smotryckyj, polemista anticatholico*, Romae 1951 (*excerpta*) etc.

¹⁰¹ Cfr. nr. subsequentem (nr. 86).

Ecclesiae suae sanctae et reipublicae christianaee quam diutissime servet incolumes.

Datum Novogrodeci, Ianuarii 7, 1628.

Ill.mis ac R.mis Dominationibus Vestris humillimus servitor

Leo Kreuza, Archiepiscopus Smolensensis m.pr.

(f. 467v) Sacrae ac Ill.mae Congregationi de Propaganda Fide. (L.S.).

Manda lo stato afflittissimo della sua chiesa.

86.

(7. I. 1628).

Archiep. Leonis Kreuzae relatio de statu Ecclesiae in Severia (cum notis marginalibus R.mi Ingoli).

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 337, fol. 397-398v.

RELATIO DE SEVERIA.

1. Sciendum, quod sicuti duo ab antiquo ducatus erant terrae Severiensis, nempe Smolensensis et Czernihoviensis et ducatus quidem longe lateque patentes, ita ut si totum antiquum illorum tractum spectemus, si non ultra ad minus ad mille milliarium Italicorum protendentes, plurimasque civitates et prope innumera oppida castellaque continentes, sicut inquam tota illa terra in duplicem dividebatur ducatum, ita et dupli episcopatu nobilitata fuerat. (*nota*) Ducatus Severiensis et Czernihoviensis duos episcopatus habebant, eorum magnitudo mil. 1000.

2. Et quidem primarius fuit episcopatus Czernihoviensis, tum quia ut ex chronicis constat antiquior Smolensensi fuisse cognoscitur, quippe qui a sexcentis et amplius annis initia sumpserit a Volodomiro scilicet magno duce Russiae huius nominis primo,¹⁰² qui primus fidei catholicae imbutus sacramento, totam etiam Russiam sacro baptismate iniciavit; tum quia ut ex libris synodalibus constat, in Synodo provinciali Ruthena (scilicet dum metropolitae Kioviensi omnes totius Moschoviae episcopi subiiciebantur) in tali inquam Synodo primum semper p[re]ae Smolenscen. habuit locum Czernihoviensis. Neque enim senii (?) habitam rationem notum est vel mediocriter in iuribus Ecclesiae Graecae versatis. Et hac de causa titulo Archiepiscopatus Czernihoviae semper gaudebat. (*nota*) Fuit primo erectus sub Vlodomiro, magno duce Russiae. Evangelium in Russia eo tempore praedicatum.

¹⁰² S. Volodimirus Magnus, Magnus Dux Kioviensis (978-1015), qui Regnum suum baptismate illustravit.

3. Smolensensis vero episcopatus centum plus minus nonnisi post Czernihoviensem fundatus annis, scilicet a Volodomirio Monomacho dicto,¹⁰³ Vsevolodi filio, Jaroslavii nepote, ac Vlodimirii primi pronepote. Hic episcopatus aliquot saeculis semper tantum censebatur episcopatus, donec tandem post quadringentos a sua fundatione annos e nostro saeculo, Ieremia patriarcha Constantinopolitano in persona sua partes Moschoviae et Russiae invidente, et Smolensensi episcopo cum magno Moschoviae duce instante, titulo archiepiscopatus decoratus; quo tempore etiam patriarchali titulo Moschovia gaudere coepit. (*nota*) Uterque archiepiscopatus titulo gaudet. Patriarcha in Moschovia a Hieremio patriarcha Constantinopolitano.

4. En mutationem dexteræ potentis, uterque archiepiscopatus in unum coaluit. Et longitudine quidem seipso longe maiorem, ut ex predictis facile colligere est, proventibus vero centuplo minorem. Czernihoviensis enim penitus nullatus quoad rem, relictus quoad nomen, quia scilicet neque casa relicta, in qua pauper episcopus suam visitaturus dioecesim caput reclinare possit. Smolensensis vero vix et ne vix quidem penes decimam partem bonorum relictus. (*nota*) Uterque episcopatus factus unus archiepiscopatus Smolensensis.

5. In ipsa civitate Smolensensi erant monasteria ad minimum sex, satis opulenta, tria vero opulentissima, scilicet SS.mae Trinitatis, S. Salvatoris et S. Spiritus. Erat capitulum dives, quatuor cathedrales ecclesiae ditissimae, ecclesiae parochiales centum et aliquot. Harum omnium bona variis etiam saecularibus distributa sunt, adeo ut Smolensi nullum monasterium, nullum capitulum, nulla cathedralis parochialisve ecclesia fundata est in ritu graeco. Ad alios religiosos monasteria aliquot devoluta ditissima, quin imo in praedia eisdem conversa; Patribus etiam Bernardinis terrestria bona concessa, eo quod ovibus careant, quarum aut lacte pascantur aut vestiantur. Pro seminario latino insignis fundatio determinata. Ut omittam (quod quidem caput est) pro episcopo latino plura annua millia assignata. (*nota*) Monasteria, cathedrales et parochiales Smolensenses ditissima. Quocum (?) divisa et latinis attributa.

6. Novem itaque ecclesiae muratae sunt in civitate, una intra muros castri cum curia murata, a Vlodomirio Monomacho aedificata, episcopi latini residentiae determinata, aliis ita ut diximus distractis. Archiepiscopus Smolensensis ad ecclesiam Sancti Petri, extra muralem,

¹⁰³ Volodimirus s.d. Monomach, Magnus Dux Kiovensis (1113-1125).

id est a civitate mille passibus distantem in exilium actus. (*nota*) Ecclesiae intra urbem 9, Latinis datae. Una extra urbem data Ruthenis.

7. Sed ad maius ludibrium hae conditiones eidem additae:

- 1) Domus nulla eidem ecclesiae Sancti Petri adiacens;
- 2) licentia pro fabricanda domo omnino subtracta;
- 3) impositum est onus fabricandi domum in castro ipso, mille passuum distante a dicta ecclesia;

4) ut nonnisi mane post octavam, secundum omnium consuetudinem, eggrediatur sacerdos ad dictam ecclesiam, redeatque ante quartam post meridiem. Ubi matutinum agendum catholicis? Ubi noctes solemniores dicatae excubiis? Ubi tempestatibus caerulei iniuriis a tot passibus arcentibus sac (...) devotio? Sed ita scilicet voluerunt esse devotos sicut ipsi passim (...) Natalitiis, Paschalitiis, Pentecostis, Sancti Petri, non plus ultra. Noster nobis Deus penitus penitusque negandus. (*nota*) Conditiones pessimae quibus concessa est dicta ecclesia Rhutenis.

(f. 397v) 8. Transeundo ad alia Severiae loca, in toto superius adumbrato tractu duo solummodo monasteria nobis relictæ. Czernihoviae omnibus omnino ecclesiis monasteriisque cum suis bonis ad aliorum manus devolutis, nostris pro quodam centum mansi concessi, vix annuo fructu centum scuta adaequantes. Cum tamen nobilissima aliis monasteria præposituraque fundata, parochia inibi nulla, cathedrales ecclesiae uti pastore ita et presbyteris viduatae. (*nota*) Hoc in loco duo monasteria tantum relictæ Ruthenis, reliqua latinis addicta, et cathedralis, sine episcopo et presbyteris.

9. Dorohobuzi similiter nostris monasterium concessum vix priori in fructu simile, ita tamen ut et haec fundatio extramuralis sit, neque ubilibi aliorum privilegio gaudere possimus, et, quod Deus avertat, tempore periculi prima omnium nostra in praedam cedent. (*nota*) In hoc loco unum tantum monasterium relictum extra moenia.

10. Hinc patet, in quo statu relicita sint monasteria quamplurima, cathedralesque ecclesiae, parochiales vero ad tria millia; patet etiam quo sensu homines ritus graeci tantam sui ritus desolationem spectare possint et spectent, quem animum erga Sanctam Romanam Ecclesiam induere cogantur, quomodo a gremio illius arceantur. Trahit sua quemque sicut voluptas, ita religio. Quid ne etiam arceat ultimus sui suaeque religionis despctus? Uno hic ictu duplex illi vulnus nobilissimæ provinciae additum, et pastores proporcionati sublati penitus, et exulceratus animus in quo facile fictum etiam crimen insidet, tam evidentissimo documento ad extremam rabiem provocatus. Cum enim alias passim iacent schismatici Romanam Ecclesiam suum velle anihilare ritum, hocque nos ipsos Unidos in odium vocet, quid non dicent his, quae insinuavi,

visis et auditis? (*nota*) Cathedrales occupatae, parochiae tria millia, populus sine sacerdotibus sui ritus, ut in odium maximum latinum nomen evaserit.

11. Quid quod etiam ad universam Graeciam serpat hoc malum? Neque enim continere Moschoviae unius terminis tempestas haec ritus graeci iactatioque potest. Erumpit proinde, maxime si Graecia pro contracta inter se familiaritate audiverit aliquid per Moschovitas cum Romano hoste confinantes in Ecclesia Romana improbari. (*nota*) Quod propagabitur in reliquas Graeciae ecclesias.

12. Denique propter eam, quam diximus, ritus tenacitatem et populi in ritu graeco immensitatem tot in Moschovia fundatissima latinorum monasteria, parochiae, praepositurae, cathedrales ecclesiae, canonicatus denique ipsi, et episcopatus. Haec, inquam, omnia vacabunt, quia inquilini ritus graeci adire nolent, ecclesias suas non frequentabunt, quia non habebunt; quibus tandem adscribentur tot animarum sine sacramentis morientium damna? Dicent fortasse Palatinum semper futurum ritus latini, Capitaneos item reliquosque ducatus illius officiales. Utinam in aeternum. Sed iamne provisum infinitae multitudini alio spectanti? Jamne provisum universam Poloniam non cessuram penitus in Moschoviticam coloniam, ut proinde multos inibi reperias dominum mutari patientes, non animum immutari. (*nota*) Populi Latinorum ecclesias non adibunt.

13. Relinquam hic ego pauperem Archiepiscopum nunquam suo oneri satisfactum et muneri, cum enim propter tantam suae dioecesis vastitatem et ministrorum ecclesiasticorum paucitatem redditumque defectum non possit vel in persona vel per alios suas oves invisere, si illo nesciente quid agetur, ut certe multa contingere necessum erit, quomodo suae satisfaciet vocationi? nisi forte satisfactus sit suis inter innocentes manibus ablutis. (*nota*) Archiepiscopus Smolensensis ob defectum sacerdotum et redditum non poterit muneri suo satisfacere.

14. Et multa quidem hoc in negotio irreparabilia videntur mala, tamen quod occurrit non celetur, supplicamus humillime Sacrae de Propaganda Fide Congregationi, ut quaestionem illam decidere curet et decidat (an videlicet bona a legitimis Dominis et pro catholicis ecclesiis fundata armis acquisita vel recuperata desinant esse bona Ecclesiae, ac transeant in usum communem totius reipublicae). Decisione enim sanctae matris nostrae Ecclesiae facta neque hiscere quidem audebimus, neque gemere amplius sub pondere. Nam cum bellum geratur cum hoste, non cum Ecclesia, hoste prostrato, ergone Ecclesia plectenda, quae nec ingrediebatur consilium? Imo, auxiliante Deo, data est victoria Regi, eidem ergo persolvendum est saltem reddendo quae sunt Dei Deo. Utinam

nam non esset pro confusione catholicorum Moschus, qui cum anno millesimo quingentesimo decimoquarto Smolenscum et alias civitates a nostris accepisset, non solum non alienavit bona ecclesiarum, verum etiam in gratitudinem victoriae obtentae ampliavit. (*nota*) Dubium discutiendum in Sacra Congr.: An bona ecclesiastica occupata ab aliquo principatu remaneant ecclesiis, quarum erant, an vero fiant in dominio vicitoris, ut ea possit pro libitu dispensare. Exemplum pro ecclesiis.

15. Dicunt quia Moschus iniuste occupans Severiam nullum ius habuit ad alienanda reipublicae aliqua bona et donanda ecclesiis. Non petimus, ut haec quae taliter fundatae sunt ecclesiae in suo robore et vigore permaneant, sed quod extremo nostrum cruciatui est, illud dicimus, ut bona ab avis, proavis, atavis Serenissimi moderni nostri Regis legitimis Severiae dominis et haeredibus certis, ecclesiis episcopatibusque dotata, donata, confirmata, privilegiisque approbata, haec inquam bona ad easdem ecclesias earumque pastores ritus graeci catholici revertantur. Deus bone! Exiit edictum Serenissimi post recuperatam Severiam, ut quicunque ex subditis Regis sese sciret habere aliquod ius ad aliqua totius Severiae bona, quae quidem a maioribus suis tempore Serenissimorum Regum praedecessorum praesumerentur iure possessa, utroque properarent (f. 398) pede sine ulla difficultate eadem recepturi, soli ecclesiastici ab eodem exempti, et quod saeculo concessum, Deo negatum. (*nota*) Rationes pro Ruthenis.

16. Dicunt, secundo, ab ecclesiis Ruthenis bona ablata ecclesiis latinis restituuntur; hoc vero est quod nobiscum subicimus censurae Romanae, id est caelesti, an hoc est servare leges iustitiae, quae reddit unicuique quod suum est. Si unicuique, ergo et Ruthenis, praesertim catholicis; et quidem Sancta Romana Ecclesia mater est omnium, tam ritus graeci quam latini, crediderimus sicuti unam aurem querelis ita et manum egestati nostrae reservaturam, si haec ad iudicium ipsius devolverentur. Hoc est quod non iam inter meum et tuum litem movet sed meum unius... amovet. Deinde si tantus est animus in Latinis benemerendi de Ecclesia latina, benemereantur more Moschovitico, scilicet bona a Moschis fundata pro Ruthenis, fundent pro Latinis, ab aliis vero fundata non auferant. (*nota*) Distinctio, qua posset controversia dirimi.

17. Dicunt, denique, paucos inibi unitos reperiri. Quid tum? Totidem catholici. Secundo, gaudemus nos in nostra vocatione non dissimiles Salvatori, sumusque missi ad oves quae perierunt. Tertio, omnis boni vellent nos habere operarios, ut ociosi panem non comedamus? En agri excolendi. En urticae evellendae. En inutiles frutices amputandi. Vellent nos esse pastores: en oves dispersae, en aberrantes, en acies di-reptae, en scabie infectae. Vellent nos bellare pro domo Domini? En ini-

mica castra, en acies directae, en tela abiecta. Sed uno verbo claudamus omnia: non ideo petimus vitam ut comedamus panem, sed ut possimus vivere vitam servo Christi dignam, petimus panem. (*nota*) Responsio ad obiectionem.

18. Alia quaestio decidenda Sanctae Romanae Ecclesiae proponitur (bona Ecclesiae Graecae in septentrione a saecularibus distracta nullo modo secura conscientia teneri posse vel aliis reddi, sed Ruthenis unitis debere restitu). O tempora! Putant hoc sibi licere quod dat posse; dati sumus in praedam, ecclesiae nostrae in praedia. Ubi piae piorum fundationes? Post factam Unionem nulla fere fundatio facta pro Ruthenis unitis. Quid in causa? Quia, inquiunt, mortuo metropolita, episcopo, archimandrita, saecularium cedent usui, nunquam ad Ecclesiam reversura, solas enim ecclesias latinas inamissibilibus putant privilegiis gaudere. Et non falluntur quidem in hac sua opinione, aliis ad quos hoc negotium spectaret, si non approbantibus, certe non improbantibus. Et certe sudore etiam et sanguine alter suae Ecclesiae promeruit hanc quoque praerogativam. (*nota*) De impedienda alienatione rerum ecclesiasticarum Ruthenarum.

19. Ex hoc fonte promanat, quod nihil tam facile sit distributum in Moschovia quam bona ecclesiarum Ruthenarum, nihil tam securum petitu. Cum enim ex una parte non sit timendum ut ad ecclesiasticos devolvantur, quia illis dicetur: in manu forti venerunt haec in possessionem. Ex alia vero parte nullus alias antiquior possessor potest dari qui illa bona iuste repetere posset, secundum edictum regale, de quo supra, fit ut et secure petantur et cito obtineantur. (*nota*) Consequentia ex dictis in antecedenti numero.

20. His duabus decisio[n]ibus quaestionibus scribere posset SS.mus Dominus Noster ad Serenissimum nostrum, ad D.num Palatinum Vilnensem D.num Leonem Sapieha, D.num Palatinum Smolensensem D.num Alexandrum Korvin Gasieuski, ad D.num Praetorem Smolensensem D.num Hieronymum Czehanovicz (qui duo postremi sunt et revisores et distributores terrae Severiensis). Ad hos, inquam, scriendum ut saltem bona ecclesiarum Ruthenarum ad saeculares devoluta archiepiscopatu[m] restituantur. Item literae ad Patres Societatis, ut moneant tanquam confessarii regem. (*nota*) Provisiones ad praedicta mala tollenda a Ruthenis ecclesiis.

21. Dicitur, quod fundationes in Moschovia recenter erectas pro confirmatione debeant mittere Romam. Iudicent nos Ill.mi et R.mi et discernant causam nostram (*com*) parentque ritum cum ritu, fundationes cum fundatione, vocationem cum vocatione, onus cum onere etc. (*nota*) Alia provisio.

22. In relatione ante duos circiter annos de Moschovia per nostros Romae agentes Sacrae Congregationi oblata,¹⁰⁴ audio insinuatum est de Seminario pro Moschovitis simul cum Ruthenico fundando. Hoc punctum non amplifico, sed tanquam insertum exp(...) humillime propono. O, si nostra nobis in Moschovia relinquenter, possemus (*largiore*) manu alienigenis erogare, non mendicare. Sed quia nostra nobis desunt, ad vos levamus, Ill.mi D.ni, oculos nostros tamquam ad manus D.norum (*nostrorum*) mit(...) panem vestrum in transeuntes aquas et cum foenore recipietis (*illum*). (*nota*) Seminarii Moschorum; erigendum et quomodo.

23. Ut tamen illis quibus praefectus sum ecclesiis aliisque postmodum acquirendis (...)ibus more graeco consecrandis satis sim, humillime supplico Sanctissimo Domino Nostro ut aliquas reliquias sanctorum pro ecclesia Severiensium submittere dignetur. Tum hoc favore tum aliis (?) eandem ecclesiam aeternum sibi deve(...) (...) (*nota*) Reliquiae petuntur pro ecclesiis Ruthenis ad altaria consecranda.

(f. 398v) 24. Ad calcem huius memorialis addo, quod quidem inter praecipua esse debuit: Duo recentissime effugia inventa esse ad excusandas excusationes in auferendis negandis nostris.

Primum. Dum bona ecclesiarum Severiensium distrahunt et a nobis monentur, ut quae sunt Dei, reddant Deo, nos, inquiunt, quae sunt Dei Deo non negamus. Verum quae illa sint, quae hoc divino titulo gaudеant, scire desideramus. Et cum illis testes fide dignos, frequentia regista re-scriptaque regalia, famam denique publicam obiicimus, monumenta autographa nos ostendere iubent. Egregia sane illusio. Sciunt enim quod traditis ecclesiis in direptionem et flamas nullum penitus tale vestigium remansisse, et ideo impossibilia nobis imponunt. Quae quidem reparata essent aliquo modo possibilia, si nos ad metricas regias admittere vellent, admissos copias fundationum extrahere concederent, extractas publica fide sigilloque munire dignarentur, munita omnia benigne omnia audire studerent, audita in suo vigore sinerent permanere. Nunc vero negata licentia legendi metricas, negant quod inibi latet. (*nota*) Obiectum Latinorum, ne restituant bona Ruthenis, diluitur.

Secundum. Dicunt possessiones etiam esse necessarias palatino, nobilibus, militibus, reparando propugnandoque castro etc. Sed numquid hic mos fuit ab initio non dico Ecclesiae sed ipsius orbis, eorum qui sancte et feliciter pugnarunt pro domo Domini? Numquid, inquam, ex pellibus

¹⁰⁴ Ab alumnis Collegii Graecorum de Urbe, Adriano Podbereskyj et Raphaëlle Korsak; cfr. epistolas huius ultimi in *Epistolae Metropolitarum Kiovienium Catholicorum; Raphaëlis Korsak...*, Romae 1956, pag. 19, nr. 1 (1924).

sanctuarii fingeabant sibi tentoria? Numquid ex calicibus effingebant pocula? Sciunt haec optime. Sciunt quod Palatini Smolensenses erant ditissimi, nobiles locupletissimi, milites stipendiati, castrum munitissimum. Sed ideo scilicet erant divites, ideo locupletes, ideo praemiat, ideo munita omnia, sarta tectaque omnia, quia hilares suos datores difaciebat Deus, locupletabat, praemiat, muniebat Deus. Adeo ut per duodecim continuos annos a Mosco expugnari non potuerit Smolenscum, neque sane expugnaretur, nisi a quodam nobili Rutheno proscripto, scilicet Michaele Hlinski,¹⁰⁵ dolo caperetur. (*nota*) Aliud obiectum diluitur.

Addo denique: Quando, Deo iuvante, Varmiensis episcopatus a Gustavo armis recuperabitur certe non convertetur in palatinatum neque inter nobiles militesve distribuetur. Cur? Quia ecclesiasticus. Quare et nos a simili non possemus argumentari? (*nota*) Diluitur secundum per exemplum.

87.

Roma, 6. IV. 1628.

Ludovicus Ludovisi, Cardinalis, Meletio Smotricio: de eius professione fidei Catholicae.

SUSZA I.; *Meletius Smotriscius...* p. 108-109.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Conversionem D.T. sancta Congregatio de propaganda fide tanti fecit, ut non solum Illustrissimi ejus Patres plurimum de illa gavisi fuerint, sed spem non modicam conceperint, residuum Russiae, abjurato schismate, Sanctae Romanae Ecclesiae gratiam et communionem opera tua esse expetitrum. Certe, si a Ruthenis schismaticis diligenter factum hoc tuum examinetur, fieri non poterit, ut non magnopere commoveantur: dum animadventent doctissimum virum, renuntiatis omnibus, ad salutis portum Sanctae Romanae Ecclesiae transivisse. Quod attinet ad Dominationis Tuae petitiones, latissime per hunc veredarium scripsimus ad Metropolitanum Russiae, a quo D.T. scire poterit, et quae ad eas responsa dederit Sancti Officii Congregatio et plura alia simul intellegit, quae non modicam ei allatura esse consolationem speramus. Interim

¹⁰⁵ Michaël Hlinskyj erat nobilis ruthenus ex Magno Ducatu Lithuaniae, qui anno 1508 erat dux insurrectionis popularis contra dominium polonum; aufugit in Moscoviam, ubi expeditioni et bello moscovitico favebat, quod tamen bellum an. 1514 infelicem habuit exitum ad Oršam; noster Michaël fuit in locum custodiae deiectus (1514-1526), et obiit anno 1534.

officia nostra paratissima D.T. offerimus, cupimusque, ut si quid aliud a sancta Congregatione desiderat, illud nobis significet, quia nulla in re partibus nostris deerimus, ut cumulatissime tibi satisfaciamus. Vale.

Romae, die 6 aprilis 1628.

88.

Cholm, 20. IX. 1628.

Metropolita Kioviensis Nuntio Apostolico de modo solvendi contributa ecclesiastica in favorem Regni Poloniae.

ARCH. METROP. LEOPOLIEN., *Codex Santa Croce*, fol. 69.

Ill.me ac Rev.me D.ne, D.ne C.me.¹⁰⁶

Postquam accepi ultimas Ill.mae ac Rev.mae D.V. de data 13 Augusti et postquam audivi a Rev.mo coadiutore meo ea quae ipsi Ill.ma ac Rev.ma D.V. commisit oretenus referenda mihi, statim id significavi Rev.mis Coepiscopis meis, et quia res moram non patiebatur convocavi huc Chel-mam propinquiores, ad remotiores autem omnes, nemine excepto, litteras misi non vocando ad dictum conventum, neque enim erat possibile, ut ex tam remotis locis pro tam brevi tempore quale assignavi, trium solum modo hebdomadarum, convenienter. In hoc conventu, invocato auxilio divino, hoc decrevimus, ut quilibet ex Episcopis nostris secundum taxam, quam in charitate fraterna maiorem in praesentes quam in absentes constituimus, mittat ad me ante festum Circumcisionis Domini proxime venturum, sub poena duplicitis solutionis et censuris Ecclesiasticis. Post hanc designatam diem ego hanc summam mittere debo ad Ill.mam ac Rev.mam D.V. et proponere rationes a Rev.is Coepiscopis meis, qui huc convenerunt, propositas, quo dicta pecunia dari debeat, immediatene ad fiscum, an mediante Ill.mo D. Archiepiscopo Gnesnensi; has tamen rationes nostras iudicio et approbationi vel reprobationi Ill.mae ac Rev.mae D.V. subyiciemus et nunc subyicimus, certissimo scientes ea, quae ad auctoritatem Sanctae Sedis Apostolicae, etsi nos immediate subiecti sumus et esse volumus, sartam tectamque conservandam pertinent, Ill.mam ac Rev.mam D.V. invigilaturam, de quo fusius ille qui a nobis ad Ill.mam ac Rev.mam D. Vestram, Deo dante, mittetur; Et quia tempus duodecim et aliquid amplius septimanarum, antequam ista suum sortientur effectum, consumentur, supplicamus ut Ill.ma ac Rev.ma

¹⁰⁶ Ut videtur epistola data fuit ad Nuntium Varsaviensem, Antonium Santa Croce (1627-1630).

D.V. scribat ad Ill.mum D. Archiepiscopum Gnesnensem, significando animum nostrum promptum ad subveniendum necessitatibus Patriae, non posse autem tam cito propter distantiam locorum in quibus resident Episcopi nostri, ut taceam de egestate multorum ex nobis et de multis oppressionibus, quas omnes nostri Episcopi Ruteni in bonis suis patiuntur ab his et ab illis de quo tacendum satius in praesenti. Certe quibusdam ex Episcopis nostris facta est taxa imposibilis ab Ill.mo D. Archiepiscopo; ad me quidem Ill.ma D. sua nihil scripsit, ut dem ex Metropoleos meae redditibus; forte enim sciebat de tenuitate illorum et propter intercessiones aliquot Dominorum Senatorum Regni in his Comitijs, proxime praeteritis, interpositas, propter quas ab hac contributione iam liber eram; quia tamen videbam non posse colligi summam trium millium Florenorum, si ego nihil darem, propterea ego quoque taxam mihi imposui; malo enim ipse egestatem sufferre, quam ut desim publicae utilitati. Interim mea promptissima obsequia et Rev.morum Coepiscoporum hic praesentium, quorum nominibus et consensu praesentes litteras scribo, gratiae et patrocinio Ill.mae ac Rev.mae D.V. etiam atque etiam commendo.

Chelmae, 20 7-bris, Anno 1628.

Ill.mae ac Rev.mae D.V. humillimus Servitor

Josephus Velamin Rutschi,
Metropolita Chiioviensis totiusque Russiae

89.

(Ante 25. IX. 1628).

Meletii Smotryckyj discursus de missione in Graeciam, id est ad Montem Sanctum (Athos).

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 69 fol. 431rv (*copia*).

Discursus de missione ex Russia in Graeciam.

Scio nationem Graecorum partim odio fidei catholicae, partim bellis Latinorum contra Graecos esse valde aversam a Latinis, ut non facile inveniri possit modus ad ineundam concordiam. Quod experientia didicerunt clari illi viri, qui temporibus suis Unionem hanc sanctam po(st) longum schysma in partibus orientalibus renovare studuerunt, testes sunt Michael et Ioannes Palaeologi, Imperatores Constantinopolitani, qui cum essent imperatores et natione Graeci, habentes insuper non mediocre auxilium a patriarchis suorum temporum, hic a Iosepho, ille a Ioanne Beco, nihil tamen effecerunt. Tentare hoc hominibus alterius

nationis et inferioris gloriae, quam sit ipsorum natio, videtur tentari res impossibilis, et nunc vel maxime ex his tribus capitibus:

I. Quod unionem Graecorum cum Romana Ecclesia Turcae habent pro certissima coniuratione omnium christianorum contra Turcam.

II. Quod patriarcha modernus sit infensissimus Pontificibus Romanis, imo haereticus.

III. Quod tota plebs Graecorum, non solum spirituales, sed etiam saeculares, habent Latinos pro blasphemis haereticis, et maxime (quod ego probe novi) in collo Montis Sancti.

Et quamvis virtus Dei in infirmitate humana perficitur, nollem vel ipse desperare de successu huius negotii, vel alios desperare facere; dat enim subinde, Deo benedicente, una hora, quod multi anni dene-gant; tamen humano modo discurrendo, puto Ruthenis hoc non tantum, antequam universa Russia, Deo adiuvante, ad sanctam Unionem perducatur. Postea facilis tentari posse ingressus in Moschoviam, Moldaviam, Valachiam, Bulgariam etc. etc. homines non tantum eiusdem ritus sed et linguae, et quorum libri ecclesiastici sunt iidem, certior ibi spes felicioris progressus apparet, quam in Graeciam. Tandem facilitor reddetur via ad monasteria Montis Atho. Etsi modo a Monte S. incipere vellemus, non tamen distraheremus vires nostras aliqui debiles, ut nec in Russia faceremus aliquid solidi, neque in Graecia. Sed etiam impedimentum nobis poneremus, si forte intentum nostrum innotesceret ipsis, ut postea difficilis esset aditus tam ad ipsos, quam ad universam Graeciam. Haec igitur est mea sententia: Domi prius coniunctis viribus, non dividendo se huc et illuc, laborare, invocato auxilio Divino; postea ubi benedixerit Dominus Deus, ut in unum omnes coalescamus, et obedientiam Sanctae Sedi Apostolicae praestemus, facilis erit aggredi hoc aliud opus cum maiori apparatu et successu. Hoc negari non potest, quod Ruthenis facilis erit aditus ad monasteria Montis Atho, quia sunt aliqua (f. 431v) monasteria Ruthenorum et magnam conversationem cum Ruthenis habent, et elemosynas ex Moschovia (possent etiam esse ex Russia) habere solent. Sed et ad hoc necessarium est, ut multi ex Ruthenis sint periti linguae graecae, nunc autem non sint.

Concludo: Cum habeamus satis multa, quae agamus domi, nec habeamus vires sufficientes, non est cogitandum de externis, antequam curabuntur interna.

Discursus Meletii de missione ex Russia in Sanctum Montem. Die 25 Septembris 1628. Congr. 98.

90.

Vindobona, 30. IX. 1628.

Nuntius Caraffa Card. Ludovisio, de Simeone, ep. Valachorum Montis Feletrii, cui ep. Samandriensis praeficiendus in coadiutorem cum redditibus parochiae loci Coceviae; de informatione ulteriori a P. Methodo Terleckyj transmittenda.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 70 fol. 54-55 (orig.).

ŠIMRAK, p. 62.

Ill.mo e Rev.mo Signor mio Padrone Colendissimo.

Secondo li benignissimi comandamenti di Vostra Signoria Ill.ma che si è degnata impormi con una sua delli 9 del presente, devo riverentemente significarli che per quanto ho potuto sapere, il vescovo dato da Clemente ottavo alli Vallacchi di Monte Feletrio ha nome Simone, essendomi stato detto da alcuni che il titolo del suo vescovato sia di Roniszense,¹⁰⁷ ma credo che equivocano pigliandolo dal castello dove habita. Egli è poco o niente profittevole a quelli popoli per la sua semplicità e per la troppo vecchiezza. È di rito greco sicome sono tutti li popoli Vallachi a lui soggetti, non vi essendo alcuno di rito latino per quanto m'è stato referto. Non si pregiudicherà in conto alcuno alle sue rendite, con le quali si sostenta dandoseli per compagno il vescovo di Samandria, perchè questo sarà sostentato dalli frutti della parochia della città di Coccevia, ch'è alli confini di essi Vallacchi, non ci essendo in mezzo se non un picciol fiume, et esso Monsignor di Samandria haverà a novembre libero il possesso e li frutti di detta parrochia che ascenderanno almeno a 2 mila fiorini, se bene con peso di tener due cappellani di lingua todasca che con poco si (f. 54v) sostenteranno essendo in buonissimo vivere, havendo io aggiustato tanto con Sua Maestà per la nomina, come con il parochiano, che per non star bene ivi per alcune cause s'è contentato di rinuntiare, et io per suo honore e trattenimenti l'ho fatto fare cappellano di Sua Maestà, e verrà ogni volta che io lo chiamerò, et acciò Vostra Signoria Ill.ma habbi più distinta relatione di detti Vallacchi e suo vescovo, dovendo venir costà il sacerdote Methodio Terlecki¹⁰⁸ dell'Ordine di S. Basilio, uno delli due alunni Rutheni che stanno in que-

¹⁰⁷ Titulus hic non invenitur in elenchis hierarchiae catholicae; cfr. e.g. P. GAUCHAT, *Hierarchia Catholica*, vol. IV, Monasterii 1935 etc.

¹⁰⁸ Methodius Terleckyj, alumnus Collegii Vindobonensis, dein Missionarius Apostolicus in Montefeltro, demum Episcopus Chelmensis (1630-1648).

st'alunnato pontificio, li ho ordinato che arrivi sino colà, et informatosi bene del tutto faccia poi relatione a Vostra Signoria Ill.ma, havendoli però date mie patenti e passaporti, et ottenutoli simili dall'Imperatore. Devo ancora riverentemente soggiungere a Vostra Signoria Ill.ma, che in qualsivoglia caso che sarà, detta relatione non sarà se non bene pone in Coccevia detto Monsignore Vescovo di Samandria poichè egli senz'alcun ombra e scrupolo e senza sospetto alcuno potrà aiutare grandemente detti Vallacchi, essendo, com'ho detto, Coccevia alli confini di essi Vallacchi e però vi (f. 55) pratticano continuamente, con che a Vostra Signoria Ill.ma fo humilissima riverenza.

Vienna, li XXX di Settembre 1628.

Di Vostra Signoria Ill.ma e R.ma humiliissimo, obligatissimo, de-votissimo servitore

C.C., Vescovo d'Aversa.

(f. 55v) Die 24 novembris 1628. Congr. 100. Nr. 28.

91.

Bononia, 21. X. 1628.

I.M. Cariophilus, Archiep. Iconiensis, R.mo Ingolo, de scriptis Orientalium contra quasdam veritates fidei; datur excerptum ex epistola Ioannis, Metropolitae Russiae, circa baptismum.

APF, *Sor. rif. n. Congr. gen.*, vol. 3 fol. 197-198 (orig.).

Molto Illustrer et molto R.do Signor Osservandissimo.

Essendo arrivato in Bologna prima del Signor Cardinale¹⁰⁹ andai, per non perder tempo, nella libraria di S. Salvatore, et investigando trovai fra le altre un trattato di Theofilatto contra processionem Spiritus Sancti et a Filio, et altre simil cose, fra le quali una lettera responsiva a Papa Clemente (credo sia il quinto) di un certo Giovanni, Metropolita Rutheno.¹¹⁰ Questo, come tutti li schismatici, numerando li errori che gli parevano della Chiesa Romana, della Confermatione scrive quelle parole, che a Vostra Signoria mando registrate, perchè le mostri a Nostro Signore, che Sua Santità commandi sia espresso questo dogma del vero

¹⁰⁹ Forsan agitur de Cardinali Ludovico Ludovisi, Praefecto S.C. de Prop. Fide (1622-1631) vel de Francisco Barberino.

¹¹⁰ Metropolita Kioviensis Joannes, natione graecus (1077-1089), cui adscribitur quaedam epistola ad anti-Papam Clementem III (1080, 1084-1100). Cfr. textum epistolae in *Monumenta Ucrainae Historica*, vol. 8, pp., 215 nr. 1 (in appendice).

et ordinario ministro della Confermatione nella professione dell' Ethiopi.

Perchè li Orientali credono, che il sacerdote sia ministro ordinario, seguitando in ciò ancora le malignità di Fotio e suoi seguaci.

E se nelli santi pontefici antichi era tanto zelo che ad ogni modo volevano che li chresmati da sacerdoti si cresmassero da vescovi, perchè hora si ha da tralasciar di fargli almeno manifesta la verità? Dimane aspettiamo il Cardinale, et le baccio le mani.

Da Bologna, li 21 Ottobre 1628.

Di Vostra Signoria molto Illustrre e molto Rev.da servitore affetuosisimo

Giovanni Mattheo Cariofilo, Arcivescovo.¹¹¹

(f. 198) Ex epistola Ioannis Metropolitae Russiae ad Clementem Papam (ex antiquo ms. codice graeco monasterii Salvatoris Bononiae).

Τέταρτον ἀμάρτημα ὁ ἀναμυρισμὸς τῶν ἡδη βεβαπτισμένων καὶ μεμυρισμένων. Πᾶς γάρ καὶ τοῦτο οὐκ ἀτοπον, τοῦ ἱεροῦ συμβόλου τῆς πίστεως πάντοτε καὶ παρ ἐκάστου τῶν πιστῶν οὕτως ἐκφωνουμένου καὶ λεγομένου ὅμοιογῷ ἐν βάπτισμα εἰς ἀφεσιν ἀμαρτιῶν. Εἴ οὖν ἐν βάπτισμά ἐστιν καὶ ἐν ἄρια μύρον ἄγιον ἐπὶ τῷ αὐτῷ ὑπάρχει βαπτίσματι οὐ διηρημένως καὶ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ μετὰ τοῦ ἀγίου βαπτίσματος πρός τε τῶν ἱερέων ὅμοιώς καὶ τῶν ἐπισκόπων τελούμενον.

Quartus error est, iteratio unctionis iam baptizatorum et unctorum. Quid ne enim sit absurdum, cum sacrum fidei symbolum semper et ubi-vis et ab unoquoque fidelium ita recitetur et exprimatur: Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum. Si ergo unum esset baptismum, una ergo esset unctionis sacra in eodem baptisme; non divisim et alio tempore, sed eodem cum sacro baptisme et a sacerdotibus similiter et ab episcopis conficitur.

Iste Ioannes, Metropolita Russiae, scribens respondensque Clementi V, ut ex coniecturis colligi videtur, secutus est Photium, qui in sua encyclica ad patriarchas Orientis (f. 198v) (extat porro haec encyclica et in codice illo Bononiae, et Romae etiam habetur) scribebat contra Romanam Ecclesiam inter alia de iteratione confirmationis asserens, impium esse iterare confirmationem a sacerdote collatam; cum tamen per id tempus Nicolaus I preecepisset suis episcopis, ut consignatos a graecis sacerdotibus in Bulgaria ipsi consignantarent. Quod ergo Photius dixit impium, hoc Ioannes iste Ruthenus confirmans ait: sacerdotum et

¹¹¹ Caryofilus Joannes Mattaeus, Archiepiscopus Iconiensis (a die 8.VIII.1622); theologiae doctor in Coll. Graeco; facultatem obtinuit celebrandi tum ritu latino tum graeco; obiit Romae 23.5.1633.

episcoporum est similiter consignare. Ex quo liquet illos adversari definitioni fidei, quod solus episcopus sit ordinarius confirmationis minister.

Haec Graeci a maioribus schismaticis accepta mordicus tenent. Proinde necessarium videtur, ut in professione fidei Orientalium apponatur expresse, tanquam dogma fidei, quod solus episcopus etc.

(f. 200v) Bologna, 21 Ottobre 1628. Mons. Arcivescovo d'Iconio, 12 Decembris 1628. Congr. 102.

92.

Bilopole, 4. XI. 1628.

Metropolita Kioviensis mittit Romam librum M. Smotryckyj et enarrat eius difficultem vitam.

ARCH. METOP. LEOPOLIEN., *Codex Santa Croce*, vol. n.n.

Ill.me ac Rev.me D.ne D.ne Colendissime.

Mitto librum Rev.mi Meletij Smotricij, quondam Anthesignani Schismaticorum,¹¹² de cuius conversione iam antea scripsi Ill.mae ac Rev.mae D.V., et ad Sanctam Congregationem de Propaganda fide;¹¹³ in hoc libro clare aperuit se esse Catholicum, et propterea multa passus est Chioviae¹¹⁴ ferme usque ad mortem: Nihil deerat ex parte Schismatistarum ad inferendum mortem ipsi, sed forte necdum meruit coronam Martirij, amplius ipsi certandum erit, ut eam obtineat. Modum processus, qualis fuerit in conciliabulo ipsorum Chioviae, brevi mittam ad Ill.mam ac Rev.mam D.V., ut interim prodeat in lucem protestatio ipsius contra Schismaticos, ex qua Ill.ma ac Rev.ma D.V. intelliget perfecte omnia. Hunc librum, quem modo mitto, si scire vellet Ill.ma ac Rev.ma D.V., quid in illo contineatur, iubeat aliquem Theologum legere et sibi referre.

¹¹² Meletius Smotryckyj, pseudo-Archiepiscopus Polocensis (ab anno 1620) et simul ad an. 1627 acerrimus polemista anticatholicus, qui plura edidit opera; post suam unionem cum Ecclesia Catholica (an. 1627) multa scripsit opera in defensionem fidei catholicae et unionis ecclesiasticae (cfr. notam 100); an. 1631 obtinuit a Sede Apostolica titulum Archiep. Hieropolitani; obiit die 23.IX.1633 in odore sanctitatis. Cfr. eius litteras in praesenti volumine.

¹¹³ Cfr. *Epidotiae Metropolitae Kioviensis Josephi Velamin Rutskyj* (1613-1637), Romae 1956, pag. 195-6, nr. 90, 91.

¹¹⁴ Praesertim annis 1628-1629 in synodo non Unitorum Kioviensi, in qua mortem ei eius inimici parabant, nisi suum catholicismum abjuraret, quod et fecit, periculo mortis perterritus, de quo poenitentiam egit et in Ecclesiam Catholicam iterum fuit receptus.

Interim me meaque omnia patrocinio et sollicitudini Ill.mae ac Rev.mae D.V. etiam atque etiam commendo.

Datum Bialopoli, die 4 Novembris, anno 1628.

Ill.mae ac Rev.mae D.V. humilis Servitor

Josephus Velamin Rutsch,
Metropolita Chioviensis totiusque Russiae

93.

Anno 1628.

*Leo Kreuza, Archiep. Smolensensis, Sigismundo III, Regi Poloniae:
Puncta memorialis de ecclesia cathedrali Smolensensi Unitis restituenda.*

APF, Ser. rif. n. Congr. gen., vol. 69 fol. 477-478 (*copia*).

Puncta memorialis ab Archiepiscopo Smolensensi Serenissimo Regi Poloniae oblati.

Ecclesia cathedralis Smolensensis B.mae Virginis ante quingentos circiter annos a Vladimiro Vsevolodi filio,¹¹⁵ secundum Strikovium lib. 5, cap. 4, et Annales Moschoviticos, erecta, pro religione ritus Ruthenici catholici relinquatur, cum hoc magnum scandalum ingerat Moscis et illos in errore confirmat, quorum hic est communis opinio, quod latini velint omnino illorum ecclesias tollere vel in suas convertere. Idem etiam cedit in magnam populi illius a Ser.mo principe Vladislao aversionem, quem illi in dominum eligentes hoc imprimis caverunt, ut ecclesiae omnes et bona illarum illaesa ac intacta manerent: quod bonae memoriae D.nus Stanislaus Zolkiewski, generalis dux exercitus Poloniae,¹¹⁶ cum toto exercitu literis compromisit, quas etiam nunc iidem iactant. Non possumus contrarium illis persuadere ratione illa *Victor dat leges*. Optime enim Annales suos Ruthenos sciunt perhibere. Dicunt plures magni ducatus duces armis Smolenscum recuperasse, ecclesias tamen in integra omnium bonorum suorum possessione reliquisse, licet ipsi ritus latini fuerint. Prout ante ducentos annos Vitoldum,¹¹⁷ magnum ducem Lithuaniae et Georgium Svetoslavii filium, patruellem suum, magna sanguinis effusione Smolenscum recuperatum fecisse constat, quorum tamen uterque ecclesias immunitate sua gaudere fecit. Polocia etiam, a Stephano Rege¹¹⁸ recuperata

¹¹⁵ Volodimirus Vsevolodovič Monomach, magnus Dux Kioviensis (1113-1125).

¹¹⁶ Stanislaus Zolkiewski, magnus dux exercitus Poloniae (1605-1620) et Magnus Cancellarius (1618-1620). Occisus in pugna cum turcis apud Cecoram an. 1620.

¹¹⁷ Vitoldus Keystutowicz, magnus dux Lithuaniae (1392-1430).

¹¹⁸ Stephanus Bathory, rex Poloniae (1575-1586).

recenti haeret memoria, in toto tamen amplissimo palatinatu Polocensi nulla ecclesia ritus graeci in ecclesiam latinam conversa est; episcopatus Ruthenus cum suis bonis illaesus mansit, licet ad Patres Societatis omnia bona monasteriorum in (f. 477v) ritu graeco palatinatus dicti, plura millia annua reddentia, pro Collegio illorum Polocensi devoluta sunt. Nunc demum Mosci, audientes ecclesiam cathedralem ritus sui pro ecclesia latina offerri, mirantur admodum et in nos Unidos tanquam authores huius odiosae translationis culpam coniiciunt, et proinde a nobis ac Unione cum magno salutis suae dispendio alienantur. Eadem ecclesiae ablato timendum ne in magnam cedat Smolensci vastationem, imo totius Severiae: vulgus enim intelligens ecclesiam suam cathedralem, in qua plurimi sui duces ac archiepiscopi sepulti sunt, ad latinos devolvendam, exulcerantur, cum re ipsa in eadem viderint introductos latinos timendum vehementer, ne doloris magnitudine praevalente in ultorem (alienam ditionem) sese conferant Moschoviam, et, quod Deus avertat, ipsos etiam dominos captivos ducant, qua de causa iam magnus Dorohobusi excitatus fuit tumultus, et fere omnes cives et pagani limites suos excedere meditabantur, nisi capitaneus Dorohubensis sua prudenter contrarium persuasisset, totaque serie ad me devoluta eo me perduxisset, ut meipsum obligarem, quod de dicta cathedra Ser.mo Regi essem supplicaturus, et revera in maiorem Ser.mae Maiestatis cederet commendationem, si pro futuro ritus latini episcopo Smolensensi novam ecclesiam, palatio suo contiguam, erigere dignaretur.

Ut fundatio Smolensensis episcopatus melioraretur, nam annuus nunc reditus trecentos vix florenos, centum scuta Romana adaequat, Ser.mus in cambium pagi cuiusdam episcopo Rutheno ablati, instante Metropolita promisit villam quandam, Vysokie dictam, in qua illo tempore centum quinquaginta rustici numerabantur. Sed quod nostrum est infortunium, expedito post annum pro me privilegio alibi (f. 478) longe inferior in meam assignata est portionem, dicta vero villa pro episcopo ritus latini relicta. Supplico igtur Serenissimae Maiestati, ut in dictum cambium aliam villam, Zalesie dictam, quam 42 non plures colunt rustici concedere dignetur.

Ante recuperatum Smolenscum 100 inibi presbyteri et ecclesiae collegiae tres, ultra ecclesiam cathedralem quartam, inveniebantur, qui omnes honestissime sustentabantur; nunc vero nullum inibi omnino sacerdotem habeo nec habere possum, cuius ea est causa, quod omnia omnium ecclesiarum bona sint ablata et pro presbyteris quo viverent nihil omnino relictum, magno dolore et quaerelis hominum ritus graeci, qui ut oves errantes absque pastore, absque confessione et aliis Sacramentis

ex hac vita decedunt, alii vero hoc ferre non valentes magno damno civitatis Smolensensis ad alias sese conferunt civitates.

Campanis etiam Ruthenarum ecclesiarum inter alios distributis, pro nobis nulla relicta est. Supplico igitur Serenissimae Maiestati, ut nobis mandet dari campanam quandam sub dio iacentem, ante trecentos annos ecclesiae Salvatoris per Theodorum Iaroslai filium, Smolensensem ducem, donatam.

(f. 478v) Puncta memorialis ab Archiepiscopo Smolensensi Rutheno Serenissimo Regi Poloniae oblati.

Summa huius in scripturis datis Ill.mo D.no Card. Ubaldino habetur. Die 5 Septembris 1628. Congr. 97.

94.

Roma, 21. I. 1629.

Fr. Ingolus L. Azzolino, Ep. Ripano, de matrimonii clandestinis Ruthenorum.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 4, fol. 238 (orig.).

Ill.mo e R.mo mio Signor, Signore Osservandissimo.

Essendo all'ordine il Padre Maestro di Sacro Palazzo e Mons. Oreggi nel negotio di matrimonii clandestini de Rutheni uniti,¹¹⁹ desidera il medesimo Maestro, che si congreghiamo inanzi di Vostra Signoria Ill.ma nel giorno et hora che le saranno commodi, e se le paresse a proposito, che ciò facessimo lunedì, a 21 hora, si compiacerà Vostra Signoria Ill.ma di significarmelo sotto questa medesima poliza, e poi di far saper lo stesso al sudetto Padre et a Mons. Oreggi, poichè a lei per la vicinanza loro sarà più facile, ch'a me far quest'intimatione. La supplico a non ricusar questo trattenimento, poichè sarà per servitio di Dio, a cui dobbiamo tutto, e per salute d'una chiesa così grande, com'è quella di Rutheni uniti e conseguentemente sarà un'occasione di meritare, e con questo a Vostra Signoria Ill.ma bacio humilmente le mani.

Di casa, li 21 Genaro 1629.

(P. S.) Farò saperlo al Padre Maestro del S. Palazzo et a Mons. Oreggi per lunedì alle 21...

¹¹⁹ Quaestio posita fuit et originem dicit a Synodo Kobryneni an. 1626; Sedes Apostolica conabatur dispositiones in materia ad formam Concilii Tridentini reducere. Cfr. Breve Apostolicum de dat. 12.12.1629 in *Documenta Pontificum*, vol. I, pag. 475; nr. 408.

Di Vostra Signoria Ill.ma e R.ma humilissimo e devotissimo servitor
Francesco Ingoli.

(f. 239v) All'Ill.mo e R.mo mio Signor sempre osservandissimo Mons.
Azzolino, Vescovo della Ripa. A Palazzo. (L.S.).

95.

Roma, 30. I. 1629.

Relatio, a R.mo Ingolo scripta, de deputatione episcopi Samandriensis in Visitatorem Ap. Valachorum Montis Feletrii.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 70, fol. 58-59; *ibid.* fol. 69-70.
ŠIMRAK, p. 64-65.

Relatione degl'Uscochi del Monte Feletrio e della provisione che si pensava di fare.

Gli Uscochi o Vallachi del Monte Feletrio ne' confini della Croatia saranno in numero di 60 mila, e per alcune relationi havute ultimamente, sono del rito greco. Da Clemente VIII li fu dato un vescovo, ma non s'è potuto sapere, ne ritrovare il suo titolo. Questo vescovo al presente è vecchio, e non potendo attendere alla cura di quei popoli, si sono in essi intrusi varii sacerdoti greci scismatici e latini apostati, di maniera che le cose di quella chiesa passano male.

Si pensò dalla Sacra Congregatione di mandar alla cura dell'i sudetti Vallachi, che sono di lingua illyrica, il vescovo di Samandria della medesima lingua, che non può più ritornar a Belgrado, sua residenza, per proveder poi questa città d'altro soggetto più a proposito; e si scrisse al Nuntio di Germania Caraffa che ne trattasse coll'Imperatore, il qual approvò il pensiero. Ma essendosi replicato al Nuntio sudetto che (f. 58v) bisognava proveder il vescovo di Samandria, acciò si potesse sostentare, senza levar cosa alcuna al vescovo di Chelma, il Nuntio trattò di nuovo coll'Imperatore, il qual si contentò di far il curato di Cocevia, vicina alli detti Vallachi, suo capellano, e di dar la parochia, suo iuspatronato di 2 mila fiorini di rendita, con peso però di tener due capellani di lingua tedesca, al sudetto vescovo di Samandria, e finalmente il medesimo Nuntio alli 14 Ottobre 1628 scrive queste precise parole: A Monsignor mio successore ho dato nota di tutti li negotii della Sacra Congregatione et in particolar di quello del vescovo di Samandria, qual venendo sarà subito messo al possesso della parochia di Cocevia, essendo il tutto apparecchiato.

In un'altra lettera prima scrisse il medesimo Nuntio, che per informarsi meglio, se quelli popoli erano di rito greco insieme col vescovo vecchio e dello stato di quella chiesa, havea con viatico dell'Imperatore

spedito il Padre Mettadio, Rutheno unito,¹²⁰ alunno del Collegio pontificio di Vienna per il suddetto Monte, con ordine che di là passasse a Roma per informar pienamente la Sacra Congregatione. S'aspetta adesso questo Mettadio.

(f. 59v) Die 30 Ianuarii 1629. Congr. 104.

96.

Roma, 6. II. 1629.

Fr. Ingolus L. Azzolino, Ep. Ripano, de matrimonii clandestinis Ruthenorum; de transitu Ruthenorum in ritum latinum.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 4, fol. 210rv.

Ill.mo e R.mo Signore, Signor Osservandissimo.

...Mons. Pauluzzi è stato da me per il negotio de matrimonii de Rutheni, e vorrebbe, che si rivedesse nella medesima congregazione del Concilio. Tuttavia mi rimetto alla somma prudenza e giuditio di Sua Santità poichè sum functus officio meo, se ben (f. 210v) mi soviene di raccordar a Sua Beatitudine che havremo anche, in eseguir il decreto della Congregatione del Concilio, grand'impedimento dal Re di Polonia che non vorrà se gli si mettino sosopra, e gl'Uniti, e li scismatici, che sono in tanto numero, e Sua Santità sa che 'l re medesimo non volle che si publicasse il decreto de prohibito transitu Ruthenorum unitorum ad ritum latinum, e pur quello era in comparatione di questo della Congregatione del Concilio una cosa minima. Vostra Signoria Ill.ma col secreto apposto a questo negotio comunichi a Sua Santità et all'Ill.mo Signor Card. Barberino, patrona, questa polizza, perchè, come vede, il negotio importa troppo, e con questo a Vostra Signoria Ill.ma bacio humilmente le mani.

Di Casa, li 6 Febraro 1629.

Di Vostra Signoria Ill.ma e R.ma humilissimo e divotissimo servitore
Francesco Ingoli.

(f. 211v) Poliza a Mons. Azzolino, li 6 Feb. 1629.

97.

Roma, 4. VI. 1629.

Sententia Fr. Ingoli, Secretarii S. Congr., super negotio synodorum mixtarum (Unitorum et non Unitorum).

¹²⁰ Methodius Terleckyj, alumnus Coll. Vindobonensis, dein Missionarius in Montefeltro et demum Episcopus Chelmensis unitus (1630-1648).

APF, *Scr. rif. Congr. gen.*, vol. 337 fol. 440-442.
SMURLO, *Le Saint-Siège*, II, p. 47-50.

PARERE DELL'INGOLI NEL NEGOTIO DE SINODI RUTHENI

In questo grave negotio sono stati d'accordo tre cardinali e due prelati col Padre Horatio Giustiniani, che si deva prima scriver al Nuntio per sapere le materie, che ne' Sinodi Ruteni s'hanno da trattare, e le domande che vogliono fare gli scismatici.¹²¹

L'Ingoli solo è stato di contrario parere, che sia bene di dar ordine, che detti Sinodi si faccino, con mandar al Nuntio una buona istruttione del tenore che si dirà più abbasso. Le ragioni dell'Ingoli che qui solamente si rappresentano, perchè vi si faccia il debito reflesso, e non per opporsi al giudizio di tanti Signori, sono:

Perchè non si deve lasciar passar occasione così opportuna e desiderata per molto tempo, come scrive il Metropolita,¹²² d'abboccarsi in una Sinodo colli Rutheni scismatici per disingannarli; che Dio sa quando verrà più, se questa si trascura o differisce con chiedere quanto ha ordinato la Congregatione, il che facilmente parerà superfluo l'appoggio del Re e de grandi, e per la dottrina de' nostri e l'ignoranza degl'avversari.

Non osta, che non si ponno trattar in Sinodo provincial li dogmi già deffiniti nell'universale. Perchè con l'istruttione che si darà al Nuntio, si eccettuerà questo punto, come si dirà più abbasso.

Non osta, che questo negotio è immaturo e senza dispositione, e che convien prima di maturarlo e dispornelo, con scriver al Nuntio, come si fà. Perchè essendo noi informatissimi delle cose che convien di significar al Nuntio per indirizzar dette Sinodi, potiamo con un'istruttione del seguente tenore mostrar come s'habbia da governar, nel maturare e disporre le materie da trattarsi nelle dette Sinodi, di maniera, che sia per riuscir l'effetto che si desidera, o almeno non riuscendo, ch'abbiamo almeno sodisfatto al debito nostro in haver con li modi possibili procurata la salute di tante anime.

ISTRUTTIONE BREVE PER IL NUNTIO, CHE SI POTRÀ POI IMPINGUARE.¹²³

¹²¹ Pro dolor, sententia Secretarii non praevaluit, et proinde Nuntio Varsaviensi data fuit « instructio », ut Synodum communem Unitorum cum non Unitis prohiberet, quod conamen hoc impedivit; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 78-80, nrr. 127, 128.

¹²² Cfr. *Epistolae Metropolitarum Kiovienium*, vol. I, Romae 1956 (Epistolae Metrop. Rutskyj).

¹²³ Cfr. *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 89-92, nrr. 139, 140, 141, de dat. 30.VI.1629 et 6.VII.1929.

(f. 441v) Primieramente, Vostra Signoria accetterà il partito di far le Sinodi e provedrà, che la convocatione si faccia con l'autorità di Nostro Signore, la quale con un Breve se le darà; e procurerà, che 'l Re in tal convocatione non habbia parte, se non quella dell'assistenza con la sua autorità e con l'armi, per impedir le turbe e tumulti, che potessero nascere nelle Sinodi.

1. Prima di convocar l'universale degl'Uniti e Scismatici, Vostra Signoria procurerà, che si faccia la particolar degl'Uniti inanzi l'altra particolare de Scismatici, et in questa farà deputar un vescovo e sarà quello d'Vladimira¹²⁴ dottissimo, et uno, o due altri monachi over Archimandriti de più dotti allevati nelli nostri Collegi; e questi li manderà alla Sinodo de scismatici, nella quale dopo sentite le proposte de scismatici, dovranno loro significare che volendo essi scismatici nella Sinodo universale trattare de' dogmi già deffiniti nel Concilio Fiorentino, non occorre, che detta Sinodo si faccia, prima, perchè non convien, ch'un Sinodo così picciolo e particolare riveda le cose determinate da una Sinodo universale. Secondo, perchè se ben volessero trattar delli detti dogmi, non potrebbero far alcuna deffinitione per diffetto d'autorità e podestà, essendo tali materie improportionate a Sinodi particolari; se poi intendono di trattar dell'Unione, e modi di farla con la Chiesa Romana, dovranno gl'Uniti costituirsi rei, e non attori per avvantaggiar le cose nostre e proporre loro l'unione e conditioni con le quali nella Sinodo Brestense si fece la prima unione, e poi invitarli ad accettar quella nella medesima maniera, overo s'havranno contro (f. 442) di essa alcuna difficoltà, la propalino, che se li darà sodisfattione o se gli farà dare, contendendo nella licenza del Re, e nelle lettere del Nuntio e del Metropolita le materie che si desiderano sapere.

2. Perchè di questo parere è il Metropolita suddetto et il suo agente qui,¹²⁵ il qual più volte ha detto, che gli scismatici havrano solo difficoltà nel primato del Papa, poichè negl'altri punti hanno mostrato di facilmente ridursi a tener il già determinato nel Concilio Fiorentino, e finalmente ciò è parere del (f. 440v) Re, come mostra nella sua licenza, al qual si deve molto deferire per esser persona tanto savia, cattolica, e che desidera l'unione e la favorisce, et è tanto informata delle cose del suo regno, nel qual ha regnato per passa 40 anni.

3. Perchè non possono prevaler gli scismatici ne per voti, perchè

¹²⁴ Joachimus Morochovskyj, Episcopus Volodimiriensis (1613-1631).

¹²⁵ P. Nicolaus Nowak, Procurator negotiorum Ecclesiae Ruthenae in Urbe (1626-1633).

sono solo 4 vescovi e li uniti 8, ne per dottrina, perchè non hanno soggetti, come gl'Uniti, che n'hanno tanti allevati nelli nostri Collegi di Vilna, Olmutz, Vienna, Brusberga e di Roma, e finalmente hanno perduto il più valoroso, ch'havevano, cioè Meletio,¹²⁶ Arcivescovo Polocense.

4. Perchè al presente si sono convertiti dal Metropolita il duca d'Ostrog, Zlavicense,¹²⁷ e diversi Palatini signori grandi, che uniti col Re daranno gran valore alla sinodo a favor degl'Uniti.

5. Perchè nella Sinodo Brestense, ordinato da Clemente VIII per unione dellì già Uniti, s'è veduto l'effetto buono, che tal adunanze producono coll'assistenza del signor temporale, e pur in quel tempo li suddetti duchi et altri palatini erano scismatici.

6. Et ultimo. Perchè se non si piglia al presente quest'occasione, la qual facilmente svanirà, se si differisce per voler saper prima le domande e li trattati, li Rutheni scismatici, sapendo d'haverle significate nel memoriale, sopra il qual è stata spedita la suddetta licenza dal Re, giudicheranno che il chiederle di nuovo sia un sutterfuggio per non venir al Congresso, e con ragione si doloranno, che li cattolici non gl'abbino voluto sentire contro l'uso de tempi andati, che sempre dalla Chiesa si sono sentiti gl'heretici e scismatici nelle Sinodi; che gl'Uniti habbino havuto timore (f. 441) di perdere in simili Congressi, perchè diffondono il falso, e finalmente che vogliono, che le cose loro siano credute non per via di scritture, e de Padri, e Concilii, ma perch'essi lo dicono, con li quali pensieri fermeranno maggiormente li popoli nello scisma.

Non osta, che questi Congressi con scismatici siano pericolosi, perchè il pericolo è incertissimo, et il guadagno è più verisimile per Roma, ecettuando sempre la materia de dogmi, intorno alla quale non occorre di parlare, se non in quanto volessero non disputare, ma essere istruitti della verità cattolica. E potranno anche soggiunger, che se le paresse, che lor fosse bisogno d'altre gratic concernenti le loro persone, come di titoli vescovili, per non restar coll'ordine episcopale senza dignità, gl'aiuteranno presso Nostro Signore, acciò si ritrova ripiego, o con titoli in partibus infidelium, almeno sinche vachino delle sedi Ruthene, o in altra maniera.

Disposte che saranno le materie nella Sinodo particolare de scismatici nella maniera sopradetta, cioè che non s'habbia nell'universale

¹²⁶ Meletius Smotryckyj, pseudo Archiepiscopus Polocensis, qui Ecclesiae Catholicae nomen dedit an. 1627. Cfr. de eo notas praecedentes nnr. 100, 112.

¹²⁷ Dux Alexander Ostrozkyj-Zaslavskyj, qui in programmate Synodi communis intermediarium agebat.

da trattar de' dogmi, se non come s'è detto per esser istrutti, e che s'habbia da discutere li modi e conditioni dell'unione, si potrà con autorità di Nostro Signore convocar la detta Sinodo universale, nella quale potrà Vostra Signoria assistervi, ovvero in luogo suo qualche vescovo dotto di Polonia insieme col suffraganeo di Vilna,¹²⁸ et anco, se dal Re si giudicherà a proposito, con uno o due altri vescovi latini, come si fece nella Sinodo Brestense.

(f. 442v) Die 4 Iunii 1629. Die 29 Iunii 1629. Congr. 111.

98.

In Russia, 30. X. 1629.

Meletius Smotryckyj, nomine Ruthenorum non unitorum, Cyrillo Lucaris patriarchae: insistit, ut eos certiores faciat de legitimitate separationis Ecclesiae Graecae et Latinae, circa quinque puncta divisionis in concilio Florentino definita.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 132 fol. 321rv. 325-327v (copia).

G. HOFMANN, *Patriarch Kyrillos Lukaris und die Römische Kirche* (Orientalia Christiana XV- 1, nr. 52, 1929), p. 75-87.

MUH, vol. II, p. 98, nr. 60.

Sanctissime D.ne, D.ne, Pater Archiepiscopae Constantinopolitanae, Novae Romae et oecumenice Patriarcha, D.ne Pater in Spiritu et Pastor noster summe honorande.

Nos ratione praeditae gregis Iesu Christi, sanguine eius ss.mo empta, pastoratui tuo in gente Rossiaca creditae oves, debita humili et submissa filiali ad pedes tuos prostratione nostra, et honorifica venerabilis manus Sanctitatis Tuae exosculatione praemissa, salutem animae et corporis sanitatem, pacem, tranquillitatem, longaevitatem et rectam verbi evangelicae virtutis interpretationem, a principe pastorum Iesu Christo, SS.mo Tuо pastorali culmini, tota anima nostra intime precamur.

In negotio salutis nostrae ad Sanctitatem Tuam scribentibus nobis impendet vitandum ne aut in ambages, aut ambiguities rerum et verborum ultiо impingamus; siquidem uterque iste scopulus vel Tuae Sanctitati taedium, vel negotio nostro obscuritatem, et inde optati a nobis eius finis prolongationem et retardationem efficere posset. Verum expedit nobis rem de qua cum Tua Sanctitate sumus expostulaturi, simpliciter proponere et evidenter exponere, ut sic et nos id quo monemur et urgemur, Sanctitati Tuae clare explicemus, et Sanctitas Tua, re negotii nostri

¹²⁸ Georgius Tyškevych, Ep. Methonensis et Coadiutor Vilnensis (1627-1634), de-
mum et ipse Ep. Vilnensis (1648-1656).

bene intellecta, vicissim simpliciter, evidenter, clare et aperte ad spiritum nostrum rescribat, ad interrogatum respondeat et petitioni nostrae vel permittendo, ut Pater et D.nus noster, vel manu ducendo, ut dux et pastor noster annuat. Siquidem res, quam a Tua Sanctitate nobis concedendam exposcimus, nec nova est inter Orientalem Ecclesiam et Occidentalem, nec talis est, ut sine illa et Sanctitas Tua et nos, si corporis ratione spectemus, honorifice, si vero spectemus rationem animae, salutariter vivere possimus.

Nos dicemus, a tempore actae in patria nostra ante aliquot super triginta annos Berestensis Synodi, cui inter caeteros et Sanctitas Tua interfuit, et ex parte nostra ea dignitate, qua tum ornatatur, praefuit. Nec dicemus a tempore celebratae in Italia prope ducentos annos Florentinae Synodi, cui et antecessor tuus piae memoriae Iosephus patriarcha Constantinopolitanus intererat, et Orientalibus praeerat. Sed ab illo ipso tempore, ex quo inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam intercessit et hucusque perdurat maledictum schisma, gens nostra Rossiana, olim apud omnes christianos fide orthodoxa laudabilis, omnibus adiacentibus sibi dominiis, principatibus et regnis viribus suae potentiae terribilis, magnificentia sua splendida, mirum in modum conspicua, bene ordinato ecclesiastico regimine excellenter decora, servitiis, pietate, sanctimonia abundans, clara, perillustris, ab omnibus ac singulis istis suis ornamentis, quasi sui ipsius obliterata, recedere, singulis exuli, omnibus destitui coepit, ita ut libero sui iuris principatu brevi amissio, populoque isti, cui olim terrori fuit, facta contemptui, in dies in Ill.mis principum, magnatum, nobilium familiis decresceret, minueretur ac pessum daretur. De iuribus, legibus ac libertatibus suis spoliata, eousque hoc nostro tempore miseriae deveniret, ut civili conditioni dedita, ab officiis praetoris, a libero mercatu, a tribubus artificum in multis, iisque praecipuis Rossiae civitatibus sit amota; in statu autem nobilium, magnatum et principum, positae quamvis praefecturae quaedam terrestres, titulares (ut aiunt) non etiam virtuales, sint accessibiles, sedes tamen senatoria plane inaccessa. Episcopus legitimi iuris nobis unus, et is pene ultimus. Sacerdotes nostri aeque ut alii mancipati rustici census solvunt, tributa pendunt, vehiculariam servitatem et cursoriam obeunt, et omni contemptui magna cum sua ignominia sunt expositi. Omnia autem ista non ob aliam causam gens nostra patitur, quam ob causam (ut diximus) maledicti schismatis, ob causam divisionis, separationis et disternitionis Ecclesiae Orientalis ab Occidentalibus; ab eadem in Orientali nostrae Rossianae.

(f. 321v) Qua causa stante, stare forsan necessum erit et gentis nostrae illum talem contemptum in spiritualibus simul et saecularibus,

in statu utroque, nobili et plebeio. Praetenduntur etenim et exequuntur in nos iura caesarea, in haereticos et schismaticos lata. Et quamvis haereticos nos esse schismaticos nec concedamus, nec demus, illi tamen pro eiusmodi nos habent, et ut tales contemnunt; utrumque esse autem id nos ita demonstrant. Quod videlicet nos monarchalem hierarchiam ecclesiasticam non agnoscamus, notamur inde schismatici; et in fidei dogmatibus ab Ecclesia Romana quod dissentiamus, censemur exinde haeretici, utpote, qui iam in Synodo Florentina, ab utraque parte, graeca et latina, et consequenter a tota sancta catholica Ecclesia cum praesentia Spiritus Sancti sunt considerata, ventilata, conciliata et in unitatem ac concordiam confessionis adducta fidei dogmata non credamus, non confiteamur, nec recipiamus, sequuti in hoc Ecclesiam Graecam, quae obrepertas istas inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam fidei articulorum differentias non modo defendit ac tuetur, sed etiam aliter sentientes, credentes, confitentes, quam sentit, credit, confitetur illa λατινόφρονας (*in margine*: latinizantes) per contemptum vocat et anathemare ferit. Cuius exemplo et nos cum magna amicitiae, gratiae et bonae conversationis hominum istorum, inter quos et quibuscum in uno regno degimus, et quorum iuribus, legibus, libertatibus et privilegiis gaudere quaeritamus offensione et indignationis ac detestationis incursione, singulis annis, dominica prima magnae quadragesimae idem ipsum factitamus, sequuti in hoc (ut diximus) magis consuetudinem Ecclesiae Graecae, quam rationem. Nam Synodus Florentinam celebratam et unanimi Graecorum et Latinorum consensu (excepta una vel altera ex Graecis contradicente persona: prouti fere in singulis Conciliis accidisse constat) in pace et charitate fraterna inchoatam, actam, finitam, et conclusam fuisse, inficiias ire non possumus, testibus fide dignis non tantum Latinis et Germanis historicis obsistentibus, sed etiam Graeco chronographo, qui eo tempore ipso vixit, Laonico Chalcocondila, nec non ipso etiam Marco Ephesio, qui in scriptis suis adversus concordiam et unionem Graecorum cum Latinis in Synodo illa initam editis nulla prorsus mentione facta coactionum et compulsionum violentarum, quasi Graecis a Latinis illatarum (quemadmodum id a quibusdam nostratium, ex quibusdam Graecis obscuris authoribus circumfertur, et pro veritate ventilatur) Synodus illam in pace et charitate, unanimi omnium concordia, excepto illo solo contumaci, celebratam, finitam et conclusam fuisse non diffitetur. Trutinata autem in Synodo illa fidei dogmata controversa, quae inter Orientalem Ecclesiam et Occidentalem intercessere, sic unanimiter et concorditer sunt definita, stabilita et in Spiritu Sancto obsignata, ut si quis imposterum, vel ex Graecis, vel ex Latinis, imo ex Orientali vel Occidentalni Ecclesia adversus illa opinaretur quid, crederet, confiteretur,

non modo schismaticus, verum etiam haereticus et haberetur ab omnibus et vocaretur. Quod cum nos gens Rossiaca, Orientali Ecclesiae incorporata, faciamus et quasi ex anthitesi placitis et institutis Synodi illius adversemur, et illam ipsam ληστρικήν (*in margine*: latrocinalem), pyraticam sine ulla probabili ratione vocitemus, non immerito sane schismaticorum et haereticorum nomen et ignominiam incurrimus, ferimus, et sub vigorem et rigorem legum in schismaticos et haereticos ab Imperatoribus Graecis latarum cadimus. Ad eum modum cohabitatores nostri, Romanae obedientiae homines, utrumque illud in nos probant et demonstrant, videlicet, nos (ut paulo superius diximus) et schismaticos esse et haereticos. Est in synodo illa expressis verbis de monarchia hierarchiae Ecclesiae sancitum fidei dogma: et omnium christianorum pater et doctor, in universum orbem primatum habens ἀρχιεπεύς (*in margine*: pontifex) agnitus est et confessus episcopus Romanus, veluti beati apostoli Petri successor et Christi Iesu vicarius genuinus. Quem omnibus praeteritis christianitatis saeculis, S. Ecclesia nostra Orientalis in suis ecclesiasticis sermonibus (f. 325) et hymnis agnoscebat et profitebatur, agnoscit etiam nunc et profitetur esse σύνθρονον (*in margine*: consessorem) beato apostolo Petro illius primatu ditatum, patrem et archiepiscopum et patriarcham non unius alicuius civitatis vel provinciae, sed πάσης τῆς οἰκουμένης (*in margine*: universi orbis) totius mundi; cui vineam suam Christus Dominus in custodiam concredidit et commisit. Nos tamen huic tali Synodi illius constitutioni, et propriae nostrae vetustissimae Ecclesiae doctrinae ex opposito adversantes et hierarchiae ecclesiasticae aristocraticum regimen supponentes, Romanum episcopum quasi haereticum ex illa amovemus, quatuor autem orientales patriarchas ἀριστοχράτορας (aristocraticos) Ecclesiae Christi esse statuimus, cum tamen pro certo id sciamus fram (= figuram?) regiminis Ecclesiae Christi unam eandemque semper manere debere eam, quae fuit illi in ipsis eius initiis, tempore conversationis in hoc mundo Christi Domini et eius apostolorum. Erat autem temporis forma regiminis monarchiae, non aristocracie. Primus eius monarca ipse Jesus Christus. Post ascensum vero eius e terra in coelum, secundus eius ab ipso primo monarca a Christo constitutus et in locum suum substitutus monarca — beatus apostolus Petrus. Mutata etenim forma regiminis, ipsam Ecclesiam mutari necesse foret. Quod de Ecclesia Christi opinari et absurdum est et impium.

Est plenis verbis expressum in eadem Synodo et alterum pro dissensione acceptatum fidei dogma de Spiritu Sancti processione: et haec duo placita occidentalium SS. Patrum: ex Filio et per Filium, veluti unum idemque significantia, orthodoxe sunt conciliata: ex Filio, ratione unitatis potentiae productivae et unius principii. Per Filium, ratione eius-

dem unitatis potentiae productivae et originalis ordinis, ut sic et essentia divina, secundum cuius communicationem divinarum personarum creditus processus, in sua integritate permanens, scissurae non succumbat; et unigenitus Dei Filius Deo Patri suo maneat consubstantialis et non ἐτερούσιος (*in margine*: differentis substancialiae). Similiter, ne et Pater sine Filio aliquando extisset, et Pater, antequam Filium genuisset, vocatus fuisse reputetur. Posito enim hoc primo ex SS. Patrum doctrina pro re certa, firma et rata, processum divinarum personarum non fieri, nisi per communicationem essentiae; et hoc altero, processum illum divinarum personarum non fieri, nisi cum observatione ordinis naturalis. Hoc est, cum observatione prioritatis Patris ante Filium, Filii et Patris ante Spiritum Sanctum ratione originis, id est causae, stare non potest, quominus Spiritus Sanctus ex Filio, secundum Latinos, et per Filium, secundum Graecos, ratione aeternae suae existentiae procedat. Alias a solo Patre, cum exclusione (uti nos volumus et opinamur) integre sumptae Filii personae, procedere crederetur, et consequenter praedicta absurdia et impietas nullo modo vitari possent. Quo respectu congregati in illa Synodo Patres Spiritum Sanctum ex Filio et per Filium procedere orthodoxe (uti nobis placet) sunt confessi. Nos tamen et huic tali Synodi istius constitutioni ex opposito adversantes Spiritum Sanctum ex Filio procedere neutquam agnoscimus: per Filium quidem procedere eum recipimus, verum in charismatibus, non in persona. Quod et doctrinae Sanctorum Patrum contrariatur, et iis, qui id capere possunt ἀτοπον καὶ ἀθεον (*in margine*: absurdum et impium) esse constat.

Per eandem Synodum elucidatum est et tertium in dissensionem acceptatum fidei dogma, de purgatorio. Quod sine ullo dubio, cum sua Patribus illis agitata et expressa, quantum ad ignem et chaos distinctione, eo usque in sua autoritate permanere debet, quounque in Ecclesia Christi incuruentum sacrificium, orationes, elemosinae, vel alia vivorum et Ecclesiae beneficia pro mortuis offerri non cessaverint. Quod sane in Ecclesia Catholica defuturum nunquam est expectandum. Nos tamen, quamvis et tria loca migrantium ex hoc mundo animarum non diffitemur, et suffragiis Ecclesiae indulgentiam ab illo quo affliguntur cruciatu, concedi eis palam confitemur, huic tali Synodi illius constitutioni apposito adversantes, purgatorium φθορᾶς ἡμίν αἰτιον (*in margine*: ut maledictionis causam) traducimus et calumniamur.

Claris sane verbis expressa sunt in eadem Synodo et reliqua duo in controversiam ab Orientalibus acceptata fidei dogmata: quartum, Sanc-tissimum Eucharistiae Sacramentum tam in azymo, quam in fermentato pane pie et efficaciter confici et consecrari posse; quintum, animas defunctotum sanctorum Dei esse cum Christo in coelo, et esse beatifi-

catas, impiorum vero in inferno (f. 325v) cum diabolo cruciari, Nos quamvis et azymum vocari simpliciter panem legamus, et licet Iesum Christum panem azymum vocemus, tamen iudaizare in hoc Latinos incusamus. Et quamvis in uno quoque fere tertio hymnorum ecclesiasticorum versu animas sanctorum defunctorum in coelis cum Christo esse et perfecte regni coelestis beatitudine frui confiteamur, tamen et huic Synodi illius tali placito, et proprie quotidianaee ecclesiasticae doctrinae ex opposito adversantes, animas sanctorum in paradiſo terrestri collocamus.

Restat adhuc sextum fidei dogma in Synodo illa non exminatum, veluti temporibus illis in discrimen inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam non acceptatum: hoc autem nostro saeculo a scholis quibusdam Ecclesiae nostrae Orientalis consuetudinum (uti videre est) ignaris acceptum, Sacramenti videlicet Eucharistiae sub una specie communio. Quae cum in nostra Orientali Ecclesia in communicatione recens baptizatorum infantorum in solo sanguine, infirmorum vero in solo pane est quotidiana, vetustissimae huic Orientalis et Occidentalis Ecclesiae consuetudini contraire et nobismetipsis applaudere, Romanis autem obgnire videtur sane stultitia non carere. Haec talia in Synodo illa Florentina ab utraque parte, a Romanis simul et Graecis, ab Orientali inquam et Occidental, hoc est ab universa sancta catholica Ecclesia in pace et charitate, mediante Spiritu Sancto, examinata, ventillata, considerata, conciliata, in concordem confessionem reducta, utriusque parti secundum suas consuetudines in usu relicta et ad perennem absolutionem tradita fidei dogmata, brevi post a Graecis, pertinacia unius Marci praesulii Ephesii, contempta, variata, immutata et, prout ostensum est, haeretica opinione vitiata, maledicti moderni inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam schismatis est causa, et impervium, ut putatur, ad invicem duarum istarum Ecclesiarum reconciliationis chaos. Et illi quidem quod libuit fecisse etiam pro suo arbitrio (ut videtur) et licuit. Nostra autem sententia, quibus id licet quod expedit, et quod aedificat, ipsa frequenti de ipsis controversiis concertatione, collatione, imo diurno exercitio et quotidiana vexatione magistro, et differentiae istae secundum synodalem earum reconciliationem, ex utraque parte fidei dogmata orthodoxa esse censemur, et χάστα (in margine: hiatus) illud impervium ad transitum usque adeo facile esse cernitur. Etenim simul atque nos veritati victoriam ex nostra parte concesserimus, et pertinatiam, et quasi innatum nobis in Latinos odium, in obruendam et complanandam vastam voraginem istam iniicerimus charitateque ad instar tabularum utrinque superinstraverimus, illico utriusque parti ad invicem transitus facilis et tutus comparebit; et duabus istis ab invicem distractis Ecclesiis fidei et charitatis ad invicem diu desiderata unio constituetur, ad honorem

et gloriam nominis Domini Dei nostri, ad gaudium magnum angelorum et spirituum iustorum, ad salutem maledicto schismate irretitarum et pereuntium animarum christianarum, nec non in augmentum, pacem et tranquillitatem misere distractae et dilaceratae Ecclesiae Iesu Christi; insuper in confusionem, contemptum, ruinam cohortium inimicarum dia-bolorum, schismaticorum et haereticorum. Haec in istis fidei dogmatibus nostra a Romanis dissensio minime (ut est ostensum) necessaria gentem nostram Rossiacam familiis principum, dominorum et nobilium, multo numero exuit, Ecclesiam autem Romanam illis induit. Haec (prout supra dictum est) gentem nostram, cui schisma obiicitur, e senatu movit, ex officiis et praeposituris omnibus extrusit, sacerdotes nostros, ne dixerimus episcopos et archiepiscopos, mancipavit, populum omnis generis miseriis, moeroribus, afflictionibus, damnis et oppressionibus implevit, in dies usque ad multam sanguinis profusionem, ni sese sancta Unio me-datrix interposuerit, impletura. Ast num iuste, num legitime (audimus enim non coronari, nisi quis legitime certaverit), nos ignoramus, a Tua Sanctitate rei certitudinem expectamus: hoc nos certo novimus in ne-gotio salutarium dogmatum, Ecclesiam Dei per suos in nomine Iesu Christi congregatos praelatos unumquemque pro sua dignitate, loco et vocatione esse iudicem. (f. 326) Cum autem sic de istis inter nos et Romanos con-troversiis Ecclesia Dei in Spiritu Sancto iudicaverit et sic definiverit, quis contrarium iis sentiens non statim fidelibus Dei laudatoribus con-temptor erit Ecclesiae, et consequenter non statim erit illis uti ethnicus et publicanus? Nos itaque, post extinctam illam quae diu genti nostrae lucebat Florentiae feliciter accensam lampadem, hoc est, post contem-ptam illam in Synodo Florentina definitam et a maioribus nostris recep-tam ecclesiasticam unionem, Graecam Ecclesiam manuductricem, tan-quam ex aqua et Spiritu regenitricem nostram sequimur, et una cum illa supra memorati Florentinae Synodi dogmaticis sanctionibus adver-samur, contemnimus illas et detestamur, Synodumque ipsam reiicimus et convitiis praescindimus, videntes palam in negotio isto salutari agi de anima, de honore et gloria Domini Dei, de Ecclesia Christi, de rebus omnia mundi huius longo passu excedentibus; licet palpabilibus istis schismatis tenebris tam diu detenti, hucusque soli Deo notis eius iudi-cis tacuerimus, nunc autem eiusdem Domini Dei, qui non vult mortem peccatoris, gratia moti, ad eandem Graecam Ecclesiam confugimus, et in illa Tuam Sanctitatem veluti eius et nostrae Rossiacae rectorem, pasto-rem, et doctorem compellamus et rogamus, an secundum Deum id nos facimus, vel secus? Si secundum Deum, duc id nobis laudi; sin secus, verte nobis id vitio, nec tamen sine ratione demonstrativa. Sed in rebus luce meridiana clarioribus quid opus demonstrationibus? Demonstratio-

nibus opus habent res ambiguæ, occultae, dubiae. Quod autem nobis sancti utriusque Ecclesiae doctores praecipui (quos omnes unico eodemque Ecclesiae Christi invigilante Spiritu Sancto eductos docuisse et scripsisse, fateri necessum est) manifestis, planis et simplicibus verbis secundum Scripturæ Sacrae normam et traditionem apostolicam expressere certitudinem, et ad credendum in scriptis suis exhibuere, probationibus et demonstrationibus id opus non habet. Exempli gratia, SS. Doctores Ecclesiae Occidentalis aperte, clare, verbis expressis dicunt et docent Spiritum Sanctum ex Patre procedere Filioque. Doctores autem Ecclesiae Orientalis aequa aperte, clare, verbis simplicibus dicunt et docent, Spiritum Sanctum procedere ex Patre per Filiū; et procedere hoc est ὑφιστάναι (*in margine*: subsistere) per Filiū naturaliter, essentialiter, non modo generationis. At tam clare expressum dogma, quorsum demonstrationes? quorsum probationes? nisi quis audacter, imo temere eo dementiae sese praecipitaverit, ut his doctoribus sanctis Spiritus Sancti in doctrina dogmatica edenda præsentiam agnoverit, illis vero negaverit. Quod sane non aliud præsumperit, quam spiritus ille ab initio mendax et seductor.

Idem dicendum et sentiendum est de purgatorio, de quo Sanctitas Tua ad quendam nostratum propria manu in haec verba: Ecclesia nostra Orientalis in hoc fidei articulo non cum Luthero credit, sed cum Romanis convenit, salvo igne materiali. Idem et sentiendum, et dicendum est etiam de sanctorum animarum beatitudine. Idem de azymo, idem de episcopi Romani primatu. Quae omnia et singula in apertis et claris Scripturæ Sacrae testimoniis et in sanctorum utriusque Ecclesiae Patrum doctrina evidenti, expressis verbis sunt fundata, sic ut adversari et contraria eis sentire non præsumet, nisi qui sibi soli sapere dignabitur. Aliorum dogmatum, in quibus Orientali et Occidentali Ecclesiae perpetua est concordia, nullam facimus mentionem. Quorum, ut et aliorum omnium ratione, etiam Sanctitas Tua alicubi de Graecis et Romanis ait, una ac eadem nobis et illis est fides, unum baptismus, eadem Sacra menta, et unus Deus. Et quod Romana S. Petri Sedes prima est et omnium aliarum sedium mater.

Quae omnia cum et nobis non aliter se habere videantur, iterum atque iterum Sanctitatem Tuam, ut patrem nostrum in Spiritu, pastorem et doctorem, coram Deo, rerum et cordis scrutatore fidelissimo et coram universa sancta eius Ecclesia (ut coram duobus hisce gravissimis testibus stet nostrum ad Tuam Sanctitatem verbum) compellamus et interrogamus, rectene facimus nos, vel perverse, quod Romanam Sedem, Ecclesiam, fidem, Sacra menta et ipsum Romanum episcopum odimus, abominamur, detestamur et omnia Occidentalis Ecclesiae sacra, etiam altaris sacrosancta, contemnimus, et abominationem ut haereticas blasphem-

mias et sectariorum deliria reputamus et aversamur? Ut Sanctitati Tuae Salvator noster (f. 326v) Iesus Christus est charus, ita nobis ad interrogationem hanc nostram directe respondere velis, et ita vere, ut sufficienti ista responsione conscientia nostra pacata, sine ullo morsu imposterum maneat. Exul sit ab hoc salutari negotio privatum: foras odium, foras invidia, apage hinc pertinacia, facessat ambitio, cedat aemulatio. Solus Dei et proximi amor cor et linguam Sanctitatis Tuae moveat: solum pacis et unionis Ecclesiae Iesu Christi desiderium verba oris tui formet. Lutherus et Calvinus inimici, imo hostes Ecclesiae Christi, verorum eius dogmatum et traditionum contemptores et oppressores et SS. Patrum nostrorum doctrinae ad suum eis placitum inversores et prophaniatores, una cum suis sequacibus, hoc in negotio, in quo nobis cum Romanis agitur de fide et de Ecclesiae unione, locum nec apud nos, nec apud Tuam Sanctitatem habeant. Iстis enim toto coelo ab Ecclesia distantibus unio Ecclesiae odio est et persequutioni. De quibus Sanctitatis Tuae testimonium verissimum, apud nos adeo perclaret, et voce sonora intonat dicentis, dogmata et actiones Evangelicorum semper non solum Ecclesiae catholicae Orientalis et Occidentalis pernitiem et turbationem excitare, sed etiam morum corruptionem notabilem inter christiani nominis regna inducere. Exulent itaque ab hoc salutari nostro negotio, a nobis et Tua Sanctitate pulsi, pacis Ecclesiae Christi pernitiosi turbatores et bonorum morum in christianitate notabiles corruptores Lutherus et Calvinus. Iosephus ille Orientalium in Florentina Synodo praeses, et Ioannes Becus, qui sub Synodum illam praesentia Michaelis Paleologi imperatoris Graeci celebrem Lugdunensem vixit, antecessores tui patriarchae Constantinopolitani dignissimi, ad concludendum hoc salutare petitionis nostrae negotium, a Sanctitate Tua vocentur. Ignatius ille divinus, et Nicolaus Chrisoberges, Rossiae nostrae, Domino Iesu Christo ex aqua et Spiritu regenitores, non Photius, non Sergius, non Cerularius, φιλάδελφοι, οὐ μισάδελφοι (*in margine*: odii non amoris fratribus) amatores fratrum non osores, εἰρηνοποιοί, pacifici et non turbaram inter fratres exercitatores μισάνδρωποι (*in margine*: hominum osores). Unus Deus est nobis et Romanis, ἐν δύονοι πιστούμενος (*in margine*: concorditer creditus), una igitur et fides nostra. Una utriusque fides, unica igitur et charitas ad invicem esse debet. Hanc igitur in nobis, ss. mus noster in Spiritu pater et pastor, inhabitare facias, hanc nobis restitue. Qua restituta et inhabitare nobis facta, nobis et tibi unionem ecclesiasticam facies. Ecclesiam Dei in orientem et occidentem misere distractam et ab invicem alienatam feliciter unies, maerorem multorum annorum ex afflictis nostris capitibus eximes, oculos nostros a quotidianis lachrymis absterges, gentem nostram (ut dixerim et tuam) contemptam ho-

nori pristino reddes. Quod maius: conscientiam nostram maledicti schismatis scrupulis distentam et discruciatam allevabis et sanabis; fidem nostram a suspitione impietatis vindicabis; schismatis ignominiosi inustam nobis notam delebis et Domino Deo creatori tuo, qui te eo summo dignitatis honore decoravit et in praeminentissimo loco collocavit, sic charam et acceptam hanc victimam offeres, ut nomen tuum in librum vitae inscribatur et in perpetuam memoriam in Ecclesia eius sancta colatur.

Quanquam id nos non praeterit, negotium hoc salutare, ob hostilem, imo diabolicum, ad Ecclesiae reconciliationem et unionem affectum eius potestatis cui Tua Sanctitas subest, et quam in potentia eius dissensio ab invicem christianorum et schisma Christi Ecclesiae auxit, sustentat et confortat, in Sanctitatem Tuam et difficile est et pericolosum; ut vide-licet Sanctitas Tua ad id sua persona, et sua Ecclesia praebeat et man-ducat, sed ut nobis id aggrediendum et peragendum annuat et permittat, et tutum est et facile. Ad quod in effectu suo desiderato constituendum, non plus motus et laboris Sanctitatis Tuae opus est, quam ut divine (dii enim estis et filii Altissimi) dicat: fiat, et illico dicto ocios fiet. Ex ore Sanctitatis Tuae vix efferri poterit verbum, et iam comparebit factum: ad quod nos et corpore nostro calemus et anima nostra ardemus, tan-dem aliquando affulsuram genti nostrae desideratam sanctae Unionis ecclesiasticae lucem. Fuit tempus, quo nos concordiam in fide et unio-nem cum Ecclesia Romana ob quinque (f. 327) vel sex illas controver-sias, in fide dissensiones inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam vel ultro arreptas, vel a malevolis obtrusas, iuste fugere potuimus, quoisque controversiarum istarum sufficiens cognitio nos latebat; nunc inde nullo modo id utrumque pie vitare possumus, cum iam omnibus nobis, iis quo-rum interest, orthodoxae Romanorum fidei in istis controversis dogma-tibus confessio est optime cognita, intellecta et in concordem cum illis confessionem recepta. Cum itaque sic sese in seipso et in nobis hoc sa-lutare negotium habeat, nihil plus in eo desideratum, nisi solam Tuae Sanctitatis permissionem, ut nos cum benedictione pastoralis tuae in nos potestatis negotium hoc sanctum, unionem Ecclesiae nostrae Rossiaca cum Romana perficiamus et finiamus; quod a Tua Sanctitate nobis permittendum, vestigia pedum Sanctitatis Tuae exosculantes, summis precibus efflagitamus, persuasi rectam et salutarem et a Tua Sanctitate laudatam petitionem hanc non iri denegatum; quae multas collapsas animas a pericolosissimo casu levabit et Ecclesiam nostram Rossiacam omni externo et interno ornatu, scholis, seminariis, verbi divini praedi-catoribus, confessariis et his similibus condecorabit. Quod si Sanctitas Tua, contempta nostra filiali petitione id nobis faciendum permettere recusaverit vel certe denegaverit, unum ex his duobus in Tuam Sancti-

tatem vel potius in patriarchalem Constantinopolitanam sedem hinc brevi casurum, expectandum est, ut vel in diminuta et plane annihilata gente nostra, cui imperet, non inveniat; vel in mancipata et contempta etiam ut imperet, volens nolens amittat. Siquidem et hi, qui iam unione sancta gaudent, non otiantur, et Romani ipsi in eodem negotio non dormiunt. In dies, in horas, in momenta numerus nostrum minor, illorum maior. Ex Unitis ad nos nemo, nec a Romanis; e nobis autem ad illos turmatim, ex statu praecipue nobilium, principum enim et dominorum vix aliae iam extant reliquiae; et istis quid vesper sit allaturus, ut est in proverbio, Deus ipse novit.

Hoc igitur est illud negotium, in quo salutis animarum totius gentis nostrae Rossiacee vertitur cardo; de quo nos ad Tuam Sanctitatem hanc nostram epistolam mittimus; ad quam responsum a Tua Sanctitate expectamus; expectamus autem quam citissime, simul etiam speramus, quod petimus fore ut obtineamus. Nam et res procrastinationem non patitur et corda ad invicem in amore aperta, nec non manus in amplexum fratrum extensae moram abnegantes, in quamcumque partem Sanctitatis Tuae voluntas sese inclinaverit propositum suum ultro citroque vel etiam invita, Deo sic volente et agente, exequutura adoriri satagunt. Ut autem aliam in hoc negotio ad Tuam Sanctitatem scribamus epistolam, ob loci distantiam et transmittendi difficultatem, praecipue vero ob rei de qua rogamus certitudinem, aequitatem et sanctimoniam, vix speramus nos posse facere. Quae et per unicam hanc nostram epistolam sine ulla difficultate a Tua Sanctitate impetrata nobis concedi et a nobis obtineri potest. Nam post initum unionis sanctae desiderium, ut Gergani cuiusdam in eius graeca vernacula lingua in lucem edita katechesi luteranismi, sic sub nomine Sanctitatis Tuae in dialogo Iudei cum christiano, si non etiam alibi eadem vulgari lingua, per infelicem, hac etiam ex parte Graeciam dispersi calvinismi, funeste in praecordia nostra saeviunt, quod in Ecclesia Orientali fieri id fere patietur, qui et salutis propriae est immemor, et honoris Domini Dei sui nullam prorsus rationem habet, concessumque a Salvatore nostro Christo in scandalosum oculum ius caecus praeterit. Tamen Dominus Deus, qui et bonus est et misericors, hoc malum in bonum vertere facile poterit, ubi Sanctitatis Tuae voluntatem suae voluntati conformiter viderit obsequi, et unione Ecclesiae eius sanctae laetari. Quod ut et Sanctitati Tuae misericordi sua gratia concedere dignetur, tota anima nostra exoptamus et indignis nostris quotidianis, nocturnis et diurnis precibus exoramus. (f. 327v) Cuius divinae gratiae et amori Sanctitate Tua commissa, nosmetipsos gratiae, amori et benedictioni Sanctitatis Tuae pastorali cum humillimis nostris obsequiis quam diligentissime commendamus.

Data in Russia, regno Poloniae incorporata, anno Domini 1629,
Octobris 30 die.

Sanctitatis Tuae filii in Spiritu obsequentissimi, exoratores quotidiani et servitores addictissimi etc.

(*infra*) Copia authentica procuretur.

Die 6 septembris 1630. Congr. 129. Nr. 22. Referente Em.mo D.no Card. S. Sixti copiam literarum a schismaticis Ruthenis scriptarum ad patriarcham Cyrilum Constantinopolitanum, in quibus post relatas et comprobatas deffinitiones sacri Concilii Florentini de unione Graecorum cum S. Romana Ecclesia, petunt ab eo licentiam se uniendi cum eadem Ecclesia...

99.

Luck, 10. XI. 1629.

Metropolita Kioviensis amplissime refert de actis gestisque occasione Synodi communis cum non Unitis, a S. Congregatione inhibitae.

ARCHIV. METROPOL. LEOPOLIEN., *Codex Santa Croce*, n.n.

Ill.me ac Rev.me D.ne, D.ne Colendissime.

Inhibitionem Ill.mae ac Rev.mae D.V. de nostra celebranda communi Synodo cum Schismaticis acceptavimus cum debita observantia et executioni mandavimus;¹²⁹ tres aderant Episcopi: Polocensis, Smolenscensis et Haliciensis, quibus eam commemoravi, publicare vero omnibus non sum ausus quia id litterae Ill.mae ac Rev.mae Dominationis prohibebant, in quibus id continetur, ut duobus vel tribus Episcopis, quibus mihi visum fuerit communicarem; quoniam ac hi primi venerunt ad me, his significavi. Satisfactum ergo fuit adamussim omnibus punctis dictae intimationis, quam manu mea subscriptam remitto Ill.mae ac Rev.mae D. Vestrae prout ipsa voluit, ut extaret in futurum haec nota, Synodus cum Schismaticis communem, a Sancta Sede Apostolica prohibitam, celebratam non fuisse.

Erat in ultimis Ill.mae ac Rev.mae D.V. litteris, ne Leopolim etiam adiremus ad totaliter extinguendam memoriam dictae Synodi communis; hoc etiam libenter fecissemus, licet in continuum evidentes rationes necessitatis, ut iremus, habuimus; sed quia non pervenerant istae lit-

¹²⁹ Inhibitio facta a Nuntio Varsaviensi ad mentem instructionis S. Congregationis de Prop. Fide, prohibentis Synodus communem; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 78-80, nnr. 127-128; *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 89-92, nr. 139, 140, 141, de dat. 30.VI. et 6.VII.1629, Romae 1954.

terae ad me, misi 4 8-bris, in quo habeo testem fidelem Illustrum Dominum Danilovitium, thesauroarium, civem a quo illas accepi, ad effectum deduci non potuerunt; tantum enim hos tres Episcopos prohibere potuissem, qui venerunt ad me, cum quibus etiam deliberationem institui ferme triduo; alios nequaquam, multo minus Archimandritas, Igumenos, Protopopos et alios, qui per diversas vias tendebant Leopolim. Venissent ergo isti Leopolim, quo nisi ego etiam venissem, magna oriretur turbatio inter illos, et non tantum inter hos, sed etiam inter saeculares nostros, quibus ego causam absentiae meae explicare non poteram; hoc enim mihi iniunctum litteris Ill.mae ac Rev.mae D. Nostrae fuit, ut duobus tum vel tribus Episcopis aperirem, sed et isti, ut haec secretum apud se haberent, alijs non panderent; propterea Schismaticis id erat pernecesarium ad calumniandi nos publice in Comitijs Regni, et privatim in conventibus nobilitatis particularibus, per ipsos non stetisse, sed per nos ne fieret Synodus. Illi enim comparerent cum plenipotentia a suis antesignanis, et nobis absentibus facere ipsis contra nos liceret quidquid liberet, cum magno damno Sanctae Unionis, quod totum ab universo Regno et a Serenissimo Rege nobis imputaretur, quia non venimus. In istis ergo positi angustijs rem commendavimus Domino Deo et conclusimus, ut iremus Leopolim, et ibi non tantum non celebraremus ullam Synodum communem cum Schismaticis, quod prohibebat nobis dicta inhibitio, sed nec nostram particularem, quoniam iam prima die Synodi interimeremus Synodum, quod etiam factum est tali modo: Veni die sabbato Leopolim et, visitato primum Ill.mo D.no Archiepiscopo Leopoliensi, statim postea adij Dominum Alexandrum ab Ostrog Zaslaviensem, Palatinum Chioviensem,¹³⁰ qui assignatus erat ut legationis munus a Serenissimo Rege ad Synodum obiret; cum hoc constitui, ut quandoquidem pars adversa non venit, nulla solemnitas synodalnis celebraretur, sed vel in Ecclesia cathedrali Leopoliensi, in qua ego sacrum Pontificale cum assistentia omnium Episcoporum nostrorum, invitante ad hoc Ill.mo D.no Archiepiscopo, postridie, qui erat 28 8-bris, celebraturus eram, finito sacro dictus Ill.mus Dux diceret ad nos: se esse missum ad partem utramque Rutenorum, quorum altera quia non comparet se legationis munere fungi non posse, vel ut conveniremus in castrum statim finito prandio, et ita factum est; ibi nequidem consedimus; non tantum synodale, sed nec politice hoc est; nulla sedilia quae nobis et Episcopis erant parata; totum autem id studio factum est, ne appareret ulla forma

¹³⁰ Alexander Dux ab Ostrog Zaslavskyj, Palatinus Kioviensis, cui commissum fuit munus mediatoris,

exterior non tantum Synodi, sed nec simplicis conventus. Ibi brevisime nos expedivimus et discessimus, Schismaticis tunc in sua Confraternitate consultantibus, quod postridie faciendum ipsis esset; sed quia propter spem ipsaque contio dissoluta est, nihil tentaverunt apud nos, nisi post triduum, cum supervenit Confraternitas Vilnensis Schismatica et nonnulli ex Volhinia Nobiles eiusdem farinae, miserunt accitum Pseudoepiscopum Leopoliensem Schismaticum,¹³¹ qui venerat quidem Leopolim, ut in Synodo compareret, sed quando audivit eam esse dissolutam discessit; hunc ipsi revocare conati sunt sed frustra. Chiovienses etiam nonnullos Nobiles nomine suo miserunt, sed nec hi apud nos comparuerunt, nos autem singulis diebus hi et illi religiosi invitabant ad celebranda Sacra in ecclesiis illorum, quod libenter nos faciebamus; habuimus enim nobiscum quaevis praetiosiora in apparatibus ecclesiasticis et selectiora in clero et in cantu musico, et ita vidi Leopolis Unionem de schismate nobiliter triumphantem.

Quarto die accesserunt me in hospitio meo nonnullii Nobiles et Confraternitas Vilnensis schismatica, declarando quod missi sunt ad Synodum; congregavi in hospitium meum omnes nostros Episcopos, qui erant numero octo, ego nonus, Archimandritas praeterea, alio statu ecclesiastico relicto, sed et hi congregati erant in atrio, consulto, propterea ut videarent schismatici non esse tales paucitatem Ecclesiasticorum apud Unidos, qualem ipsi antumabant. His ita congregatis precavi, ut venirent schismatici et venerunt, proposuerunt se habere litteras ad nos; respondimus: si haberent ad aliquem ex nobis ut darent, si ad Synodum, ad nos non pertinere, quia haec hodie apud nos non celebratur nec celebrabitur amplius. Instabant, id esse factum a nobis malo dolo, quod ad triduum non sustinuerimus expectando illos, qui e tam linguis regionibus veniebant; responsimus: nec nos e propinquuo venisse, sed esse aliquos, prout Smolenscensis, qui 200 milliariorum spatium emensi sunt; praeterea ipsos in suo conventu Chioviensi protestatos fuisse, quod ad Synodum Leopoliensem venire non vellent; dixerunt, superesse Synodum, quia adsunt omnes Episcopi Russiae; respondimus: hoc non sufficere ad stabiliendam legitimam Synodum, et probatam. Rogarunt igitur, ut amicaliter, licet non synodaliter possent agere nobiscum; super hac re deliberavimus; tandem de communi consilio respondimus: quod amicaliter audire illos volumus; petierunt in aliam differri diem, iam enim erat vespera, dilatum est; conveverunt alia die, petierunt iterum, ut litteras ad nos scriptas accirepeamus; iterum respondimus sub eadem conditione prout supra. Voluerunt,

¹³¹ Hieremias Tyssarovskij (1607-1641).

ut chartam ab ipsis, qui ipsos miserunt, scriptam et subscriptam, in qua continebantur puncta instructionis, acciperemus; non accepimus, sed ut ipsi ore tenus explicarent concessimus. In qua altercatione quia non nihil ipsis insumptum fuit, et ipsos iam taedebat morae, recitarunt ex charta, in qua, praeter alia quae nullius erant valoris, continebantur ista duo: 1-um. Ut intelligerent inclinationes et affectus nostros, interim tamen nihil nobiscum transigerent, sed ad suos referrent; 2-um. Ipsi videri esse medium efficax ad faciendam unionem ad invicem, ut Patriarcha Constantinopolitanus in persona sua veniat et conciliet dissidentes. Respondimus: quoad primum, nos mirari quod errent in primis principijs, quia putent Synodos inniti auctoritati humanae et non divinae; ut saeculares et pauci Ecclesiastici quales sunt illi, qui miserunt ipsis, disquisierint de rebus Synodi, examinent et tandem probent vel reprobent, quae probanda vel improbanda ipsis viderentur, licet autem hic non sit Synodus, esse tamen Episcopos, quorum dicta et facta nequaquam subiacent censurae talium hominum. Quoad 2, fusissime et prout nobis visum fuerat, sufficerent, sed et efficaciter dictum fuit, ut nihil inducere potuerint. Patriarcham praedictum huc venire non posse propter Turcam, qui hoc non permittet, tanquam rem nocivam, ut ipse arbitratur, statui suo; itidem propter Regnum hoc, quod propter similem causam non permittet, et tanto magis quod id experientia probatum fuerit, adventum Patriarcharum orientalium in hoc Regnum nunquam pacem, semper autem turbas nobis reliuisse quod probavimus exemplo duorum, Jeremiae et Theophanis, qui nostro tempore fuerunt; tandem 3-o, propter ipsum negotium; Patriarcham scilicet esse haereticum Calvinistam, quomodo ipse conciliabit nos? Nostra enim conciliatio in hoc consistit, ut uniantur cum Ecclesia Romana, a qua haeretici in infinitum dissident. 4. Notum esse Calvinistis huius Regni ipsum esse Calvinistam; si veniet ipse, confluent ad ipsum isti et promovebunt suam haeresim. Item, nequam ille facile inducit tamen, ex eo quia Patriarcha, si non omnes Rutenos, saltem maximam partem, qui simplices sunt, ad amplectendas haereses tamquam dogmata fidei et ita faciet omnes Calvinistas. Ipsum ferme 100 iuvenes misisse pro studijs in Angliam et Germaniam et de hoc triumphare Dominum Palatinum Belzensem, Haereticum. Postremo: Quod obest Unioni, prout hoc est, nos nunquam concessuros, imo hoc illos debere scire, quod omnibus modis et viis impediemus tale medium. Nos autem haec media ad faciendam unionem ipsis proponere: ut acceptent Concilium Florentinum tanquam oecumenicum, quod fecit perfectam unionem, in quo fuit Isidorus Metropolita Russiae, et acceptatum fuit ab omnibus in Russia. Vel si explicationem vel probationem eorum quae continentur in decreto Unionis dicti Concilij requirunt, nos facturos

hoc libenter in omni loco et tempore et cuivis illorum, si autem volent, etiam nunc. His finitis, solemniter nobis gratias egerunt, quod tam suaviter egerimus cum illis, et non taliter prout de nobis sparsum erat, quod scilicet cogere illos violentis nescio quibus medijs vellemus et sic discesserunt a nobis, multa nobis promittentes de vera et solida unione Rutenorum, qui in Lituania et in Volhinia sunt, exceptis Chioviensibus de quibus nihil audebant promittere: hoc tantum adiebant, ne violentia aliqua ex parte nostra huic tractationi admitteretur, quod libenter promisimus; rogarunt ut manerem per hunc annum in Volhinia, promisi me mansurum per hyemem et Ill.mus Dux Zaslaviensis, Palatinus Chioviensis promisit mihi provisionem.

Venerunt postea nonnulli ipsorum de nocte ad nos, quod forte ter accidit; agebant nobiscum cum gustu, ego etiam omni genere humanitatis conabar devincere ipsos, in meum enim hospitium veniebant; significarunt nobis, quod resciverint iam a Rutenis Leopoliensibus, qui frequenter solent esse Constantinopoli, Patriarcham esse Calvinistam; volunt scribere litteras ad ipsum nomine omnium Rutenorum qui sunt in Regno Poloniae, similes illis, quas scripserit Rev.mus Meletius ante trienium, quarum exemplar transmissum esse Romam et impressum ab eodem Meletio in libello dicto *Apologia*; ¹³² eundem rogarunt, ut similes litteras scribat et det uni ex illis, qui est de genere ducum et vocatur Pusina: erat autem is qui loquebatur nobiscum; promisimus et exemplar transmittemus ad Urbem. Inter gaudium singulare habuimus, quod Unio gloria apparuierit in oculis Schismaticorum, sed et Catholicorum, qui nunquam arbitrabantur esse tot et tales apud Unidos. Erant Episcopi 8, ego nonus.

Ill.mus Archiepiscopus, ¹³³ optimus Praesul, cum lacrymis dicebat, se iam excessisse annum 70, et nunquam scivisse talia inveniri apud Unidos, sed nec creditur se, si diceretur sibi et ipse oculis suis non vidisset prout modo videt; nunc, inquit, certam spem habeo quod stabit Unio et alijs id persuadebo; omni officio humanitatis et observantiae prosecutus est nos. Ipse prior dixit mihi, ut in illa civitate omnibus insignibus Archiepiscopalibus uterer tanquam Pastor illarum ovium ritus graeci, tametsi pro nunc Schismatici essent, et ita crux mihi praeferebatur; coegerit me semper tenere dextram ipsius, dum ibamus ad ecclesiam et redibamus.

¹³² S.d. «*Apologia peregrinationis in regiones orientales...*», Dermani anno 1628 edita.

¹³³ Archiepiscopus Leopoliensis Latinorum, Joannes Andreas Prochnicki (1614-1633).

Me iussit benedicere omnes. Duae cruces Archiepiscopales comparuerunt Leopoli, quod nunquam forte antea fuit, ut simul esset utraque crux; obtulit cathedram suam ad celebrandum sacrum Pontificale et ita celebravi cum omnibus Episcopis assistantibus et concelebrantibus. Ex ecclesia deduxit nos in domum suam et prandio bene instructo excepit nos; visitavit me bis: semel in ingressu, secundo in discessu; dixit se maiorem honorem non exhibitum esse Primati suo Archiepiscopo Gnesnensi, quam mihi exhibuit. Replicabat frequentissime: dolere se quod non possit re ipsa comprobare hunc affectum suum subministrando victualia eo, quod Tartari exusserint horrea et villas ipsius. Hac sua plane extraordinaria humanitate perfecit ista duo: amorem in Unitis, qui de longe venerunt et praedicabunt id quilibet in suis partibus, ut et illi ament, licet sibi ignotum. Admirationem autem et ferme stuporem in Schismaticis qui nunquam sperabant Praesules latinos velle aliquando tali honore prosequi Praesules Rutenorum unitos.

Haec omnia singillatim Ill.mae ac Rev.mae D.V., licet excutiens, perscibere volui; quod reliquum est, supplebit Rev.mus Coadiutor meus, qui post festum Nativitatis ad Ill.mam ac Rev.mam D.V. scribet et ostendet, nos inhibitionem Ill.mae ac Rev.mae D.V. ad unguem servasse; ille item dicet rationes, quare necesse fuerit omnino nos pie et cum eadem debita observantia interpretari mentem Ill.mae ac Rev.mae D.V. in adeunda Leopoli, quod etiam colligi potest ex antecedentibus. Interim me meaque omnia gratiae et patrocinio Ill.mae ac Rev.mae D.V. etiam atque etiam commendo.

In via e domo Re.mi Episcopi Luceoriensis, 10 9-bris 1629.

Ill.mae ac Rev.mae D.V. humillimus servitor

Josephus Velamin Rutschi,
Metropol. Russiae

Ultimum librum Rev.mi Meletij mitto Ill.mae ac Rev.mae D.V.¹³⁴

100.

1. I. 1630.

Albertus Rengjich, Ep. Samandriensis, R.mo Ingolo, de modo, quo Methodius Terleckyj visitationem Valachorum Montis Felletrii egerit.

APF, scr. rif. n. Congr. ge., vol. 71 fol. 137rv orig. autogr.

MUH, vol. II, pag 172, nr. 62.

¹³⁴ Unum e quinque de quibus in nota 100, supra.

Molto Illustre e R.mo Signor Padrone colendissimo.

...Io gli scrissi con altre mie quello era seguito con la venuta di Metodio dalla visita di Valacchi, aggiungo hora, che doppo le relationi che lui ha dato del stato di quei popoli, nelle quali conclude, che più presto si ribellaranno dall'obbedienza dell'Imperatore, che moversi un pelo dal rito loro (che chiamano fede) e che andandoci operarii di rito Romano, si farebbe grandissimo danno, sopra che io voglio farne passaggio. Lasciando la cura del raguaglio a chi s'aspetta (per non parer interessato) solo dico per risposta di quanto Vostra Reverenza mi dice, che io m'agiuti qui, dove sono beneficii ecclesiastici. (f. 137v) Soggiongo che insino adesso, io potevo pretender, per risguardo di detta visita, e parlare a fronte scoperta. Hora, che vien scemando di consideratione la detta visita, vien anco mancando l'affetto di provedermi, e molto più manca quando vogliono raccordarsi, che questa visita prima è stata proposta dalla Congregatione, et essendo state viste le facoltà di detto Metodio, senza comparatione maggiori delle mie, fatte quasi nell'istesso tempo, li più belli intelletti di questa corte discorendo concludono, che le mie facoltà mi siano state fatte per mera ceremonia, e per levarmi dinanzi gli occhi per non provedermi, come dovevano o per gratia o per charità, addossando il pensiero della provisione a loro sotto titolo di tale visita. Et essendo io vescovo e lui monacho, destinati all'istesso negotio, lui con suprema authorità e io con limitata, vuol dire qualche cosa. O povero Alberto, a che termine sei ridotto? Non si perda donc que d'animo Vostra Signoria R.ma di fare l'avvocato per questo povero suo servo, che da Dio n'haverà il premio, e lode da tutta la Sacra Congregatione con apportargli queste mie efficaci ragioni, e sarà molto meglio lo facci lei persuaso con le mie humiliissime preci, che astringermi a scriver a tutti, perchè io non ardisco più a chieder qui un minimo quattrino, poiche Metodio è qui con istanza grande, quaerens victum et amictum etc., per rispetto di detta visita, e il proverbio dice: Che stanno male doi giotti sopra un piatto, e una pietanza. Consideri per cortesia Vostra Signoria R.ma la mia grande pacienzia che ritrovandomi in tante angostie non scrivo ne alla Congregatione, ne faccio memoriali a Nostro Signore, ma solo me la passo disincerbando col mio padrone Signor Ingoli, sperando da lei e consolatione e aiuto. In libertà sua sta di riferire il tutto alla Congregatione e preghi pure Vostra Signoria R.ma che monstra vertantur in bonum, che io molto bene mi raccorderò delle promesse che ho fatto e farò che centuplum accipiatis. Perdoni Vostra Signoria R.ma che mi son dilatato molto con questa lettera. L'ho fatto per buon principio dell'anno nuovo, hoggi che è il primo di gennaro 1630, e le bacio le mani.

Di Vostra Signoria... Frat'Alberto, Vescovo di Samandria.

(f. 138v) Al molto Illustr e R.mo Signore Padrone mio Colendissimo, Signor Francisco Ingoli, Roma. (L.S.).

Die 26 februarii 1630. Congr. 120.

101.

Derman, 16. II. 1630.

Epistola Meletii Smotryckyj, nuper uniti, de modis et mediis unionis generalis Ruthenorum.

ASV, A.A. I—XVII, nr. 1848.

SUSZA J., *Meletius Smotriscius...*, p. 176-179.

THEINER A., *Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae*, vol. III, nr. 328, pag...

TABULARIUM S. OFFICII, St. St. Rr. 2^o (*copia*).

Epistola Meletii Smotriscii, Rutheni Archiepiscopi Polocensis nuncupati, ad S.D.N. Urbanum VIII de sua ad catholicam fidem conversione et de mediis quibus in Russiis Rutheni schismatici ad unionem cum S.R.E. reduci possunt.

Ex decreto ejusdem S.D.N., in Sacra de Propaganda Fide Congregatione edito die 5 augusti 1630, in Castro S. Angeli una cum ejusdem Meletii Vita collocanda.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Interroganti Petro: Domine, quoties peccabit in me frater meus et dimittam ei? usque septies? respondit Jesus: non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. Quid enim est, quod cum ego multo plus quam septuagies septies peccaverim in Te, fratrem meum; sed quid frivolus effutio: fratrem? immo in patrem, cui in omnes patres a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum regimen, cura, potestas est concessa, commissa, demandata ab eo, cui obaudire est in corde suo dicere: non est Deus.

In te itaque, patrem meum pientissimum, et non in te solum, verum etiam in matrem meam, Christi Jesu Domini mei sponsam castissimam; nec solum in te, talem ac tantum patrem, et in illam taalem ac tantam matrem, sed in ipsum (proh scelus) Deum, in ipsum meum unicum creatorem, redemptorem, consolatorem, cum ego impudentissimus et blasphemus, schismaticus simul et haereticus, multo plus quam septuagies septies gravissime peccaverim, tu, qui es mihi plus quam frater (etiamsi me in tuo ad me, indignum tuum filium, immo servum tuum inutilem, dato mihi vel maxime gratissimo Brevi, fratrem eumque venerabilem dixeris), omne quod peccaverim, mihi dimiseris; nec modo paterne dimiseris, verum etiam apostolicam tuam benedictionem largiter imperti-

veris. Quid, inquam est hoc? Numquid tu major es patre nostro Jacob? Numquid major es tu Petro, cui, ut septuagies septies peccanti dimit-
tat, est concessum? Tu dimisisti plus quam septingenties septuagies sep-
ties... Major sane, et in tantum es major, in quantum ego omnes pecca-
tores, quibus singulis, ne dicam una omnibus, Petrus peccata dimisit,
meis peccatis superavi. Major es, et in tantum major, in quantum mea
peccata latius et altius sese extenderant, quam eorum, quibus dimit-
tere jussus est Petrus. Illi si peccassent in Petrum, Petro tum concessa
est potestas dimittere septuagies septies; et cum ego non solum in in-
numeros plane fratres et patres meos, in te, summorum patrum sum-
mum patrem, qui mihi et iis omnibus es Petrus, in matrem meam, sed,
ut dixi, et in ipsum Deum meum plus quam septingenties septuagies
septies peccaveram, tu dimisisti. Quotquot enim in meis schismaticis
scriptis verba, quae sunt pene innumera, tot horrenda peccata; quae
utinam nullus unquam oculus vidisset, nulla unquam auris audisset!
immo, utinam nunquam etiam intra pectus meum concepta exstitissent!
tolerabilius sane esset mihi schismatico in die judicii, quam terrae Sodo-
morum et Gomorrhæorum; nunc autem cum ea tot aures audierint
et audient, tot oculi viderint et videant, tolerabilius sane fuisset in die
judicii terrae Sodomorum et Gomorrhæorum, quam mihi schismatico et
haeretico, nisi tu mihi subvenisses, et me talem et tantum peccatorem
ab intolerabili isto malo auctoritate tua plus quam humana conservas-
ses. Quare, mei ratione, te ipso major exstitisti, dum plus quam in Petro
tibi concessum est dimittere, dimisisti.

Quam ob rem, quid vice versa tali beneficio dignum opponam? Quid
tibi tanto meo benefactori rependam? Hoc: plus quam alii te diligam,
necessum est: siquidem plus mihi, quam aliis donasti, et si eorum, quae
intra hominem aguntur, conscientia est testis, hanc sub illo ipso teste,
qui corda et renes scrutatur, produco, quod te diligo, quod in dilectione
tui nemini cedo. Pro honore tuo, pro auctoritate tua, quam ut Christi
Domini mei summus Vicarius in Ecclesia ejus tenes, moriar. Majorem
autem hac dilectione, ipso Christo Domino mentiri nescio teste, nemo
habet, ut animam suam ponat pro eo, quem diligit.

Age dum, Pater Sanctissime, et me sic tui amantem inter studio-
sissimos tibi habe, et ita me per te ipsum disposito ad quidquid tibi se-
cundum Deum et secundum vires meas libet et placet, utere. Jam enim,
Deo propitio, et privatam totius meae anteactae vitae rationem illi, cui
juxta Catholicae Ecclesiae praescripta et normam debui, exhibui; et
publicorum omnium conceptorum, expressorum, dictorum, actorum et
factorum in causa Sanctae Unionis, omni conatu, velis (ut ajunt) remis-
que contra eam male, perverse, scandalose, impie, blasphemie, sacrilege

endo, commissorum peccatorum meorum, et istius impetus, cui non vitae amore nec mortis timore, sed majoris in animabus schismaticis Ecclesiae Dei acquirendis lucri spe et desiderio ad tempus cessi: abjurato schismate, damnatis haeresibus, publicam in aurem totius Christi Ecclesiae, quae illi in hoc populosissimo Poloniae Regno est, confessionem, fidei orthodoxae professionem, et corpori Christi, quod est Ecclesiae ejus, incorporationem fideliter, plene, intime peregi, perfeci, consummavi. Et blasphemis schismaticorum in meam orthodoxam *Apologiam* editis noviter duobus scriptis, mea duo catholica scripta opposui: et dogmatum, in quibus Orientalis Ecclesia ab Occidentali differre visa est, plium sensum exposui. Nunc, quod deesse mihi visum est (ne etiam hac in parte vel mihi ipsi, vel genti meae, fratribus, inquam, meis desim), per hanc meam Sanctitatis Tuae manibus non dignam epistolam studiose adimpleo.

Et imprimis audaciae meae, si non sit temeritas, quod tantum in suggestione rei arduae apud tuam Sanctitatem praesumam, veniam, quam humillime exoro: quod enim est supra me, nil spectare deberet ad me. Deinde debitas tuae Sanctitati gratias ago, quod me Brevi tuo, summe mihi venerando, praeter expectationem meam, cohonestare, et in eo benedictionem tuam mihi impertiri sis dignatus. Quod etsi tuae honorandae manus subscriptionem (prout forsitan mos fert) non habet, nomen tamen tuum, unice mihi reverendum, ad osculandum mihi exhibit. Tum submisso tuam Sanctitatem rogo, ut me noviter sub tuo mihi felicissimo pontificatu in gremium Sanctae matris Ecclesiae aggregatum et receptum filium in sinu tuo pastorali paterne foveas et diligas, et salutaribus monitis consoleris. Deinceps, quod supra me esse dixi, quod ratione juvandorum schismate irretitorum fratrum adimplendum esse censui, tuae Sanctitati, cui hoc vel maxime interest, quam diligentissime suggero; et tarditatis ac duritiei hominum istorum ad ineundam Sanctam Unionem (quamvis in erroribus suis ab unitis catholicis jam diu evidenter convicti sint) causam quam fidelissime aperio. In quo enim passus sum ipse et tentatus, potens sum et eorum qui tentantur, passiones et tentationes manifestare.

Non videtur mirum esse, Pater Sanctissime, quod gens ista (ut et aliae omnes ab Occidentalis Ecclesiae unione avulsae et Orientalis Ecclesiae nomine tumentes) crassa rerum divinarum ignorantia praeoccupata, ipsa per se nec nosse quidquam divinum possit, nec intelligere. Ubi enim liberalium scientiarum lucis semper occasus, et nunquam oriens, tenebrae ibi sint necessum est. Tenebris autem occupatus si palpitet, non est mirum. Nec hoc mirum, si quis visu privatus luce serena, vel frontem ad parietes allidat, vel pedes suos ad lapides offendat, caespitet,

cadat, et quo se vertat, non sciatur. Sed hoc mirum, si quis talium tot miseras, tot vitae pericula in horas, in momenta subire malit, quam tuta via et recta a vidente manuduci. Quales certe sunt omnes homines nefando schismate obcaecati, qui libere, non secus atque mente destituti, in suam perniciem ruunt. Ipsi in rebus salutaribus, in fidei, inquam, dogmatibus nil prorsus vident; manuduci tamen non patiuntur. Quid itaque cum talibus? Evidem ipsa experientia magistra edoctus, praeter unicum a Salvatore praemonstratum efficacissimum medium, quod innuo, alterum non invenio. Ubi enim rationi datur ratio, nec dissensio ibi obstinax, nec assensus tardus; sed ubi itur opinione, frustra ibi obviatur ratiocinatione. Quid enim aliud est compelle intrare, quam noli permettere opiniosos et obstinatos perire? Si itaque occidere praesumitur, qui dum juvare potest, despicit, juvare eos omnino tenemur, ne homicidium a nobis ob voluntariam despicientiam incurritur crimen. Juvare autem non ut sanos, sed ut insanos: eviderat obstinatus non multum differt ab insano; quia ut insanus malefacere non desistit, nisi convictus, ita et obstinatus quidquam boni facit, nisi coactus. Quare uterque uno eodemque modo ad saniorem mentem, velit nolit, est reducendus: ita ut insanus ligetur, ne mala faciat, et obstinatus cogatur, ut bona faciat; arbitrio eorum concedendum plane nil, cum sit plane caecum. Quid enim desideratur, quod in Russia nostra pro revocandis ad saniorem mentem schismaticis uniti catholici plus quam per triginta continuos annos non tentarint, non egerint praedicationibus, disputationibus, colloquiis quotidianis, admonitionibus, scriptis privatim et publice, et secundum apostolum, opportune importune arguendo, obsecrando, increpando in omni patientia et doctrina? Non plus tamen per haec omnia apud obstinatos istos homines effecerunt, quam si surdis (ut est in proverbio) fabulam narrarent. Illud vero a me praenotatum, a Christo Domino Ecclesiae suae pro invitandis ad coenam ejusmodi immorigeris hospitibus insinuatum medium, a quibusdam fidelibus, Domini sui servis, in ditionibus suis adhibitum, multos ex viis et sepibus in domum Domini intrare brevi tempore fecit. Quod si ab omnibus catholicis adhiberetur, profecto opinione celerius domus Domini impleretur. Non remansisset utique extra domum, nisi filius perditionis, vagus homo et perfidus, vita communis non dignatus.

Sed quid? Taliter se negotio isto gerente, schismaticorum apud tuam Sanctitatem culpem inflexibilem obstinationem, an quorundam in hoc regno catholicorum socordiam supinam? Haud scio; quaeram tamen. Dicit Dominus: servus qui cognoscit voluntatem Domini sui, et non preparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Schismaticus est servus, servus et catholicus; sed schismaticus voluntatem

Domini sui non cognovit, catholicus vero cognovit. Cum itaque uterque servus iste voluntatem Dei sui non fecerit, uterque vapulabit; sed hic plus, ille minus. Isti itaque servi sunt merito culpandi, qui vapulabunt multis: qui voluntatem Domini sui cognoverunt, et non praepararunt, nec secundum voluntatem ejus fecerunt. Catholici sunt jure culpandi, qui hanc Domini sui voluntatem cognoverunt, quod ille omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, tamen nec praepararunt, nec secundum voluntatem ejus fecerunt. Non praepararunt, quia permiserunt subditos suos faedo schismate teneri, et haereseon coeno obrui. Non fecerunt secundum voluntatem ejus, quia non... compulerunt subditos suos in domum Domini sui intrare. Isti tales servi sunt culpandi. Isti servi, mea exili sententia, pastoribus illis apud Ezechiel prophetam sunt non dissimiles. Nam quemadmodum illi lana, lacte et carne ovium suarum cooperti et pinguefacti oves non pascebant, ita et hi in laboribus subditorum suorum quotidianis positi ex censibus et tributis eorum ditantur, purpura et byssso induuntur, et quotidie splendide epulantur, de salute autem animarum eorum nullam prorsus habent curam. Quod execrabilius, plerique eorum (proh Deum immortalis) toti sedulo in id incumbunt, ne subditi eorum ad agnitionem veritatis perveniant et salventur, dum eos in schismate, blasphemis, haereticis erroribus scatente, non modo permanere patientur, verum etiam ut maneant (pertinaciam istam illorum constantiam vocantes), hortentur: invasoribus episcopis popones suos inaugurate permittant, et obedientiam iis praestare adigant. Unidos autem episcopos, legitimos eorum pastores, verbis quidem magnificare p[re]se ferant, reipsa tamen nimium contemnant, dum eos in istos suos popones jure debitam jurisdictionem exercere non sinant, et rogati recusent. O, multis vapulatu[ro]s istos servos! O, malos dominos non bonos catholicos! Isti, isti sunt, Pater Sanctissime, quos apud tuam Sanctitatem culpem. Isti frigi catholici sunt in causa, cur haec salutaris Sanctae Unionis in patria nostra, multorum sagaci industria diu agitata (quae etiam nunc incessanter agitur) scintilla optatum non excitarit, nec excitet incendium, quam isti sua detestabili frigiditate in ignitissimis Unitorum fomitibus restinguunt, et ne altum inflammetur, supprimunt, Isti tales catholici schisma in Rossia nostra fovent, tenent et promovent. Isti invasoribus episcopis monasteria sui patronatus ad commorandum suppeditant; isti eos alunt, isti defendunt. Quorum illi patrocinio freti, huc illuc per totam Rossiam cursantes, popones suos, homines crassae ignorantiae simonizant, schisma ecclesiant, haereses orthodoxizant: et sic sibi, sequacibus suis et istis patronis, cum magno parvulorum scandalo et Sanctae Unionis cum multo detimento, thesaurizant iram in die irae et revelationis justi judicii Dei.

Cui malo occurrere, tuum est, Pater Sanctissime, et efficere, ut in uno eodemque corpore membra omnia id officium exerceant, quod illis iudicio capitinis inhibetur, et non quod illis ipsis lubet: ne hoc illorum viatum jure vergatur in ipsum caput, cuius imperio illa regi tenentur. Tu caput te ipsum, ob pereuntium animarum salutem, quotidiana sollicitudine paene evisceras hanc, ut gentem Rossiacam ad Sanctam tuam Unionem, sine qua illi est perditio, piis modis alicias, adducas, attrahas; membra autem aliud multo diversum, immo tuae voluntati contrarium exercere cernuntur.

Sic itaque rebus maledicti schismatis stantibus, vis, Pater Beatisime (qui Domini tui voluntatem imitatus praeter salutem animarum, uti res clamant, nil aliud vis), diu a plerisque antecessoribus tuis desideratam et promotam Unionem Sanctam, in Rossia nostra integre ab omnibus Rossis initam videre? En modum tuae Beatitudini, suggero, eumque planum et pium, facillimum et efficacissimum. Pro auctoritate tua, qua ex Dei instituto polles, nil cunctando, dic caput brachiis tuis quae tibi in hoc praeclarissimo Regno Poloniae sunt, alteri spirituali, alteri saeculari: Fiat in regno Poloniae Unio; et verbo ocios facta conspicietur. Quid enim tu non potes, qui cooperatorem tuum Omnipotentem habes? Qui cum sis fedelis ejus servus et prudens dispensator, super familiam ejus constitutus, ut des illis cibum in tempore, in unum omnes colligere studeas. Brachia ista, si tuum illud Fiat unanimi consensu receperint unanimiter et exequuta fuerint, brevi, Domino Deo opitulante, quod in Rossia nostra fieri desideres, videbis, et optato sollicitudinis tuae fine superstes felicissime gaudebis. Si vero brachia ista ad invicem dissona sibi fuerint, ut quod alterum eorum attollat, alterum sublatum deprimat, frustra laboratur, frustra operatur, frustra expectatur. Immo certamen istud erit plus quam puerile ludibrium, ut quod hodie alterum extraxit, alterum cras destruat: uti pene nunc apud nos agi videtur,

Habes, Pater Sanctissime, filium tuum in Domino dilectum, Serenissimum Regem nostrum (quem Dominus Deus servet nobis salvum, sanum et incolumen in multos annos), brachium saeculare, in exequendo hoc salutari munere ferventissimum et vigilantissimum: cuius in retinenda et promovenda Sancta Unione candor omnibus catholicis simul et schismaticis optime innotuit.

Habes et brachium tuum spirituale, ad obeundam hanc provinciam non minus idoneum, Illustrissimos et Reverendissimos Archiepiscopos et Episcopos, regni hujus senatores primarios; insuper et Illustrissimum ac Reverendissimum a latere tuo Nuntium.

Quid jam desideratur? Duo haec: unum, si ex commissione et mandato brachii spiritualis sacerdotes tum saeculares, tum regulares, qui

per singulas Rossiae provincias, paroecias conventus et collegia habent, praecipue vero Societatis Jesu patres: si, inquam, hi dictum tuum hoc unum Fiat ad exsequendum fideliter susceperint, dictum Fiet illico factum: hac ratione. Demandetur sub conscientia sanctae obedientiae singularis, qui sunt a confessione, neminem istorum absolvant, aut ad SS. Altaris Sacramenti communionem admittant, qui vel verbo vel opere Unionem opprimit, schisma vero promovet. Quales sunt isti schismatistarum intrusorum ultranei patroni, nutritores, defensores, ac proinde schismatis maledicti fautores, et quantum in illis est, promotores. Isti enim hoc suo auxiliari maleficio ecclesiasticam censuram promerentur non minus, quam isti ipsi iniquitatis hujus operarii. Insuper, poenitentialis satisfactionis loco, omnibus talibus injungatur, ut schisma opprimant, Unionem vero promoveant; schismaticos episcopos ex nunc e monasteriis suis extrudant, alimoniam eis subtrahant, favorem detrectent, patrocinium denegent, sacerdotes pro subditis suis nisi Unidos non ferant, monasteria, salvo patronatus sui jure, jurisdictioni episcoporum unitorum subesse permittant: et fiet illico tuae Sanctitatis dictum factum. Amotis enim columnis, rui necessarium est totum aedificium illis superaedificatum. Illico videbimus schismaticos istos invasores, qui nunc solis catholicorum ulnis gestantur, vel extra fines regni evagatueros, vel Unionem Sanctam sponte quaesituros, postquam se diutioris istorum suorum patronorum favoris et patrocinii spe frustratos esse reipsa fuerint experti. Isti enim, qui quaerebant animam pueri, defuncti sunt: persecutores, inquam, Sanctae Unionis, magnates, principes, qui advenas episcopos et istos... pro se suisque subditis tenebant, alebant et defendebant, evanuere. Nec potest amplius schisma tales protectores et nutritores ei suppeditare. Et hoc est unum quod desideratur.

Suggero alterum. Juventus illa gentis Rossiaca, nobilis et plebeja, schismati addicta, quae in Collegiis Societatis Jesu Patrum literis operam navat, ritum mutare ne cogatur; immo etiam volens non admittatur; sed ad Unionem Sanctam piis monitis allicita in suo ritu ut persistat, stabiliatur. Hinc enim operarii ad messem istam Domini, ad urgendam, inquam, et promovendam Sanctam Unionem suppeditabuntur. Et est praceptoribus hisce pro persuadendis in id discipulis suis, praeter sexcentas alias, et haec ratio in promptu evidentissima et firmissima apostoli dicentis: Si quis suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior. Nam etsi refragari vellent, constringi facile possunt. Non enim possunt vere affirmare, se pari ratione afflictam matrem, Orientalem Ecclesiam, mutato ritu juvare posse, quam si persistant in ritu. Nam fortius iste de vita periclitantem juvat, qui eum viva voce admota manu juvat, quam qui e loginquo solo clamore juvat.

Priore modo juvare censentur matrem suam, Orientalem Ecclesiam, qui in ritu suo graeco permanent; posteriori, qui ritum mutant. Et quanto fortius, tanto efficacius; dum quod matri et fratribus commendant, idem ipsi, ut bonum et salutare, retinent et sequuntur; quam illi, dum quod matri et fratribus commendant, id ipsi, ut malum vel ut minus bonum, sprevisse praesumuntur.

Hae duo, Pater Sanctissime, si tu vivida tua pastorali in omnes auctoritate reipsa effeceris, en optatam Unionem in Rossia nostra ad manus habes; qua potitus, suppose te per tuos Rossos brevi temporis successu in omnibus nationibus, Orientalis Ecclesiae nomine in schismate esse jactantibus, eam obtinuisse. Libertas schismati supercilium attollit, servitus deprimit. Ubi ex libera nostra gente infernalis iste... expulsus fuerit, ex gentibus tyrannide oppressis opinione celerius propulsabitur. Modos Deus ipse providebit. Quare huic meae suggestioni, si est aequa, Pater Beatissime, favorem opere exhibe, nec mora: occasio enim est anticipanda, cum hoc tempore apud nos etiam rigidissimi schismatici, assidua Unitorum opera succensi, incalescunt et mollescunt; et taedio schismatis sibimet ipsis quodam modo exosi facti, pro Unione ad invicem decer- tant, et pro perspecto ejus bono passim contendunt. Hodie (cras enim erit minus apte) Rossos tuos, loco strenui Davidis, ad prosternendum robusto isti populo Dei insultantem Philistinum, obtinere omnem curam adhibe, persuasus brevi se, gratia Dei, per eos desiderii tui optato effectu in universa Orientali schismatica Ecclesia potiturum.

Interim me inutilem tuum servum, ad pedes tuae Sanctitatis per quam humillime prosterno, et eos reverenter oscular; peccatis meis veniam exposco et benedictione Sanctitatis tuae pastorali consolari cupio. Dominus Deus Sanctitatem tuam, ad regimen Ecclesiae suaee sanctae pro pace universi orbis christiani, per gratiam suam divinam conservet in multos annos.

Data in Volhynia, provincia ducatus Rossiae, Regno Poloniae incorporata, in monasterio Derman dicto, patronatus Illustrissimorum principium in Ostrog, anno Domini 1630, mense Februario 16 die.

Beatus tuus indignus filius et quotidianus apud Deum exorator
 Meletius Smotriscky,
 Archiepiscopus dictus Polocensis,
 Archimandrita Vilnensis et Dermanensis.

102.

Zaborze, 23. II. 1630.

Metr. Rutskyj Nuntio Card. Sanctacrucio, de rebus gestis in suo itinere Kiovensi et Voliniensi: de erigendo monasteriolo apud cathedralem S. Sophiae; de funere Alexandri Zaslavskyj; de suis colloquiis Dubnae habitis in curia ducis iuvenis Vladislai Dominici super Unionem promovenda; de hostilitate schismaticorum Dubnensium in sacerdotes unitos; de visitato Georgio Puzyna, Nobili non unito Luceoriensi, ut disponeretur ad Unionem amplectendam; de litteris Meletii Smotryckyj ad patriarcham Cyrillum Lucaris scriptis; de Confraternitate schismaticorum Vilnensi, de cultu divino in ecclesia S. Sophiae Kiovensi instaurando.

ARCHIV. METROPOL. LEOPOLIEN, *Codex Santa Croce*, vol. 10759, fol. 125-127 (orig.).
MUH, vol. II, pag. 144, nr. 65.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine Colendissime.

Quattuor menses elapsi sunt ex quo e loco solitae meae residenciae discessi, intra quod tempus quicquid accidit, Ill.mae ac R.mae Dominationi Vestrae nunc primum scribo. De Stepanensi tumultu excitato ab ipso diabolo scripsi ante,¹³⁵ et litteras ante festum Nativitatis Christi transmisi ad Ill.mum ducem Radzivillum, Cancellarium magni ducatus Lithuaniae, et responsum habeo quod acceperit; per eumdem misi ultimum librum contra schismaticos R.mi Meletii, *Exaethesis intitulatum*, haec accepisse Ill.mam ac R.mam Dominationem Vestram nihil dubito.

Desiderarem ipse quoque venire Varsaviam et oretenus ista quae modo scribo referre, sed iam per aliquot septimanas magnis catarrhis affligor, unde secuta est continua tussis, quae adhuc durat; acciderunt ista ex intemperie praesentis hiemis et incommoditatibus hospitiorum, in quibus diversari me contigit, quae alias mansiones non habebant quam vaporarias, in quibus panes pinsuntur, et fumo plenae sunt. Post Pascha tamen, ad summum post Pentecosten, curabo supplere praesentem defectum vel per me, vel per R.mum Coadiutorem meum, vel per utrumque simul, multum enim interest nobis ut Ill.ma ac R.ma Dominatio Vestra sit plenissime informata de rebus nostris, quod per litteras praestari non potest.

Initio Decembris adii Ill.mos ducem Coretensem et Palatinum Vil-

¹³⁵ De s.d. «tragoedia Stepanensi» cfr. in *Epistolae Josephi Velamin Rutskyj, Metropolitae Kiovensis (1613-1637)*, Romae 1956, pag. 239-241, nr. 117, et s.d. «visitatio mea per Woliniam» cfr. pag. 226, nr. 110.

nensem, sollicitando, ut ad effectum deducant quod ante annum promiserant mihi, ut sex protopopas ex suis locis moveant et unitos substituant, promissionem confirmarunt, effectum tamen in aliud commodius tempus distulerunt. Ibi potens desiderium animum meum incessit adeundi Chioviam, quae a Zwiahel, residentia Ill.mae Palatinae Vilnensis, quae est e ducibus Ostrogiensibus, distabat triginta milliaribus polonicis; hoc tamen desiderium nulli tam ex fratribus meis quam ex familia saeculari manifestavi, sed nec D.nae Palatinae, nisi hoc quod haberem necessitatem adire quaedam loca propinqua Chioviae, ubi intercedebant lites circa terminos agrorum, bonorum ipsiusque et meae metropoleos, et quia haec profectio fuit in rem ipsius Ill.mae, ut sine strepitu iuris componerentur ista inter nos, libenter hoc audivit et securitatis causa pedites quotquot vellem ex satellitio ipsius obtulit, itemque ex equitibus et sclopeticis. Gratias egi, tres ex peditibus assumpsi, plures enim difficile mihi fuit circumducere mecum hinc inde. Postquam abfui Chiovia quindecim milliaribus, aperui consilium meum primo ecclesiasticis meis, post emnavi ad aliam familiam, quae, memor tumultus Stepanensis horrescere cooperat, sed hunc horrorem excussi, quod Cosaci nunc occupati sunt cum commissariis regiis ultra Chioviam, item quod cohors militum regiorum esset in hibernis in ipsa civitate Chioviensi, aliquae aliae cohortes prope Chioviam, via unius diei ad summum distantis, hae refrenarent Cosacos, si vellent aliquid moliri; additae sunt aliae rationes a meo factore Chioviensi qui eo venerat mihi obviam, ita animati erant mei et alacriter redebamus quam in ingressu, et postea manendo Chioviae surrexerunt, intelliget Ill.ma et R.ma Dominatio Vestra ex litteris unius ex meis scriptis ad unum e meis, quarum copia, quia mansit penes istum, hanc ipsam simul cum praesentibus Ill.mae ac R.mae Dominationi Vestræ litteris meis mitto; legi iubentur tunc quando sibi commodius videbitur. Ego hoc unum affirmo, et puto me vere dicere, Dominum Deum solum huius consilii auctorem fuisse, vix enim aliquis horum hoc consuluisset. Ipse etiam ex singulari sua gratia disposuit animos hominum illius loci, alioqui feros, ad agendum mecum mansuete, ut apparebit ex illa charta, et aperuit viam mihi meisque manendi Chioviae, quocirca iussi trabes convehere ad erigendum monasteriolum pro meis penes eamdem cathedralem sanctae Sophiae, qui ibi perpetuo residerent; si nihil plus factum fuisset ista hieme, quam hoc, bene insumpti fuissent sumptus et labores huius viae.

Prope Chioviam rescivi de funere piae memoriae ducis Alexandri ab Ostrog Zaslaviensis, Palatini Chioviensis, magni promotoris Unionis sanctae, et insigniter vel hoc solo titulo meriti de Ecclesia Dei; abbreviavi tempus mansionis meae in illis partibus et festinavi ad hoc funus,

quo peracto veni Dubnam, ubi tamen cum duce Vladislao Dominico, adhuc minorenni, capaci tamen, et cum tutoribus ipsius contuli de promovenda Unione ubi est, et de introducenda ubi non est, in bonis illius ducis, assenserunt; rogavi ut hoc darent in scriptis, et dederunt, cuiusque scripti copiam polonicam, qualis data fuit, Ill.mae ac R.mae Dominationi Vestrae mitto, gavisus sum plurimum de hoc; iam enim existimo non amplius esse necessariam mansionem meam in his partibus Volhyniensibus; R.mi episcopi nostri Vlodimiriensis et Luceoriensis ad effectum deducent suo tempore; scire autem necesse est bona huius iuvenculi ducis occupare magnam partem Volhyniae, et multa millia myriadum horum numerari in iis, qui omnes sunt ritus graeci. Unum hoc accidit Dubnae: magna multitudo horum venit supplicando iuveni duci, quos iuvarunt nobiles Rutheni schismatici, vasalli dicti ducis, ut tolleret ab eis sacerdotes unitos, praesertim protopopum Dubnensem; nec defuissent e catholicis intercessores prout nec defuerunt, sed quod secutum est, absterruit omnes ab intercessionibus; illi enim qui capita factionis fuerunt, sputis consputarunt unum e sacerdotibus, forse etiam pugno percusserunt, et quia hoc fecerunt inspectante duce, capti et in carceres coniecti sunt, postea capite damnati, et per meam intercessionem ab hac paena liberati sunt; ita concurrerunt ad me, culpam deprecati sunt, et in posterum se nihil tale tentaturos promiserunt; accepi eos benigne; in ecclesia primaria civitatis illius, ubi est parochia ipsorum, pontificaliter celebravi, et a protopopo prandio, pro quo forte contribuerunt etiam cives, exceptus sum, et ita cum benedictione eos dimisi et ipse ab iis discessi.

In via diverti ad quendam Nobilem primarium e schismaticis Volhyniensibus, Georgium Puzynam, qui est fundator Confraternitatis schismaticorum Luceoriensis; nunquam autem antea visitaveram ipsum, quo nomine charus ipsi fui, quod non sperabam; ibi tota die mansi, oportebat enim ut melius ac melius ille bonus vir disponeretur ad Unionem; non procul abest a Regno Dei, spero bene de ipso.

Ibi ista duo cognovi: velle illos rogare in futuris Regni Comitiis Synodus pro utraque parte; litteras ad patriarcham Constantinopolitanum scriptas nomine ipsorum a R.mo nostro Meletio, ipsos in conventu ipsorum Volhynensi legisse et probasse, ad Chiovienses misisse et ibi approbatas esse sine ulla mutatione, quod valde miror; inde bonam spem concipio quod surroget istud medium, Deo propitio, et si postea nostri dictum successum non impediverint, nunc ad Vilnenses eas misisse, ubi similiter approbandas iri existimo, et sic mittentur Constantinopolim. Desiderarem vehementer, ut supersedeat adhuc curia executioni in Confraternitatem illam schismaticorum Vilensem, ne hac festinatione maius bonum, quod a schismaticis speramus, impediatur.

Supplico, ut Ill.ma ac R.ma Dominatio Vestra hoc proponere dignetur R.do Patri Ioanni Grujewski, Praeposito domus professae Societatis Iesu, Varsaviam; ille enim inter Patres Iesuitas habet maiorem affectum ad promovendam Unionem quam alii, et, ut ipsum recreat, det ipsi ad legendum tam relationem viae meae Chioviensis, quam litteras ad patriarcham scriptas, quas in latinum conversas mitto Ill.mae ac R.mae Dominationi Vestrae. Mitto originales litteras dicti pseudopatriarchae manu ipsius propria exaratas ad Marcum Antonium de Dominis, quarum ipse patriarcha manu sua exemplar descriptum misit ad Confraternitatem Vilnensem, adiunctis suis litteris ad eamdem, et multa bona quae in dicta Confraternitate incipiebant per nos fieri, quae bene scit ille Pater, quia erat in illis nocturnis congressibus, quos faciebamus Vilnae apud Patres Bernardinos, dictus pseudopatriarcha his suis litteris et scriptis illius Marci Antonii impedivit. Ista omnia credo cum gustu lecturum dictum Patrem. Ea tamen omnia iudicio et voluntati Ill.mae ac R.mae Dominationis Vestrae committo, me autem et promptissima obsequia mea gratiae et patrocinio Ill.mae ac R.mae Dominationis Vestrae etiam atque etiam commendo.

Zaborzae, 23 Februarii 1630.

Ill.mae ac R.mae Dominationis Vestrae humillimus servitor
Iosephus Velamin Rutschii,
Metropolita Chioviensis totiusque Russiae.

Il.mus episcopus Chioviensis,¹³⁶ unus e tutoribus ducis Dominici, egregie se gessit et zelose in negotio Unionis Dubnae, licet mille florenos ipsi obtulerint schismatici; Dermanenses etiam insurrexerunt contra R.mum Meletium, qui est Archimandrita loci illius, sed reiecti sunt a dicto episcopo; bonum esset si Ill.ma ac R.ma Dominatio Vestra suis litteris laudaret hunc zelum ipsius.

Iterum humillime rogo dignetur dare litteras ad Ill.mum Palatinum Chioviensem modernum,¹³⁷ commendando me et negotia mea, mansionem scilicet meam et meorum, cum indignissimum sit, quod Metropolita non resideat nec per se, nec per suos penes suam cathedram et templum illud augustissimum S. Sophiae, ornamentum Russiae stet

¹³⁶ Boguslaus Radoszewski, Episcopus Kioviensis latinus (1618-1633), dein Luceoriensis.

¹³⁷ Agitur de Palatino Kioviensi Stephano Chmielecki (1629-1630) vel iam de Janusio Tyškevyc (1630-1648).

sine cultu divino, in quo me etiam Ill.ma ac R.ma Dominatio Vestra negligentiae arguere posset, et se velle monere me, ut omnino ibi si ipse non resideam, habeam tamen hos, qui in ecclesia illa celebrent divina. Iam corpus ecclesiae restauratum est per me, remanet modicum ad restaurandum, sed cum vestibulis quae duplice ordine cingunt ecclesiam, non est mihi modus ad restaurandum, dummodo dem id quod a me promissum est pro Seminario, quod spero, Deo adiuvante, me soluturum hoc anno, applicabo me ad illam fabricam Chioviensem. Copiam litterarum ad patriarcham transmittere dignetur Ill.ma ac R.ma Dominatio Vestra ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, et ut tradatur per manus Agentis mei, itemque epistolam ad Marcum Antonium de Dominis Spalatensem, quia interesse potest haec Sacra Congregatio, de quo ego quoque scribo ad Sacram Congregationem.

103.

Bilopole, 3. III. 1630.

Metropolita Kioviensis Nuntio Varsaviensi de variis rebus metropoliae, occasione promotionis Nuntii ad dignitatem cardinalitiam.

ARCHIV. METROP. LEOPOLIEN., *Codex Santa Croce*, fol. 137.

Ill.me ac Rev.me D.ne, D.ne Colendissime.

In redditu ex hac quatuor mensium peregrinatione mea veni Vlodimiriam, ibi primum audivi Ill.mam ac Rev.mam D.V. ex singulari divina providentia pro meritis ipsius quae vel in hac sola Nuntiatura eni-
tuerunt et mihi valde nota sunt exaltatam esse ad summum in Ecclesia Dei culmen honoris, dignitatem scilicet Cardinalitiam; exultavi spiritu Deo Optimo Maximo, indignus gratias egi et novas hac de re ad Ill.mam D.tionem Vestram scribere litteras constitui; jam enim aliquot ante diebus priores scriptae erant. Dum ista scribere incipio venerunt mihi in mentem verba Mardochei, dicta ad Esther: Et quis novit, utrum idcirco ad Regnum veneris, ut in tali tempore paraveris. Liceat (sic!) mihi, Ill.me ac Rev.me D.ne, te his verbis compellare et dicere: Tale est tempus modo, in quo Unio Sancta in hoc Regno promotores habet vix et ne vix qui-
dem aliquos et quod magis dolendum ex Statu Ecclesiastico, oppugna-
tores vero propemodum infinitos eosque magni valoris, nos Ministros ipsius et exiguo numero esse et parvae apud homines aestimationis. Ecce enim tali tempore vocatus es ad Regnum cuius nos Ruteni Uniti fidelissimi semper fuimus vasalli et erimus Deo adiuvante semper, quomodo non sperabimus bene de successu huius sancti negotij, maxime cum Ill.ma ac Rev.ma D. Vestra ipsa motu proprio in penultimis litteris suis id nobis

liberaliter offeras, pro quo infinitas ego nomine meo ac etiam omnium nostrantium ago gratias. Manebunt istae litterae in aeternum non tantum in Archivio nostro, sed in penetralibus cordis mei. Fuisti mihi Ill.me D.ne in hoc Regno Dominus et Pater, sis idem mihi et post dies vitae meae, qui breves erunt, meis.

Audivi et de illa Ill.mae ac Rev.mae D.nationis Vestrae tribulatione per pestem, per quam providentia divina augere in Ecclesiam suam Il.mae ac Rev.mae D.tionis Vestrae merita voluit. Sit benedictus Deus in saeculum quod hoc malum ad te et primariam familiam tuam non appropinquavit. Ita promissum est ei qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei caeli commoratur.

Inhibitio ab Ill.ma ac Rev.ma D.one Vestra missa mihi, remissa fuit a me cum subscriptione mea, sed ille cui commissa fuit a me, negligentius se gessit in includenda in fasciculum litterarum quae mittebantur ad Ill.mam ac Rev.mam D.V., nec mihi statim restituit, nisi nunc ante hos paucos dies eamque non satis mundam, qualiscumque nunc est mitto Ill.mae ac Rev.mae D.V. ad Patrem Nicolaum Novatium Agentem nostrum Romanum. Ill.mae ac Rev.mae D.V. plurimum commendando, ut eum gratia et Patrocinio suo fovere et negocia quae in Curia Romana pertractat vel in posterum tractabit promovere autoritate sua dignetur.

De loco pro uno ex nostris in Tribunali generali Regni inter Deputatos Ecclesiasticos concedendo supplico, ut Ill.ma ac Rev.ma D.V. litteras scribere dignetur ad Ill.mum D.num Archiepiscopum Gnesnensem et agere oretenus, ante discessum suum cum quo sibi visum fuerit.

Protectionem nostri successori suo Ill.ma ac Rev.ma D.V. ut commendare dignetur etiam atque etiam rogo. Quod reliquum est, promptissima obsequia nostra Ill.mae ac Rev.mae D.V. humillime offerimus. Quam ut Deus Optimus Maximus Ecclesiae suae Sanctae et Reipublicae Christianae bene sanum et omni bonorum cumulatam quam diutissime conservet etiam atque etiam precor.

Bialopoli, 3 Martij, anno 1630.

Litteras binas tantum accepi ab Ill.ma ac Rev.ma D.V., unamque de data 2, alias 20 Januarij, ad quas modo respondi; alias praeter mea nullas a mense Octobri.

Ill.mae ac Rev.mae D.V. humillimus servitor

Josephus Velamin Rutsch,
Metropolita Chioviensis totiusque Russiae.

Rev.mus Meletius Smotrischi mittit litteras ad Suam Sanctitatem et copiam illarum manu propria exaratam mittit ad Ill.mam ac Rev.mam D.V.

(*alia manu*) Illustrissimus Cardinalis... (sic).

104.

....., 1630.

Brevis biographia Meletii Smotryckyj, forsitan a Metropolita Kioviensi enarrata, ob eius veritatem et eventus clandestinos.

APF, Scrtt. rif. n. Congr. gen., vol. 336, fol. 350rv, 356.

Vita Meletii Smotrziski, dicti Archiepiscopi Polocen.,
ad annum Domini 1630.

Meletius Smotrziski natus in Russia ex nobilibus parentibus, sed schysmaticis, circa annum Domini 1580mum. Puer, ob eximiam indolem, a parentibus Patribus Societatis Jesu in disciplinam traditus, absolutis minoribus litterarum studijs ad Physicam usque, inter illos profecit. Sed anxijs parentibus, ne ex consuetudine Patrum Societatis, deserto avito Schismate in Catholica Religione perseveret, mittitur in Germaniam ad Scholas Haereticorum, ubi haeretico veneno infectus rediens in Russiam, adhuc saecularis existens, multos edidit libros contra fidem catholicam ac Unionem Ruthenorum cum S.R.E., sed inter caeteros unum pestilentissimum, inscriptum *Lamentatio Ecclesiae Orientalis*, in quo abutendo authoribus, Scripturae, et Patrum, conciliatis inde animis tam Schismaticorum, quam Catholicorum Russiae, simpliciorum praesertim, tantam adeptus est autoritatem, ut nisi Prelati catholici excommunicationis sententiam contra legentes pestiferum librum fulminassent, multos a fide catholica apostatare fecisset, donec imposturae in ipso contentae primo a Patre Skarga, Societatis Jesu, deinde a Joachimo, Episcopo Vologdimiriensi, Rutheno, Collegij Graecorum Urbis Alumno, confutatae, et explosae fuissent.¹³⁸ Quamobrem obmutescens Meletius ad alia se contulit, et Conclaves ex Homilijs SS.torum Patrum et alijs libris catholicis de sumptas pro diebus Dominicis et alijs Festis solemnioribus per totum annum lingua Ruthenica composuit et impressit adeo dextre, ut aeque Catholicis Ruthenis, atque Schismaticis deservire possint. Donec Anno Domini 1618, e latebrius, in quibus scribendi gratia latuerat, Vilnam Lithuaniae metropolim accedens, a Schismaticis, quorum ibi magna est copia, maxima cum laetitia in Monasterio hospitio exceptus, et tandem lachrymis eorundem ad suscipiendum habitum monasticum indutus, so-

¹³⁸ Petrus Skarga scripsit iam eodem anno 1610 suum opus contra «Lamentationem» Meletii Smotryckyj, sub titulo: *In Lamentationem Theophili Orthologi ad Ruthenos Ritus Graeci monitum*, in lingua polonica; Joachimus vero Morochovskij edidit anno 1612 confutationem sub tit. «Paregoria seu Consolatio», ex parte Unitorum.

lemini pompa convivij, omnium Schismaticorum sumptibus instructi, convivantibus utriusque generis convivij, deposito nomine Erasmi, quo in seculo utebatur, nomen Meletij sortitus est, allusione ad ipsius eloquentiam et sapientiam, cum revera reliquos omnes Ruthenos scismaticos tam sacros quam prophanos litterarum superet peritia, hinc ab Exarcho Constantinopolitano nomine Theophane, qui se Patriarcham Constantinopolitanum vocabat, eo tempore in Russiam irrepente, cum acclamacione omnium schismaticorum declaratur Archiepiscopus Polocen., contra legitimum Pastorem M. Josaphat Chunczevicz, quem etiam concitatis Schismaticis et novellis Catholicis, ab ipsomet seductis, Catholicam Religionem et Primatum Summi Pontificis tandem e vivis sustulit, et interfecit, Anno Domini 1623, die XI Novembbris (f. 350v); sed insidente Serenissimo Rege Poloniae in impios interfectores Sacri Pastoris, Meletius per biennium in Turcia delituit, ubi observata perfidia Schismaticorum, praesertim Cirilli Patriarchae Constantinopolitani asserti, praeter Schisma, Calviniana peste infamis, in Russiam rediens, magnam de Unione cum Catholica Ecclesia mentem extulit, quam etiam publica fidei catholicae professione mox declaravit. Vacante siquidem Archimandritatu Dermanen., cuius praesentatio ad Duces Zaslavienses pertinebat, dum eiusmodi beneficium a Patrono petit Meletius, Patronus tanquam vir catholicus Schismatico beneficium non concedit; interim tamen occasionem inflectendi eum ad fidem catholicam non negligens praesentat eum Metropolitae; Metropolita Meletium, iam alias de fide Catholica non male sentientem, ita de erroribus schismaticis ac haereticis convincit, ut is protinus, detestato impio Schismate exemplologesique apud eundem facta ac literis ad Sedem Apostolicam, suaे poenitentiae indices, exaratis, et publicis libris Schismaticorum erroribus detectis, ad Ruthenos Catholicos accessit, et constantissime in eodem animi proposito, cum maximo tum fructu, tum honore Unionis et confusione Schismatis perdurat.

(f. 356v) Die 21 9bris 1630. Congregatio 131.

105.

(1. X. 1630).

Petitio A. Grochowski, Ep. Luceoriensis, de Ruthenis schismaticis in ritum latinum admittendis.

APF, Scr. rif. n. Congr. gen., vol. 390 fol. 410, 145v reg.

Eminentissimi et Rev.mi Signori.

Mons. Vescovo di Luceoria¹³⁹ in Pollonia tra l'altre relationi del stato della sua chiesa esposte a questa Sacra Congregatione nella sua visita ad limina apostolorum, notifica alle loro Eminenze che molti nella sua diocese come anche nelle altre nel regno di Pollonia, quali sono del rito Rutheno scismatico, volentieri ritornarebbero et si unirebbero al rito catolico della Chiesa latina, ma perchè pare che osta non so che decreto apostolico, che niuno scismatico Rutheno possa ritornare al rito latino catolico et aggregarsi alla Chiesa et rito Romano, ma che debba et gli sia lecito ritornare et unirsi al rito Rutheno permesso et preteso catolico, restano perciò infiniti scismatici di farsi catolici per la difficoltà di detto decreto, perchè tali scismatici più tosto che farsi del rito Rutheno preteso permesso, si farebbero Turchi, et perciò parebbe bene in qualche modo limitar et moderare detto decreto, nè impedir a tanti che si farebbero catolici.

Perciò detto Monsignore di Luceoria humilmente supplica questa Sacra Congregatione, si degni in visceribus Christi operare con la Congregatione de Propaganda Fide presso quei Em.mi Signori per qualche temperamento in negocio di tanta conseguenza, poichè poco importa o l'un modo o l'altro, purchè si facci acquisto di anime et augmento alla Chiesa cattolica latina. Che tutto si spera dalla prudenza delle Signorie Vostre Em.me. Quas Deus etc.

(*alia manu*) Die 17 augusti 1630. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum remisit ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide.

Fr. J. Paulutius, S. Congr. Concilii secretarius.

(f. 415v) Alli Em.mi e R.mi Signori Cardinali Interpreti del Concilio di Trento. Per Mons. Vescovo di Luceoria in Pollonia per il rito Rutheno.

Hortetur ut suadeat.

Die prima octobris 1630. Congr. 130. Nr. 21. Referente Em.mo D.no Card. Ubaldino instantiam episcopi latini Luceoriensis in Polonia...

(*Nota*) Vostra Eminenza veda il decreto ch'è dentro, il quale è ben d'osservare in questa congiuntura, che li scismatici hanno scritto a Cirillo, che vogliono unirsi colla Sede Apostolica. Le ragioni di ciò sono note, però è bene d'essortar il vescovo a non ricevere li scismatici per adesso al rito latino, ma li faccia far uniti.

¹³⁹ S.d. relatio quinquennalis; agitur de Achacio Grochowski, Episcopo Luceoriensi latino (1628-1633).

106.

Vindobona, 28. XII. 1630.

Nuntius Roccus Card. Ludovisio: Informatio quaeritur, cur in Seminaria pontificia Vindobonense et Olomucense alumni Rutheni non admittantur.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 72, fol. 8 (orig.).
MUH, vol. II, pag. 123.

Em.mo e R.mo Signor mio, Padrone Colendissimo.

Conforme al comandamento di Vostra Eminenza con lettera de 7 del corrente, prenderò informatione della causa per la quale li Rettori dellli Collegi pontificii di Vienna e d'Olmitz non vogliono ricevere più alunni Ruteni, et a suo tempo ne darò ragguaglio a Vostra Eminenza, a cui intanto fo humilissima riverenza.

Di Vienna, li 28 Decembre 1630.

Di Vostra Eminenza humilissimo e divotissimo servitore

Cir(ia)co, Arcivescovo di Patrasso.

(f. 15v) Die 2 Februarii 1631. Congr. 134.

107.

Vindobona, 22. II. 1631.

Nuntius Roccus Card. Ludovisio, de alumnis Ruthenis in seminaria pontificia Vindobonense et Olomucense admittendis.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 72, fol. 22 (orig.).
MUH, vol. II, pag. 125

Em.mo e Rev.mo Signor mio, Padrone Colendissimo.

In conformità del comandamento di Vostra Eminenza ho procurato sentire dalli Rettori dellli Collegii pontificii di Vienna e d'Olmitz, per qual cagione non volessero ricevere più ne' loro Collegii alunni Ruteni. Questo di Vienna mi ha risposto, che non solo non ha ricusato di riceverli, ma che dall'anno 26 in qua ne ha sempre tenuti due, come tiene di presente. Il Rettore del Collegio d'Olmitz m'ha risposto, che quando li sia comandato, sarà pronto ancor lui a riceverli, ma che ne a lui, ne al suo antecessore è stato ciò ordinato, anzi che sono trenta o 40 anni, ch'a quel Seminario non sono gionti nuovi ordini, o constitutioni, come Vostra Eminenza vedrà dall'acclusa risposta. E le fo humilissima riverenza.

Vienna, li 22 Febraro 1631.

Di Vostra Eminenza humilissimo e divotissimo servitore

Ciriaco, Arcivescovo di Patrasso.

(f. 29v) Die 27 martii 1631. Congr. 137. Nr. 1. Si scriva al Nuntio che dell'anno 1624 fu visitato d'ordine di questa Sacra Congr. il Collegio d'Olmitz e furono fatti diversi decreti, e mandati al signor Card. Ditrichstain et a Mons. d'Aversa, allhora Nuntio, e perchè forse detti decreti non furono dati al Rettore del Collegio di quel tempo, overo essendosi stati dati, il presente di essi non ha notitia, la Sacra Congregatione manda il dupplicato di essi accio l'invii al detto Rettore con ordine, che per quanto s'aspetta a lui gl'eseguisca, e particolarmente quelli che sono a favor degl'alunni Ruteni, al Metropolita de quali, dopo havuta la risposta dal Rettore che gl'accetterà nel Collegio, scriverà acciò li mandi quanto prima.

108.

Vindobona, 26. IV. 1631.

Nuntius Roccus Card. Ludovisio, de alumnis Ruthenis in seminarium pont. Olomucense admittendis.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 72, fol 37 (*orig.*).
MUH, vol. II, pag...

Eminentissimo e R.mo Signor mio, Padrone Colendissimo.

Ho inviato al Padre Rettore del Collegio pontificio d'Olmiz i decreti fatti dalla Sacra Congregatione fin l'anno 1624, quando d'ordine della medesima Congregatione fu visitato quel Collegio, e li ho ordinato la puntuale esecutione d'essi; ma particolarmente di quelli, che sono a favore degl'alunni Ruteni, e subito, che il medesimo Rettore mi risponderà d'accettarli, avvisarò al Metropolita, che li mandi quanto prima, et a Vostra Eminenza fo humilissima riverenza.

Vienna, li 26 Aprile 1631.

Di Vostra Eminenza divotissimo et obligatissimo servitore
Ciriaco, Arcivescovo di Patrasso.

(f. 42v) Die 31 maii 1631. Congr. 142.

109.

Derman, 12. VI. 1631.

Meletius Smotryckyj Card. Ludovisio: Gratias agit, quod sua scripta laudata et in castro S. Angeli reposita sint; se excusat a faciendo compendio latino suorum operum ob exiguum huius linguae cognitionem; quaedam de titulo archiepiscopali ipsomet conferendo addit.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 58, fol. 81 (*orig.*), *Ibid. fol. 80rv (copia)*.
MUH, vol. II, pag. nr 77.

Eminentissime D.ne Colendissime.

Meum aliquid (quod Tua Eminentia in suis ad me literis annotat) SS.mo D.no Nostro (cuius ego pedes cum debita referentia iterum atque iterum humillime exoscular) et Em.mis Dominis S. Romanae Ecclesiae cardinalibus placuisse, gaudeo, et laudatum me ab iis fuisse, gratulor mihi. Magnis enim iisque bonis viris praecipue vero magnorum Maximo, et bonorum Optimo placuisse, laudatumque ab eo fuisse (qui tanti id meum aliquid fecit, ut illud inter praecipuas Romanae Sedis scripturas in Castro S. Angeli collocari iusserit) mihi sane multum et permultum est, multis et Dei gratia et ecclesiasticae praeeminentiae parasangis superato, ab illo, ut ovi a Pastore, a vobis, ut filio a Patribus. Utinam mihi (conscientia mea coram Domino meo rerum et cordium scrutatore teste, quod non mentiar), utinam, inquam, mihi non aliud ullum bonum in hac mea tota vita contingat, quam illi et vobis me meaque placere, laudarique. Quod utrumque Dominus noster Iesus Christus precibus vestris sanctis mihi indigno servo suo largiri dignetur, opto et peropto.

Libellum meum tertium in importunam et haereticam schismaticorum garrulitatem compositum, quem mitti sibi Eminentia tua iubet, iam transmissum esse certo accepi: lubentissime etiam ea in parte (prout in iisdem ad me literis mihi Eminentia tua suggerit) Em.morum Patrum optatis et iussis morem gesturus, ut praecipuorum argumentorum et autoritatum, quibus contra schismaticos in omnibus meis scriptis sim usus, compendium latinum facerem, nisi me et linguae latinae, ob exiguum eius cognitionem rarumque usum oblivio excusaret, et aliud quoddam non minus arduum nec, minus ad iugulandum et supprimendum haeretizans apud nos schisma utile negotium, in cuius opera iam tum, ab Ill.mo et Rev.mo Ecclesiae nostrae Rossiaca Metropolitano, D.no et Pastore meo unice honorando mihi iniunctum praepediret. Quod, faxit Dominus Deus, ad placitum SS.mi D.ni Nostri et ad gustum Em.morum Patrum prodeat.

Superest, me gratias immortales agere SS.mo D.no Nostro, quod Sanctitas Sua curam mei inutilis sui servi gerens, pro titulo archiepiscopali mihi conferendo fuerit paratissima, nisi ab aliquibus Patribus mota fuisset ea de re difficultas. Hanc ego, Em.me D.ne, difficultatem, uti planum mihi est, prorsus omnem aliam ea de re imposterum difficultatem sustulisse invenio. Minus enim honestum est extra terminos Ecclesiae Rossiaca titulum quaerere nudum, si sese is intra eam cum throno offerat. Cui, si Dei et Superiorum meorum sententia impar iudicatus fuero, minus extraneo par esse per memetipsum iudicari potero. Quo ego sum-

mae Summi Dei providentiae relicto, me meaque humillima obsequia tuae Eminentiae commendata esse volo.

Datae in monasterio Dermano, anno 1631, Iunii 12.

Eminentiae tuae obsequentissimus servus

Meletius Smotryschi, Archiepiscopus Polocensis nuncupatus, Archimandrita Vilnensis et Dermanensis m.pr.

(f. 82v) Eminentissimo D.no, D.no Ludovico Ludovisio, S. Romanae Ecclesiae Cardinali, D.no meo Colendissimo (*L.S.*).

Die 3 aprilis 1632. Congr. 156.

110.

Vladimiria, 16. VI. 1631.

Relatio Meletii Smotryckyj de miraculo, quod contigit Kioviae anno 1629.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 58, fol. 68rv (*copia*).

Relatio R.mi D.ni Meletii Smotrycii facta ad instantiam Iosephi Metropolitae Kiioviensis.

De miraculo, quod contigit Kioviae anno 1629 in ecclesia Nativitatis B. Virginis, dominica Orthodoxiae, quae est prima quadragesimalis, quando celebrabatur apud schysmaticos synodus, in qua anatematisabant haereticos ex usu Ecclesiae Orientalis, R.mae Dominationi Vestrae notum facio, quod primus rumor tertia hebdomada quadragesimae eiusdem pervenit ad me a sacerdotibus Capituli Ostrogiensis schysmatici, quibus id retulit veniens ex dicto conciliabulo parochus villae Miezots dictae, Georgius Bermacki de nomine, quod ita factum est Kioviae, prout ego scripsi in mea *Exthesi*, et licet, inquit ille, non tempestive veni illa die, qua id factum est, sed postridie, hoc est feria secunda, tamen quia in recenti passim per civitatem ubique publicabatur et sic ad me pervenit etiam ab illis, qui erant praesentes et auribus propriis hoc audiverunt. Ivi, inquit, ad Patrem Borecky (nomen hoc est pseudo-metropolitae), ut facerem ipsi reverentiam, et post expedita quaedam negotia mea, pro quibus veneram, quae sivi ex ipso illo de facto haesterno quod circumferebatur per universam civitatem; hic respondit ita accidisse, et ostendit mihi puerum tunc astantem sibi, qui erat ipsi a servitiis, aetatis quasi annorum 15, dicens: iste puer est, qui haeri concionatorem nostrum Tarasium Zimca in concione interpellavit, et dum ipse Patrem Smotrycium comparabat cum Hamman tanquam persecutorem nationis suae, apostamat ab Ecclesia Christi et fidei SS. Patrum Orientalium desertorem appellabat, clamavit puer ter: mentiris, mentiris, mentiris. Quod ego a capitularibus Ostrogiensibus audiens, ut magis inquirerem verita-



METHODIUS TERLECKYJ, EP. CHELMEN.-BELZENSIS
(1630-1648)

tem, consulto misi diaconum meum Isaiam Radevicium ad supradictum praesbyterum in Miezots, interrogando ipsum de hoc, qui coram hoc diacono meo idem dixit et confirmavit, quod ego scripsi in mea *Exethesi*, quod postea a multis aliis confirmabatur. Elapsò post anno dum ex quadam occasione ille ipse Tarasius, qui tunc apud illos concionabatur et cui dictus puer obiecit mendacium, venit Ostrogum (inde enim oriundus erat), iidem capitulares Ostrogienses schysmatici, qui ante annum a praesbytero Miezotsensi audiverunt hoc miraculum, convenerunt in unum, ipsum invitarunt ad se, ut inteligerent ab ipso praesente, an tale miraculum acciderit; qui coram illis confessus est ita accidisse, addebat tamen hoc, quod puer ille non est plenae mentis compos. Hucusque de hoc miraculo (f. 68v), sed quod ad illum puerum attinet, ego illum bene novoram, quando cum Borecio ferme duobus annis Kioviae manebam; fuit semper tunc, et nunc est, prout referunt qui ipsum bene norunt, compos mentis.

Scriptum Vlodomiriae, anno 1631, Iunii 16 die.

Meletius Smotrysky, Archiepiscopus nuncupatus Polocensis, Archimandrita Vilnensis et Dermanensis m.pr.

(*infra*) Miraculum Chioviae.

III.

Vindobona, 21. VI. 1631.

Nuntius Roccii Card. Ludovisio, de alumnis Ruthenis in Seminarium pont. Pragense admittendis.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 72, fol. 45 (orig.).
MUH, vol. II, pag. 177.

Em.mo e Rev.mo Signor mio, Padrone Colendissimo.

Ho avvisato al Rettore del Collegio pontificio di Praga come la Santità di Nostro Signore pro hac vice tantum ha derogato alla Bolla sopra la riformatione di detto Collegio, che impediva il ricevervi alunni Ruteni, perchè desidera la Sacra Congregatione, che si allevino buoni operarii del rito greco, per servitio della religione cattolica nella Russia; et ho ordinato al medesimo Rettore, che subito, che vi saranno luoghi vacanti nel detto Collegio di Praga, riceva due alunni Ruteni, che gli saranno mandati da monsignor Metropolita della Russia, ch'è quanto devo dire a Vostra Eminenza in risposta della lettera delli 17 del caduto, et a Vostra Eminenza fo humilissima riverenza.

Di Vienna, 21 Giugno 1631.

Di Vostra Eminenza humilissimo e divotissimo servitore
Ciriaco, Arcivescovo di Patrasso.

(f. 50v) Die 29 iulli 1631. Congr. 145.

112.

(5. VII. 1631.)

Petito Metr. Rutskyj Urbano VIII, P.M., de eligendo Prothoarchimandrita Basiliyanorum.

APF, *Sor. rif. n. Congr. gen.*, vol. 319, fol. 243.

Beatissime Pater.

Cum anno 1624, Octobris 4, Sanctitas Vestra in Sacra Congregatione de Propaganda Fide, ad instantiam Metropolitae Russiae concesserit facultatem monachis Ruthenis sibi eligendi prothoarchimandritam generali super omnia illorum monasteria et personas monasticas, ad eiusdem Metropolitae instantiam supplicatur, ut dicta concessio ex decreto Sacrae Congregationis redigatur in formam Brevis apostolici,¹⁴⁰ cum omnibus gratiis et clausulis, quibus alii Generales Ordinum et religiosarum familiarum utuntur, potiuntur et fruuntur. Quam Deus etc.

(f. 250v) SS.mo D.no Nostro. Pro Prothoarchimandrita generali Ruthenorum.

Die 5 iulii 1631. Congr. 144. Nr. 10. Referente Em.mo D.no Card. S. Sixti... die 4 octobris 1624...

113.

Vitebsk, 2. V. 1632.

A. Sielava, Archiep. Polocensis, Episcopo Korsak, de dispensatione matrimoniali obtainienda in favorem Ioannis Chisel, Nobilis Vitebscensis.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen. (Memoriali 1633)*, vol. 393, fol. 143rv (*copia*).

Copia litterarum R.mi Archiepiscopi Polocensis ad R.mum Haliciensem.

Non dubito quin sciat R.ma Dominatio Tua quod in hoc palatinatu Vitebsensi nobilis D.nus Ioannes Chisel, demortua prima uxore sua, dicta Maria Hurchowa, iuvenis immaturae aetatis et imperitus, amico-

¹⁴⁰ Cfr. in *Documenta Pontificum*, vol. I, pag. 481, nr. 411, de dat. 20.VIII.1631.

rum sanguinis et inimicorum fidei consilio persuasus (nullum esse impedimentum ad matrimonium contrahendum cum germana sorore uxoris suae demortuae, in quo et ipse Archiepiscopus olim Polocensis semischismaticus Brolnicius sententiam suam et licentiam dedit) duxit germanam demortuae uxoris suae sororem nomine Tomilam, ex qua et prolem suscepit, unicam filiam nomine Mariam, nunc uxorem nobilis D.ni Samuelis Luchomschi. Sed tandem, tardius quidem quam oportuit, admonitus, quod tam proximo in gradu affinitatis nempe primo, cum hac secunda uxore matrimonium contraxerit, varios modos dispensationis imperitus inquirebat, et dum ita anceps haereret, audivit a quibusdam amicis schismaticis, facillime se posse eam ex Chiovia obtinere, dummodo ritum catholicum Romanum desereret, et illorum complecteretur; dedit aures auditis miser, et una cum uxore perfidum schysma amplexus est (quae semper ritus graeci erat), quo irretiti hucusque manserunt, credendo se esse bene dispensatos. Verum nunc cum in civitatem Vitebsensem dioecesis visitandi gratia venissem, casu mihi accidit cum iis copiosius de periculo status illorum in quo positi erant loqui; auxilio itaque et gratia omnipotentis Dei adverterunt periculum, et iterum ad pristinam fidei poenitentes redire constituerunt frugem, modo illos adiuvem in obtinenda dispensatione in Curia Romana. Verum cum ego hac in parte ignarus sim, quibus viis et mediis haec dispensatio obtineri possit, ad R.mam Dominationem tuam hoc negotium, tanquam horum peritum dirrigo, obnixe petens, ut illud cordi habeat; et non solum dispensationem pro matrimonio ratificando, verum etiam legitimacionem prolis obtineat, ex qua non superest praeter unicam filiam, ut superius dixi.

Ratio vero cur non beat dispensatio denegari est: tum quia per ignorantiam hoc fecerint, tum quia a multis annis secum manserint, nimirum ab annis viginti duobus, prolem susceperunt (f. 143v) ex qua et nepotes habent; tum quia hoc ipso ad fidem catholicam reducentur, ut et reducti sunt. Cum prima autem uxore (si et hoc aliquid pro re nostra facit) nec medio anno mansit dictus D.nus Chisel, statim illi mortua est; quare cum nullam ex ea prolem suscepit, secundum legem totam dotem parentibus demortuae uxoris reddere debebat, quod iuveni difficillimum erat, cum eam penitus consumpserat. Accessit interim ex utraque parte amicorum persuasio, qua seductus est; unde aliud esset, si nos dispensatione pro matrimonio contrahendo egeremus; tunc enim nec unicum verbum dicerem tali in causa, sed cum iam pro ratificatione contracti et pro legitimacione prolis, ex illegitimo matrimonio susceptae, rogamus, facile, ut puto, obtinere possumus. De quo R.ma Dominatio tua me informet, et iudicium suum hac in causa mihi quamprimum notum faciat;

iterum obnixe petens, me ipsum sacrosanctis sacrificiis et immutabili
fraternae charitati quam diligenter commendo.

Vitebsca, 2 maii anno 1632.

Antonius Sielava Archiepiscopus Polocensis.

(f. 148v) Vitebsco 2 Maggio 1632. L'Arcivescovo di Polosca. Supplica
per la dispensa per Giovanni Chisel, come nel memoriale congiunto.

114.

(2. V. 1632.)

*Memoriale Archiep. Sielava S. Congregationi porrectum: De dispenatione
matrimoniali, ut supra, nr. 112.*

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 393, fol. 142.

Em.mi et R.mi Signori.

Antonio Sielava, Arcivescovo di Polocia, humilissimo servidore delle Eminenze loro, gl'espone qualmente Giovanni Chisel, nobile di Vitebsco di rito latino, essendo morta Hurchova sua consorte, s'ammogliò con la sorella della già morta sua moglie, chiamata Tomila, di rito Rutheno, dalla quale n'hebbe anco una figlia, pensando poterlo fare e persuaso da i suoi amici e dall'autorità dell'Arcivescovo Polocense di quel tempo, mezo schismatico. Questo avvedutosi dell'errore, che commise per l'affinità, procurò la dispensa, e non trovando modo d'ottenerla, intese, che facilmente la otterrebbe da Chiovia, lasciando il rito catholico et abbracciando quello de gli schismatici, dal che ingannato si fece inavvedutamente schismatico insieme con la moglie; ma mettendo ad ambidue in consideratione l'errore, che havevano commesso, si risolsero di tornare di nuovo alla Chiesa catholica, con pregar il suddetto Arcivescovo di aiutarli per la dispensa. Per tanto l'Oratore supplica humilmente le Eminenze loro, restino servite concedergli detta dispensa, ratificando il matrimonio e legitimando la figlia, havendo ciò fatto per imperitia loro e per le persuasioni degli amici, oltre poi che il matrimonio è già consumato da molti anni in qua. Che del tutto etc.

(f. 149v) Die 19 iulii 1633. Congr. 180. Num. 18.

Referente Em.mo D.no Card. S. Sixti... remisit ad S. Officium.

115.

Varsavia, 17. VII. 1632.

I. Wezyk, Archiep. Gnesnensis, Urbano VIII, P.M., de tempestate exorta contra religionem catholicam tempore interregni: de concessionibus, quae factae sunt haereticis; de difficultatibus Ecclesiam unitam tuendi, dum quinque palatinatus schismate infecti sunt et cosaci manu armata grassantur; de motionibus nobilitatis contra ordinem ecclesiasticum et bona religiosorum.

BIBL. APOST. VAT., Barb. lat., vol. 6648, fol. 236-237 (orig.).

Sanctissime et Beatissime in Christo Pater, Domine, Domine Clementissime.

Quam longe ante praevidi, et Sanctitati, et Vestrae praedixi imminente interregno praesenti Ecclesiae Dei et religioni catholicae tempestatem: ea in proxima ordinum convocatione, diu multumque iactati sumus. Ita enim heretici cum schismaticis contra nos coniurarunt, ut per vim et factionem, multa in perniciem fidei catholicae decernere pertinaceter conarentur. Fecit tamen singularis, et pene admirabilis Dei providentia, ut catholicorum animos in nostrum et religionis auxilium excitarit: visique et auditu fuerint, non solum complures ex senatu et equestri ordine, sed etiam integri tres palatinatus Plocensis, Mazoviae et Ravensis, qui pro religione se quasi opponerent. Quorum uti apud Deum et posteritatem immortalis erit memoria pietatis, ita apud Sanctitatem Vestram magna digni sunt gratia et commendatione. Fieri tamen non potuit, quin evitandae civilis discordiae maiorisque periculi causa, ea haereticis permitteremus, quae dudum a maioribus nostris, ipsoque Ser.mo Rege, vita nuper defuncto, extorserunt. In qua sane nostra permissione, nihil sine theologotum et iuris canonici peritorum consilio factum est, neque aliter nos qui praesentes fuimus episcopi decretis proximae convocationis, nisi salvo iure Romanae Ecclesiae subscrispsimus.

Neque vero minoris difficultatis res fuit, unitos Ecclesiae Romanae Ruthenos, a vi et impetu schismaticorum tueri. Scripsi iam olim Sanctitati Vestrae quinque palatinatus, nimirum Kioviae, Volyniae, Braclaviae, Russiae, Podolie, quorum fines supra centum milliaria Germanica in longitudinem protenduntur, ita esse schismate infectos, ut episcopis et clero exceptis, pauci admodum sint ex nobilitate et plebe Romanae Ecclesiae uniti. Kosakorum vero armatorum supra sexaginta millia numerari posse, qui pro schismate arma se sumpturos profitentur: ut propterea res plena esset periculi, eam religionis dissensionem armis vel bello, cuius dubius est eventus committere; magnoque proinde consilio Ser.mus princeps Vladislaus idemque haereditarius (f. 236v) Sueciae Rex in proximo

convocationis conventu eam discordiam certis utrinque datis et acceptis conditionibus componere curavit. Verum cum schismatici non aliter se quieturos profiterentur, nisi ipsis dimidium ecclesiarum graeci ritus concederetur: ac proinde difficile esset in tanta partium dissensione perfectam concordiam constituere; ne interea nihil ipsorum causa concessum videretur, vel propterea ad desperationem adducerentur, necessitas tandem ab Unitis expressit, ut ex consilio Ser.mi principis multorumque ex senatu et equestri ordine virorum, religione prudentiaque insignium, nonnullas ecclesias et monasteria schismaticis permitterent. Quod quidem nisi factum fuisse, re infecta et publica salute deserta ex convocatione discedendum erat. Utinam vero schismatici hac ispa permissione contenti esse velint, neque futuram regis electionem iisdem iterum postulationibus perturbare conentur.

Sed profecto tempus hoc interregni tam ferax est difficultatum, ut nos praesertim episcopi totusque ordo spiritualis non solum cum hereticis et schismaticis, sed cum nostris etiam catholicis habeamus, quod agamus. Nam illi quoque maiori quam antea contentione et studio veteres suas contra ordinem nostrum praetensas quaerimonias et postulationes urgent et promovent adeo, ut nisi ipsis spem fecissemus, nos suarum postulationum rationem habituros, non tam constanter nobiscum contra hereticos stetissent, vel se pro fide catholica opposuissent. Quas quidem ordinis equestris postulationes etsi anno superiori Sanctitati Vestrae una cum Ser.mo Rege defuncto perscripseram, atque ad eas Sanctitatis Vestrae responsum per Em.mum Regni Protectorem et Ill.mum D.num Nuntrium Apostolicum retuleram, tamen quia nobilitas sibi hucusque satisfactum ea in re non putat, haec ipsa brevibus commemoro. Flagitare in primis nobilitatem ut causae omnes quae sibi cum ordine ecclesiastico intercedunt, praesertim vero criminales, remota quavis ad Curiam Romanam appellatione, a commissariis Sanctitatis Vestrae hic in Regno defendantur. Deinde, ut sub antiquo Regni statuto, (f. 237) quo moniales a successione haereditatis removentur, viceque haereditatis dos sola vel annua provisio a loci Ordinario assignanda illis conceditur. Religiosi quoque cuiusvis Instituti et Ordinis eadem lege teneantur et comprehendantur. Ad extreum, ut non liceat Ordinibus quorumvis religiosorum bona immobilia et praesertim ordinis equestris ullo iure acquirere, cuius quidem postremae suaे flagitacionis hanc iuris rationem praendunt: quod haereditates nobilitatis uti Reipublicae obsequio sunt obnoxiae, ita sine Republicae consensu illarum dominium alio transferri non posse; nobisque etiam reclamantibus lege publica idem cavere conentur. Sunt quidem et alia plura quae nobilitas a nobis obtinere quasi per vim contendit, sed ea cum eiusmodi sint, ut de illis leviori negotio transigi possit,

sufficiat haec commemorasse, atque rationem reddidisse Sanctitati Vestrae laborum in proxima convocatione susceptorum, una cum Ill.mis D.nis meis comprovincialibus Vladislaviensi, Vilnensi, Plocensi, Praemisiensi, Culmensi eodemque supremo regni Cancellario, Camenecensi episcopis. Qui omnes ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti, et illos qua par est reverentia exosculantes, nos ecclesias, patriam nostram et futuram, Deo dante, Regis electionem Sanctitatis Vestrae gratiae et benedictioni commendamus, longaevam felicitatem Sanctitati Vestrae a Deo precantes.

Varsoviae, XVII Iulii MDCXXXII.

Sanctitatis Vestrae indignissimus servus et capellanus

Iannes Węzyk, Archiepiscopus Gnesensis m.pr.

116.

Varsavia, 16. IX. 1632.

Nuntius Vicecomes R.mo Ingolo, de perfidia patriarchae Constantinopolitani, qui ad confessionem calvinianam inclinatur; de adiuvandis Ruthenis unitis contra impetus schismaticorum.

APF, Scr. rif. n. Congr. gen., vol. 58, fol. 40 (orig.).

Molt' Illustre e R.mo Signor mio Osservandissimo.

Ricevo con la lettera di Vostra Signoria de' 14 del caduto le copie degl'avvisi, che sono giunti costà della perfidia del patriarca greco di Costantinopoli, dei quali mi valerò con questi Ruteni, quando verranno alla Dieta dell'elettione, che già insta; è ben vero che poco potranno valere coi scismatici, gente o roza o ostinata, e particolarmente coi Cosacchi, massime non essendo autentiche le suddette scritture, perchè essi dicono esser calunnie inventate da noi, anzi dicono esservi una lettera del medesimo patriarca, che avvisa i suoi esser supposta anco la confessione calviniana, che va attorno stampata sotto nome di lui; se vi sarà qua questa lettera, dovrà comparire ai Comizi prossimi, et io vedrò d'haverne copia per farne parte a cotesta Sacra Congregatione, alla quale non ho per hora ch'aggiungere di queste materie, et a Vostra Signoria bacio le mani

Di Varsovia, 16 Settembre 1632.

Di Vostra Signoria molto Illustre e R.ma affetonatissimo servitore
Honorato, Arcivescovo di Larissa.

Mons. Ingoli, Secretario della Congr. de Prop. Fide. (f. 45v) Responsum
die 23 Octobris 1632.

117.

Varsavia, 3. XI. 1632.

H. Poczałowski, Ep. Luceoriensis, Urbano VIII, P.M., de periculis Ecclesiae Ruthenae unitae tempore interregni: eius pastores a schismaticis suis sedibus pelluntur, beneficiis privantur etc.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6648, fol. 326rv (orig.).

Sanctissime ac Beatissime Pater, Domine Clementissime.

Ecclesia Ruthena unita in quanto periculo, infelici hoc tempore interregni versetur, nullatenus explicari potest. Quibus enim verbis declarerem, aut lacrymis defleam, quod Unio Sancta cum Ecclesia Romana sub felici quondam auspicio piissimi Regis Sigismundi eousque devenerit et tanta incrementa sumpserit, ut schisma cum suis antesignanis fere exulare congeretur, cum omnes episcopi, excepto uno Leopoliensi, Sedem Apostolicam ut magistrum agnoscerent, ut matrem audirent, et ei ut firmamento veritatis inhaererent. Nunc, proh dolor, iidem pastores a schismaticis sedibus suis pelluntur, beneficiis privantur, et ac si parum ad cumulum doloris esset, quod antiquae sedes a schismaticis occupentur, novae etiam cathedralae pestilentiae in Regno catholico eriguntur. Haec lues, etsi totam Russiam attigerit, praecipue tamen meum episcopatum Luceoriensem, nam in aliis episcopatibus, aut relictis antiquis sedibus penes unitos novae cathedralae schismaticorum eriguntur, aut si schismaticis conceduntur, moderni tamen possessores, quoad superstites fuerint, in suis cathedralis residere crudeli schismaticorum commiseratione permittuntur. Quod etsi per se multum periculi habeat, tempus tamen et haec mora huic malo fortassis mederi potest. Ast ego statim cathedra Luceoriensi et omnibus bonis ad eam pertinentibus cedere, et e civitate ad monasterium migrare cogor, ecclesiae omnes schismaticis (f. 326c) applicantur, adeo ut nec unica relinquatur, in qua Uniti, qui non pauci sunt Luceoriae, Sacraenta percipere valeant. Quid hoc aut peius excogitari? aut iniquius ad effectum perduci valeat? In hoc igitur discrimine et angustiis cum omnibus meis ovibus positus, illud tantum solatii et auxili restat, ut ad asylum Sedis Apostolicae configiam, implorans auxilium, ut huic consilio maturo paternae curae obviet auxilio, claudat aures nefandis eorum postulationibus, et suo abnuentis suffragii oraculo schismaticorum dessipet molimina. Quapropter ego cum meis ovibus ad pastoris tutelam configiens, me meaque omnia quam humillime Sanctitati tuae pedibus advolutus, apostolicam benedictionem et gratiam petens commendabo.

Datum Varsaviae, in Comitiis electionis, 3 Novembris anno 1632.
 Beatitudinis Vestrae humillimus servus et exorator
 Hieremias Poczapowski, Episcopus Luceoriensis m. pr.
 (f. 341v) Sanctissimo ac Beatissimo Domino Nostro Urbano VIII,
 Domino Clementissimo.

118.

Varsavia, 3. XI. 1632.

Episcopus Luceoriensis Ruthenus refert de sua eparchia eiusque difficultibus et petit protectionem.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 75, fol. 387 rv.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 336, fol. 268rv, 271.

Eminentissimi ac R.mi D.ni Colendissimi.

Cum sapientissimus omnium gubernator Ecclesiam Romanam in sublimi regiminis ecclesiastici apice constituerit, et SS.mus D.N. Pontifex Romanus Eminentissimas ac R.mas DD.V. in partem sollicitudinis gubernationisque asciverit, aequum est, ut ab hostibus Ecclesiae S. oppugnati ad auxilium eminentissimum DD.VV. confugiamus, ut et ab illo cui confirmandi fratres lex et potestas data est, robur et stabilimentum verum ecclesiasticarum habeamus, et vestris auxilijs adjuti audacius conatibus hostium obviam eamus. Mirum est quibus machinationibus hoc tempore Schismatici Rutheni Ecclesiam Unitam cum S. Sede Apostolica demoliri tentent. Imprimis impetum maximum contra Sedem meam Luceorien. fecerunt, meque sede mea in qua undecim iam annis sub regimine pijsimi Regis Sigismundi sedi, pellere conantur, Cathedram et omnes in Civitate ecclesias Schismatico tradi volunt, me ad Monasterium extra civitatem, uno amplius miliari, migrare contendunt, et illam Sedem, cuius Praesul antecessor meus Cyrillus, in persona sua veniens Romam piae recordationis Clementi Octavo obedientiam reddidit, in summum opprobrium S. Unionis in suam potestatem redigere tentant. Cui eorum conatui tam diffici tempore nequaquam obviam ire possumus; ipse nam Serenissimus a nobis id exigebat, ut his eorum petitis annueremus; at cum a nobis responsum retulisset: nil nos sine expressa S.Sedis concessione, cui nos nostrarisque res gubernandas potestatem permisimus, esse facturos, Sua Maiestas litteris ad S. Sedem datis id obtinere conatur. In hoc igitur discrimine positus auxilium Eminentissimarum DD.VV. imploro meae particulariter Sedi, ne Luceorien. Cathedra, haud postrema inter Ecclesias Ruthenas, potestati Schismaticorum cedat, et S. Unio ex civitate praecipua Volinia perpetuis temporibus exulare cogatur. Minus peri-

culi foret, si illud (f. 387) Monasterium, quod mihi extra civitatem assignant, in Schismaticorum potestatem devenerit, quam antiqua sedes et civitas schismate inficeretur. Accurrite igitur Eminentissimi DD. ad hoc incendium extingendum, porrigit nobis auxiliatrices manus, permit-tatis a sua nobili Sede S. Unionem exulare, in qua iam multo tempore suam Sedem fixerat. Efficite apud SS. D.N. ne consensus sui oraculo haec eorum iniusta affectatio roboretur. Deus Ter Opt. Max. hunc laborem et curam Eminentissimis DD. Vestris remunerabitur. Ego autem cum omnibus ovibus meis pro incolumitate eorum quamdiuturna Dominum Deum exorare non desinam.

Datt. etc. Varsaviae, 3 Novembris, Anno 1632.

Eminentissimarum ac Rev.marum DD. Vestrarum

Servus et exorator humillimus

Hieremia Poczapowicz, Episcopus Luceorien. manu p.

(vol. 336, fol. 268v): Datum Luceoria, 19 Augusti, Anno 1633.

(fol. 271v): Eminentissimis ac Rev.mis Patribus ac Dominis S.R.E. Cardinalilus de Propaganda Fide, Dominis Col.mis

119.

Skerniewice, 25. XI. 1632.

Archiep. Węzyk Urbano VIII, P. M.: Nomine coepiscoporum in comitiis electionis praesentium refert: de electione principis Vladislai in Regem Poloniae et Magnum Ducem Lituaniae; de motibus haereticorum et schismatistarum contra iura Ecclesiae et nobilitatis contra bona ecclesiastica; petit pro litteris Suae Sanctitatis ad episcopos Regni, ut unanimi voto immunitatem Ecclesiae tueantur.

BIBL. APOST. VAT., Barb. lat., vol. 6648, fol. 240-241 (orig.).

Sanctissime et Beatissime in Christo Pater, D.ne, D.ne Clementissime.

Quem dudum Dei providentia destinarat, quem Sanctitas Vesta supremus in terris divinae voluntatis interpres Regno Poloniae dignissimum iudicarat, quem denique orbis christianus publico suffragio famaque designarat, Ser.mum principem Vladislauum, Sigismundi III laudissimae memoriae Regis nostri filium primogenitum republica nostra liberiis ordinum suffragiis octavo die novembris elegit, ac tandem tredecimo eiusdem mensis Regem Poloniae et Magnum Ducem Lituaniae ex more institutoque maiorum a me, uti primate Regni,nominari et renunciari, statimque ab Ill.mis D.nis Regni et magni ducatus Lituanae marsalchis publicari fecit, summo omnium consensu, publica laetitia, publicoque

populi voto, ut id ad Dei gloriam in primis cedat, deinde vero nostrae et universae christiana reipublicae faelix sit et faustum.

Sed fieri non potuit, Pater Beatissime, quin patria nostra antequam optatum hunc electionis partum in lucem ederet, dolores parturientium sentiret. Dies ferme septem et quadraginta gravissimis difficultatum et periculorum acerbitatibus distinebamur, omnes spes nostras in Dei opem proiicientes. Quamvis enim in superiori ordinum convocatione eae quae magis negotium facessere timebantur Reipublicae difficultates sedatae et compositae viderentur, novae tamen postea eaeque gravissimae contra religionem et Ecclesiam exortae sunt tempestates; primum quidem ob Ill.mi D.ni episcopi Luceoriensis protestationem, qua cum non solum contra haereticorum pacem, quam nos quoque nonnisi iuribus Ecclesiae Catholicae Romanae salvis maioris incommodi evitandi causa permisimus, alia salutaria Convocationis decreta facta videbatur; post multum de ea controversia consumptum tempus, alia ratio eius sopiae inveniri non potuit, quam quae in Convocatione adhibita fuit. Deinde vero dici non potest, quantum difficultatis nobis episcopis attulerint maiores solito bonorum et haereditatum equestris ordinis per religiosos emptiones et in eadem bona successiones. Qua de re licet saepius iam ad Sanctitatem Vestram perscripserim, nunc tamen meo omniumque Ill.morum D.norum Episcoporum in proxima electione praesentium nomine sancte affirmare cogor: tantum eam ob causam fuisse nobilitatis contra ordinem ecclesiasticum motum, ne dicam fremitum, ut eo die quo primum haec controversia in maxima populi frequentia in campo magno et patenti agi coepit, nosque pro officii nostri munere, nihil ea in re stature posse inconsulta Sancta Sede Apostolica profiteremus, cum tumultu et confusione ex consilio et concione discessum sit, auditaeque populi voces fuerunt, electionem praesentem re infecta dissolvendam et novam rationem eligendi Regis tuendarumque libertatum ineundam. Triduum postea in hac una causa magna utrinque contentione sumptum est, eoque ventum fuit, ut iam non solum universa nobilitas, verum magna quoque pars Senatus contra nos insurgeret, totaque pene populi concio conclamaret, magnam iam partem haereditatis et patrimonii equestris ordinis pro religionum ordinibus coemptam, brevi universam coemptam iri et ad angustias egestatemque nobilitatem redactam fore, nisi immensis emptionibus religiosorum et ecclesiasticorum publica lege occurratur; reperi iam integros palatinatum districtus nobilitate vacuos, vel in quibus vix unus sive alter nobilis aliquid possideat; adducebantur in exemplum superiorum temporum bonorum sive censuum pro dote ecclesiarum emptiones non sine consensu regio factae, atque eadem legis ratione urgebatur, ut in posterum sine consensu Reipublicae, a qua Reges quoque ipsi leges acci-

piunt, bona equestris ordinis pro ecclesiis emere non liceat. Si enim pro visum est Ecclesiae et Reipublicae bonis ne illa sine consensu Summi Pontificis, haec sine consensu Reipublicae alienari possint, cur non pari quoque ratione nobilitas boni suis providere debeat? quamvis (f. 240v) ius fundationis ecclesiarum cuivis liberum reliquebatur.

In tanto contentionum et clamorum fervore, cum res ad seditionem electionisque dissolutionem vergeret, aegre tandem admodum obtinimus, ut legis huius prohibitoriae sanctio ad prima post coronationem regiam Regni Comitia differeretur, ut interea nos episcopi una cum Ser.mo Rege nostro electo a Sanctitate Vestra obtineremus, cuius rei obtinendae cautionem nostram in scripso dare coacti sumus, ut postea ex permissione Sanctitatis Vestrae legem hanc, salvo quam maxime fieri poterit iure immunitatis ecclesiasticae ferri permittamus; edita interim contra religiosos inhibitione Ill.mi D.ni Nuntii Apostolici, cum quo tanquam cum viro summae pietatis et prudentiae consilia nostra saepius contulimus, ne interim dum a Sanctitate Vestra responsum expectamus, aliqua bona equestria emere audeant.

Facile nos quidem, Pater Sanctissime, intelligimus, quam grave sit quod a Sanctitate Vestra petimus. Sed cum status secularis ita sit obfirmato animo, ut nobis etiam non consentientibus legem hanc ferre velit verendumque sit ne si semel leges publicae nobis contradictibus sanciri incipient, plura et magis perniciosa eius rei sequantur exempla, nobis quidem in re tam ardua et difficulti nihil consultius videretur, quam ut Sanctitas Vestra literis privatis alicuius Em.mi Cardinalis committat episcopis Regni et Magni Ducatus Lituaniae, et communicato cum Ill.mo Nuntio Apostolico consilio, quod ea in re melius pro Dei gloria et immunitate ecclesiastica viderint, habita quoque ratione nobilitatis, sine qua in hoc Regno ecclesiae et templa stare et tueri non possunt, statuant et decernant. Necdum hunc scopulum evasimus, cum quinque vel sex palatinatus schismate infecti, de quorum magnitudine et populi frequentia Sanctitatis Vestrae ex Convocatione perscripsi, secessionem a reipublicae corpore se facturos profitentur, nisi pro ipsorum schismate quatuor episcopatus una cum proventibus suis uniti Romanae Ecclesiae Graeci ipsis concedant. In quo tumultu sedato plurimum quidem desuvit singularis Ser.mi Regis nostri electi prudentia, subsecutaque fuit ea in re transactio, sed ea cum non sine praeiudicio Unitorum facta videretur, contra eam et Uniti, et nos episcopi palam et publice protestati sumus, nos nimur nihil sine permissione Sanctitatis Vestrae schismaticis concessuros. Verum cum ea quoque in re extremi sit periculi, et omnia et hihil schismaticis concedere, expedire videretur, ut negotii huius compositionem Ser.mi

Regis pietati atque Ill.mi Nuntii Apostolici et Ordinariorum fidei et conscientiae Sanctitas Vestra committere dignetur.

Ad extremum, veterem quoque ordinis spiritualis cum equestri de decimis, in quarum possessione non sunt Ecclesiae, controversiam expedit, ut Sanctitas Vestra unicuique Ordinario in sua diocesi, remota quavis appellatione, definiendam committeret; ita, ut tam Nobilis quam Beneficiatus arbitrio Ordinarii sui ad vitam suam stare teneatur.

Quae tamen omnia voluntati et sacrosancto Sanctitatis Vestrae iudicio nos electioni praesentes episcopi, nimirum ego indignissimus omnium Archiepiscopus Gnesnensis, Ill.mi D.ni Episcopi: Vladislaviensis, Vilnensis, Posnaniensis, Plocensis, Luceoriensis, Praemysliensis, Samogitiae, Culmensis, Camenecensis, Kioviensis, subiicimus. Sane et mihi ipsi molestum est, quod tam longa (fol. 241) reum istarum relatione Sanctitatem Vestram detineam, sed cum res, quarum molestiam nos pertulimus, brevius et sine molestia explicari non possunt, tribuet Sanctitas Vestra candori et fidei meae quam Sanctae Sedi debeo prolixitatem hanc literarum mearum, paternosque oculos convertet ad angustias nostras in quibus versamur, et adiutricem dexteram porrigat. Me interim, provinciam diocesimque meam, ac universum Regnum hoc una cum Ser.mo Rege nostro electo gratiae et benedictioni Sanctitatis Vestrae, cui longaevam pontificatus et reipublicae christiana felicitatem a Deo supplices precamur, commendans, et pedes Sanctitatis Vestrae ea qua par est reverentia exosculans.

Squierieviciis, 25 Novembris 1632.

Sanctitatis Vestrae indignissimus capellanus,

Ioannes Węzyk, Archiepiscopus Gnesnensis m.pr.

120.

Anno 1632.

Rationes datae a Ioanne Tomko Marnavich, Ep. Bosnensi, S. Congregationi de Prop Fide, de facultatae a Raphaële Korsak, Ep. Haliciensi, petita, ut monachi Rutheni sanctuario B. M. V. Zirovicensi inservientes aliquoties possint latino ritu, lingua autem slavonica, Missam celebrare.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.* (*Memoriali del 1635*), vol. 395, fol. 174-175.

MUH, vol. II, pag. 154-7, nr. 94.

Em.me et Rev.me Domine Cardinalis.

Cum ad supplicationem Fratris Raphaelis, Episcopi Haliciensis, qua petitur ut duobus saltem monachis Basiliensis Ruthenis unitis liceat in ecclesia miraculosa imaginis B. M. V. monasterii Zirovicensis sacram

Missae sacrificium offerre ritu latino, sed lingua slavonica, ad effectum ut fideles latini frequentissima peregrinatione illam ecclesiam visitantes possint accipere sacram Communionem suo latino ritu, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, remiserit eandem supplicationem examinandum per congregationem super missali Illyrico, idcirco ad consideranda humiliter respondetur.

Et primo, ubi consideratur, non convenire concedi talem gratiam ne chismastici Rutheni ab unione cum Sancta Romana Ecclesia avvertantur, videntes permitti transitum Ruthenorum unitorum ad latinum ritum.

Respondetur: Nullatenus timendam esse eiusmodi aversionem, quia haec gratia nequaquam Ruthenos unitos latinis unitos afficeret, quia non petitur talis mutatio ritus in reliquis, sed solum, ut duo Rutheni latino ritu et lingua slavonica Ruthenis usitata in sacris Missam possint pro commoditate Latinorum offere. Imo, perseverantes in reliquis omnibus intra terminos suae regulae, et praesertim celebrantes festivitates iuxta suum antiquum calendarium, non vero novum Gregorianum, cuius mutatio in primis apud homines ritus orientalis possent denotare aliquem ad latinum ritum transisse, non solum scandalizabuntur, sed gaudebunt homines suae linguae et ritus latini ritus honestari privilegio, quia missale Illyricum latini ritus, non alia quam eadem slavonica lingua a Ruthenis in sacris officiis usitata, est reformatum. Huc accedit quod ipsi schismatici, qui plerumque solent affici tedio prolixitatis suarum liturgiarum, ob brevitatem et commoditatem Missae latini ritus, facile ad usum illius afficerentur, et proinde Unionem catholicam affectarent. Nec ullum dubitum est, si minimum quid scandali hinc prospiceret futurum Metropolita Ruthenus, pro eo zelo apostolico, quo suae Ecclesiae invigilat, et pro ea spectata prudentia, qua praestat, nequaquam huic supplicationi offerendae assensurum, sicubi assentit.

Ad secundum, ubi consideratur Latinos in dicta ecclesia posse communicari per aliquos capellanos latinos in aliqua capella particulari etc. latino ritu erecta.

Respondetur: Cum circa dictum monasterium et multo longe ab illo nulli sint sacerdotes latini, et cum etiam si a longe essent evocandi, non debeant gravari Patres dicti monasterii sumptibum novae capellae, et alimentis latinorum, decentius esset, ut tale munus ex gratia apostolica suppleant aliqui ex dictis Patribus, eo magis quia quandocunque schismatici viderent in Ruthena ecclesia a Latinis capellam excitatam et usum latinae linguae introductum, manifestam occasionem haberent obloquendi et scandala disseminandi, quasi Rutheni uniti transissent ad ritum latinum, quod minime timetur, si eadem lingua, licet latino ritu, videant ibi sacra fieri.

(f. 174v) Ad tertium, ubi dubitatur an Russi habeant privilegium circa celebrationem Missae in lingua slavonica et ritu latino, eo quod id Moraviae tantum concessisse videtur Ioannes Octavus.

Respondeatur: Primo quoad dubitationem, an Rutheni habeant privilegium circa celebrationem Missae in lingua slavonica? minime dubitandum esse, cum Ruthena Ecclesia absque ullo privilegio, approbatione tamen perpetua Apostolicae Sedis, slavonicam linguam, cum qua in gremio Ecclesiae catholicae nata fuit, ad hanc usque diem teneat. Approbatione dixi, praeterquam enim nunquam usui dictae linguae in divinis est contradictum. Ioannes Papa in epistola ad Regem Moravorum non solum approbat, dum ait: *Litteras quoque slavonicas a Constantino quodam philosopho repertas, quibus Deo laudes debitas resonent, iure laudamus*, sed etiam illius usum servari iubet, subdens: *et ut in eadem lingua Christi Dei nostri praeconia et opera enarrentur iubemus*; ita ibi, ubi adeo antiquus fuisse colligitur usus slavonicae linguae in divinis, ut literas illius a quodam Constantino, tanquam longe remoto ab illorum temporum memoria, repertas dicat, ubi quoque notandum, approbationis suae iure factae, et iussionis absolutae, Papam causam assignare dum ait: *Neque enim tribus tantum, sed omnibus linguis hominum laudare autoritate sacra monemur*, et mox subiicit: *Non fidei vel doctrinae obstare sive Missam in eadem slavonica lingua canere, sive sacrum evangelium vel lectiones divinas Novi et Veteris Testament bene translatas et interpretatas legere, aut aliarum horarum officia psallere*. Haec ibi Papa. Nec obstat quod ibi nulla Ruthenorum mentio fiat, cum sufficiat generalis approbatio literarum slavonicarum, a Constantino inventarum, secus enim Dalmatae, Croatae, Slavi, Istrii, Carni, Carniolani, Stirii, Carinthii, aliquique innumeri Illyrici generis homines, divina slavonico sermone peragentes damnandi essent, cum in dicta epistola non comprehendantur nominatim. At horum usus adeo laudabilis semper Romanae Sedi fuit et acceptus, ut coram ipsis Romanis Pontificibus Dalmatae non alio sermone quam slavonico in divinis sunt usi. Ita Romualdus Beneventanus, comes itineris Alexandri III, dum eius iter per Dalmatiam describit Venetas, postquam exposuit quanta solemnitate dictus Papa in urbem Indram ingrediens fuerit exceptus: *Processionalter, beatae Anastasiae maiorem ecclesiam etc. immensis laudibus et canticis altissime resonantibus in eorum slavonica lingua*. Ita ille a Baronio, 12 tomo, relatus. Secundo, quoad ritum latinum itidem dicimus, cum Papa in illa epistola nihil speciale de ritu latino scribat, sed absolute approbet et iubeat, credi debere eum aequo latino atque orientali ritu slavonicam linguam approbasse in divinis; quod et facto probatur tam apud Ruthenos, quam alios Illyricos; apud quos, Dalmatas in primis, saepe in eadem ecclesia et latino et orientali ritu, sed unica atque eadem slavonica lingua

sacra fiunt. Quem morem etiam in Sarmatia, in qua Rutheni degunt, fuisse, author historiae Polonicae, Michael Miecovita scribit, qui ad sua usque tempora non longe a Cracovia slavonicae linguae usum a latinis sacerdotibus fuisse usitatum testatur.

(f. 175) Tertio, quoad illud ubi consideratur: videri gratiam slavonica lingua in divinis utendi Moravis tantum concessam, tanquam privative quoad alios. Dico: nihil Moravis specialiter ibi concedi, quod generaliter omnibus aliis slavonicae linguae iubetur et approbatur. Quinimmo, Moravis apponi ibi conditionem, qua nulli alii illyricae linguae homines arctantur, legendi nimirum evangelium latinum in Missa slavonica, ut patet ex ipsius epistolae verbis, dum Papa: *Iubemus, inquit, tamen ut in omnibus ecclesiis terrae vestrae propter maiores honorificentiam, evangelium legatur latine, et postmodum slavonica lingua translatum, in auribus populi latina verba non intelligentis annuntietur, sicut in quibusdam ecclesiis fieri videtur.* Ita ibi. Ubi conditionem evangelii latini legendi Moravis tantum impositum constat, qua nulos alios Slavos seu Illyricos, utpote minime incolentes terras Svetopulchri, ad quem scribit Pontifex, abstringi, usus omnium illyricarum et sarmaticarum ecclesiarum slavica lingua utentium docet, ab ipsa omnium aliarum magistra Romana Ecclesia, intra cuius Urbis sacras aedes sacerdotes slavonicae linguae, Romam pietatis ergo accedentes, Missas sine ullo latino evangelio offerunt perpetuo.

Ad quartum denique, ubi consideratur quod in casu concessionis gratiae monachi et sacerdotes, quibus petita licentia concederetur, non amplius celebrarent ritu graeco.

Respondetur: Fortassis fore consultius, ut iidem monachi etiam in ritu graeco celebrarent, quando latinis populis ministranda non esset Eucharistia, saltem ad aliquod tempus, donec usus latini ritus innotesceret melius. Et hoc ne hac prima fronte schismatici crederent, monachos catholicos aliquo artificio penitus ab orientali ritu recedere.

In qua tamen re, sicuti in tota supplicatione, orator sese iudicio et benignitati Sedis Apostolicae remittit. Quam Deus etc.

(f. 175v) Em.mo et R.mo D. Card. Caietano: pro episcopo Haliciensi.

Rationes quare concedenda sit licentia Ruthenis unitis, ut saltem unus sacerdos in ea celebret cum missali Illyrico ritu latino.

A R.mo Episcopo Bosnensi datae.



PETRUS MOHYLA, METROP. KIOVIEN. NON UNITUS
(1633-1647)

121.

Zagrabia, 15. I. 1633.

*Ioannes Tomko Marnavich, Ep. Bosnensis, R.mo Ingolo: Longinus Bran-
covius, Ep. Lippae in Transilvania ritus graeci, in coadiutorem Simeonis
Vratanja, Ep. Valachorum, commendatur.*

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 75, fol. 221rv, 224v (orig.).
MUH, vol. II, pag. 157-91 nr. 95.

Molto Illustr e R.mo Signor Osservandissimo.

Alle molte mie inviatele per via del Mons. Nuntio di Venetia, con gran mia ansietà non ricevo risposta. Però Vostra Signoria veda intendere dal detto prelato se riceve le mie che li mando con l'ordinario di Germania.

Hora, Signor mio, ecco il tempo, l'occasione e modo insieme d'agiutare una volta questo popolo scismatico, annidato in questa diocese cattolica. Tocca al zelo di Vostra Signoria tirare inanzi costì quello bisogna, et io pregarò il Signore mi dia forze di cooperare de qui quanto potrò mai. E perchè nell'accusso memoriale spiego il tutto, agiongo solamente che io conosco molto bene le qualità del vescovo Longino, l'atore della presente, e mi pare, anzi tengo per certo il Signore l'abbia mandato in tempo che unitamente potremo promovere il suo santo servitio tra queste anime. Vostra Signoria con la sua solita carità lo riceva, li procuri sollievo alla sua povertà, facci spedirlo con quelle magiori sodisfationi che sia possibile, che tutto sarà sacrificio di Dio.

Quanto alla mia visita, parte per non haver havuto risposta da Vostra Signoria alle mie, parte per l'eccessivi freddi di questa patria non ho potuto darle principio, però con agiuto di Dio intendo cominciarla finito questo mese. Però protesto che la mia povertà appresso quella dell'i visi- tandi, tiene bisogno del vostro soccorso.

Di gratia, caro Signore, non ci permetta caricare il Collegio Illirico con l'Albanesi, perchè è incomparabile il nostro bisogno in riguardo di essi. Ho inviato delli doi giovini Bosnesi (f. 221v) che tengo per mandarli a Loreto, uno molto spiritoso, a quel Rettore, in compagnia di questo vescovo; detto giovine si chiama Luca Pranich. Lo mando in luoco d'Antonio Bosnese, uscito ultimamente per malatia, con obbligo di spe- sarlo della mia povertà ogni volta che tornasse l'ammalato. Con che aspettando risposta grata alle tante mie, con raccomandarmi alle sue sante orationi le prego dal Signore il vero contento.

Zagrabia, li 15 Gennaro 1633.

Di Vostra Signoria molto Illustre e R.ma obligatissimo
 Giovanni, Vescovo di Bosna, lettore e coadiutore di Zagrabia m.pr.
 (f. 224v) Hae sunt literae Episcopi Bosnensis, qui alias scribit ad
 Sacram Congr. de Propaganda Fide, et proponit hunc Episcopum Longi-
 num, ut fiat coadiutor R.mi Simonis Episcopi Vallachorum Montis Feletrii
 in confinibus Croatiae, attenta senectute et infirmitate dicti Simonis
 episcopi. Franciscus Ingolus.

Die 12 aprilis 1633. Congr. 175.

122.

(15. I. 1633).

*Ioannes Tomko Marnavich, Ep. Bosnensis, Urbano VIII, P.M.: De Valachis
 in dioecesi Zagrabiensi degentibus; de Ep. Simeone Vratanja sene eiusque
 moribus, in cuius successorem eligendus sit Longinus Ep. Lippae, non P.
 Maximus Predojevic; informatio de Valachis Montis Feletrii, ab Archiep.
 Ochridensi S. Congregationi porrecta, fictio esse dicitur.*

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 75, fol. 220rv (orig.).

MUH, vol. II, pag. 159-161, nr. 96.

Beatissimo Padre.

Trovandosi in questa diocese di Zagrabia sopra quaranta millia anime
 scismatiche di natione Serviana, chiamati comunemente Vallacchi,¹⁴¹ riti-
 ratisi dal stato Turchesco da 40 anni in circa, unica custodia di queste
 frontiere, e questi vivendo senza cultura spirituale, che d'uno Simeone
 titolato vescovo di Britania, persona quasi centenaria, e però rimbam-
 bita a fatto, se bene sempre poco atto a tale cura, ancorchè di già in Roma
 habbia fatto professione di fede catolica, poichè per la sua grossolagine,
 accompagnata dall'avaritia, cancaro perpetuo dell'i ecclesiastici del rito
 orientale, questi popoli, fuori del battesmo, non si conoscono christiani
 per altro, che per le grosse contributioni che vengono forzati fare al suo
 prelato, quale oltra le tasse di battesmi, confessioni, communioni, e ma-
 trimonii, per ogni persona morta si fa pagare un cavallo, overo 20 scudi

¹⁴¹ In nostro volumine epistolarum Episcoporum posuimus quasdam litteras il-
 lustrantes vitam ecclesiasticam s.d. valachorum in Croatia eiusque vicissitudines, tum
 ob quamdam connexionem cum ritu Rutheno, tum ob quasdam relationes cum me-
 tropolia Kiovensi eiusque hominibus. Ex hisce vicissitudinibus saec. XVII in hac re-
 gione, saec. successivo coaluit eparchia Crisiensis, quae usque nunc perdurat et evol-
 vitur suosque habet episcopos.

in luoco di quello, e perchè lui cieco, sordo e poco meno che muto, non può più operare personalmente, si vale d'alcuni pochi suoi sacerdoti, sopra modo ignoranti, capo de quali è un tale monaco chiamato Massimo, niente migliore d'altri, quale per ambizione di succedere a Simeone, l'anni adietro introdusse in questi paesi li pestiferi Archimandrita Constantinopolitano e l'Arcivescovo d'Ochrida, persone in apparenza di zelo, ma in effetto tali, che se Dio non vi frapponeva la mano sua e l'Imperatore non vi sudava da dovero, detta christianità tale quale veniva ridotta in Turchia, rimanendovi sino al presente confusioni grandissime in quella, con pericoli gravissimi di questi confini. Ma quello che sopramodo preme, è che li preti scismatici da quel tempo che furno sedotti dall'Archimandrita et Arcivescovo d'Ochrida, ardiscono copulare li nostri cattolici per dinaro, anco nelli gradi prohibiti, mentre dalli suoi parochi cattolici li vienne fatta difficoltà alcuna, con estrema confusione di questa diocese per altro cattolica. In oltre tanto s'avanza l'empio ardire del ribambito Simeone e dell'i suoi preti, che contra tutti quelli, quali dal rito e scisma greco volessero passare alla purità cattolica, tendono di continuo tali insidie per via di secolari, gente per lo più militare, che non ardiscono d'accostarsi alle (f. 220v) nostre chiese cattoliche, non che passare alla vera religione cattolica, appresso per l'ignoranza di tal vescovo e ministri il popolo è ridotto a tale termine, che a male stente si trova persona tra tanta moltitudine che sappi l'oratione dominicale.

A questi incovenienti si potrebbe rimediare, quando Vostra Santità con la Sacra Congregatione operassero appresso la Maestà dell'Imperatore che si contentasse in luoco del ribambito vecchio Simeone, di mandar per suo coadiutore con successione, dalla Sede Apostolica, Longino, vescovo delli Valacchi di Lippa e Geno, alli confini d'Ungaria e Valacchia, persona che oltre l'havere il mese d'agosto, mentre mi trovavo in Ungheria, di consenso dell'Em.mo Card. Pazmani, protestato in voce e scrittura, ricevuta da me e trasportata in lingua latina, con legalità di mia sottoscritione e sigillo, e professato l'obligo che hanno li prelati orientali d'obbedienza alla Santa Sede Apostolica Romana, per l'esperienza che tengo della sua persona, con zelo che ha verso l'augmento della religione cattolica, potrebbe operare si fattamente tra questi scismatici, che almeno in breve si potrebbe vedere questa gente unita con la Chiesa Romana.

Assicurando la Santità Vostra coram Deo, qui iudicaturus est vivos et mortuos, che quanto l'Arcivescovo d'Ochrida nelli sette capi di relazione fatti in proposito di Valacchi di questa diocese sotto titolo di Monte Feletrio, overo Uzkoki, ha esposto alla Sacra Congr. de Propaganda Fide, sono fintioni mere, buggie greche e imposture proprie di scismatici et

heretici, per non dire quello tengo da huomini degni di fede, artificii di meri e puri Maomettani, come è stato riconosciuto detto asserto Arcivescovo. Lavabo inter innocentes manus meas etc.

Giovanni, Vescovo di Bosna, lettore et coadiutore di Zagabria, creatura della Santità Vostra e della Sacra Congr. de Propaganda Fide, m.pr.

(f. 225v) Repetantur relationes Methodii.¹⁴²

Die 12 Aprilis 1633. Congr. 175 Nr. 18.

Iterum relata in Congr. Card., die 11 maii 1633. Congr. 176.

123.

Zagabria, 10. VI. 1633.

Ioannes Tomko Marnavich. Ep. Bosnensis, R.mo Ingolo: De provisione episcopi Valachorum Montis Feletrii; de machinationibus Archimandritae Constantinopolitani et Archiep. Ochridensis; de incapacitate Maximi Predojevic; de sua conversatione nuper habita cum Ep. Simeone sene; de inutili missione Ruthenorum.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 75, fol. 237-239 (orig.).

MUH, vol. II, pag. 171-2, nr. 100.

(f. 327) Molto Illustrer e R.mo mio Signore Osservandissimo
 Quindici giorni sono le scrisse da Vienna... (f. 238v)... Quanto al vescovo Serviano, che intendo sia in viaggio di ritorno malissimamente sodisfatto, io bisogna che mi stringa le spalle con grandissima mia confusione, poichè cotesti Signori così facilmente credono più tosto a chi si sia ivi, che a prelati che da questi paesi consigliano quello toccano con mano esservi necessario. È pur vero, Monsignor mio, che l'Archimandrita, et l'Orchrida in scritto vi presentorno l'unione di questi scismatici con la Santa Sede; tengo essi scritti in mano datimi dal signor Papich, tuttavia l'un e l'altro tanto furono lontani dal vero, che in luoco di farli uniti, tentorno per ogni modo confirmarli nel scisma, e farli tornare sotto l'obbedienza Turchesca, come processi formati da comissarii cesarei ne fanno fede, et loro stessi accortesi dell'intentione delli due detti, che in apparenza volevano essere ecclesiastici, et erano meri maomettani, come attestano gente che l'anno veduti orare nelle moschee, hoggi giorno vivono tanto insospetiti, che sopramodo aboriscono ogni forastiere, quindi ancorchè Longino non ha littere quanto cotesti Signori havrano voluto, mi bastava la bontà della

¹⁴² Methodius Tetleckyj, dein Episcopus Chelmensis in Ucraina (1630-1648).

sua vita, la stima che ne fanno questi scismatici, per essere l'alta nascita, e la dependenza che haverebbe havuta da me. Le scuole non s'introdu-rano tra loro che per mezzo dell'i suoi ecclesiastici, tanto più che tutti sono soldati. Signor Papich è buona creatura, ma senza gusto e sanità, et in estrema povertà, onde io ho speso giornalmente con adoscarli il magisterio dell'i nostri chierici; mandarvi vescovi Rutheni per l'allegati sospetti in alcun modo non conviene. Io farò quanto mi commandaranno in ogni tempo, ma mentre mi levate l'instrumenti che sono al mio proposito, mi tagliate le mani. Vostra Signoria R.ma ripensi meglio al tutto, che ancora forse si potrebbe rimediare, e perdonatemi, parlo chiaro. Nolite credere omni spiritui. Vi basti che il nostro Antivari, oltra l'haver invaso sei vescovati Ungheri, e dalla mia residenza levato li parochi, ha restitu-to per tutto l'uso del calendario vecchio, dove con fatiche e pericoli indicibili, sin hora s'era conservato il Gregoriano.

(f. 239) V'aggiungo in oltre, che havendo di già Sua Maestà dell'Imperatore per sue littere patenti publicato per coadiutore e successore di vescovo Simone un tale Massimo, monaco, che tutta la vita sua è stato garzon di stalla d'esso Simone, e ciò ad istanza del falso mandritta per li suoi perversi fini, al sicuro l'Imperatore non rivocarà la sua gratia senza ragioni, che le siano rappresentate da altri che soli Nuntii Apostolici, per cause che non posso toccare, che quando la Sede Apostolica rac-comandassee Longino, trovarei bene il modo di agiustare il tutto.

Detto Simone l'ottava di Corpus Domini venne render obbedienza al nostro prelato, per tema che hebbe del mio ritorno d'Ungaria, mi visitò ancora in casa, parlò bene della Sede Apostolica, essagerò la pietà et humanità della felice memoria Papa Paolo, mi s'esibi in ogni cosa pronto. Fu presente alla publica processione che feci portando per queste piazze il SS.mo Sacramento, ma per senetta decrepita non potè seguitarmi. Lui è molto sodisfatto di Longino, ne credo sarebbe contrario li succedesse più tosto che Massimo, huomo senza costumi, littere, pietà, in una pa-rola un bue.

Concludo che a sgrossar et incaminar questi ostinatissimi et sospetosissimi scismatici, vi è necessario per hora entrar, come si dice, con la loro, per uscir con la nostra, cioè con persona della razza loro, ma della quale si potiamo fidare, e per mezo suo farli capaci di quanto bisognia, tirando con tempo et occasioni il servitio di Dio, però ne Ruteni, ne alcun altro sarano instrumenti per edificare, ma si bene per il contrario. Con che mi raccomando alle sue orationi, et alla gratia di cotesti Em.mi Signori. Experto credite.

Zagrabia, 10 Giugno 1633.

Di Vostra Signoria Illustra e Rv.ma obligatissimo servitore
 Giovanni, Vescovo di Bosna.
 (f. 236) Al molto Illustr... Mons. Ingoli, Secretario della Congr.
 de Prop. Fide. Roma (L.S.).

124.

Vindobona, 16. VII. 1633

Nuntius Roccius card. Antonio Barberino: Transmittit relationem de Valachis Montis Feletrii.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 75, fol. 24 (orig.).
 MUH, vol. II, pag. 173, nr. 102.

Em.mo e R.mo Signor, Padrone mio Colendissimo.

Con la lettera di Vostra Eminenza de' 25 del passato ho ricevuto un compendio della relatione de' popoli Vallacchi del Montefeltrino, soggetti a Cesare, et insieme il decreto della Sacra Congregazione con le provisioni da farsi, per la salute spirituale di quel popolo. In esecutione del comandamento di Vostra Eminenza non mancherò di trattare quanto prima con Sua Maestà circa l'esecuzione del decreto, e di fare quel più ch'in ciò sarà necessario, con darne poi parte a suo tempo. Et a Vostra Eminenza fo humilissima riverenza.

Di Vienna, 16 Luglio 1633.

Di Vostra Eminenza humilissimo et obligatissimo servitore
 Ciriaco, Arcivescovo di Patrasso.

(f. 29v) Die 13 Augusti 1633. Congr. 181.

125.

Vindobona, 13. VIII. 1633.

Nuntius Roccius Card. Ant. Barberino: De P. Nicephoro Losovskyj in episcopum Valachorum Montis Feletrii praeficiendo.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 75, fol. 26rv (orig.).
 MUH, vol. II, pag. 174-103.

Em.mo e R.mo Signor mio, Padrone Colendissimo.

Nell'ultim'udienza ch'io ho pigliata dall'Imperatore, ho eseguito il comandamento, datomi da Vostra Eminenza con la sua de' 25 giugno, et ho representato a Sua Maestà la provisione che la Santa Congr. de Propaganda Fide ha giudicato ispediente fare, per salute spirituale de'

popoli Vallachi del Monte Feltrino, di promovere alla dignità episcopale il Padre Niceforo, Ruteno unito, e di farlo anche per i rispetti avvisati coadiutore con futura successione del vescovo Simone, valetudinario e decrepito. Sua Maestà per all' hora mi rispose in generale, con lodare il santo zelo dell'Eminenze loro; ma dopoi ha mandato da me il conte di Verdenbergh, quale m'ha esposto di più che Sua Maestà approva la risolutione della Sacra Congregatione, e che però ha ordinato, che si scriva ai capitani de' Vallachi, che trattino col medesimo vescovo, acciò che sia contento domandare il Padre Niceforo per coadiutore con futura successione, ma al capo di provedere il coadiutore di qualch'aiuto per (f. 26v) suo necessario sostentamento, almeno per quel poco di tempo, che vivrà il vescovo Simone, non potendo la provisione bastare ad ambidue, non ha detto cosa alcuna. Io non tralascio di sollecitare le lettere cesaree a suoi ministri di Vallachia per sentire la risposta del Vescovo Simone, della quale a suo tempo darò ragguaglio a Vostra Eminenza, a cui fo humilissima riverenza.

Di Vienna, 13 Agosto 1633.

Di Vostra Eminenza humilissimo et obligatissimo servitore
Ciriaco, Arcivescovo di Patrasso.

(f. 27v) Die 30 Septembris 1633. Congr. 184. Nr. 10.

126.

Roma. 16. XIII. 1633.

Litterae testimoniales cuisdam Patris Soc. Jesu a Rafaële Korsak Romae confirmatae.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen. (Memoriali)*, vol. 394, fol. 416.

Universis et singulis, quorum scire interest, salutem ex felicitatem in Domino etc.

Nos infra scripti Joannes Jemialcowsky, Praepositus Domus Professae Soc. Jesu Varsaviae et Gregorius Cislak, per Provinciam Lituanie Procuratores Soc. Jesu, notum testatumque facimus his praesentibus nostris. Venerabilem et Admodum R. Dominum Georgium Sczahinsky, Decanum Bracławiaen. Magistrum artium et S. Theologiae Doctoram, Protonotarium Apostolicum, nobis optime notum in nostris partibus, in Regno Poloniae, inter haeteticos et Schismaticos, Ecclesiae Dei iam ab anno 1630 infatigabili studio inservientem, cum magnae virtutis, probitatis et pietatis exemplo, vitae laudabilis et morum integritate specimine ingenij, eruditione, doctrina, zelo, vigilantia, industria, dexteritate,

optime de Ecclesia Sancta, in conversatione animarum, praedicando et efficacia Christi divini linguis variarum, meritum esse, multasque Ecclesias in Dioecesi Vilnen ejusdem cura, studio, labore, sumptu et zelo Religionis S. Orthodoxae Romanae, de manu Haereticorum vindicatas esse, et vindicari ac restaurari indies, cum maximo divini cultus augmentatione, et aedificatione populi, velut decet officium vigilantis et optimi Pastoris ac Rectoris animarum, dignissimi et maxime idonei ad fructum animarum faciendum in Ecclesia Dei. Quem omnium ben... humanitate,... discretioni, liberalitati commendandum esse duximus et commendamus quam maxime. In quorum fidem et... maiorem has nostras praesentes manu propria subscrispsimus et sigillo nostro munivimus.

Romae, 16 Decembris 1633.

Joannes Jemialkowsky; Gregorius Cislak Soc. Jesu; Florianus Kosinsky, Soc. Jesu.

Raphael Corsach, Episcopus Pinscensis, Coadiutor Metropoliae Chioviensis (mpr.).

Dominicus Roncallius S.R.M. Secretarius

Die 13 Martij 1634, Cong. 190.

127.

Vilnae. 16. X. 1633.

Nuntius Vicecomes Card. Antonio Barberino: de adventu Vilnam Hieremie Barbarici, Archiep. Paronaxiensis Graeci, qui schisma abiuravit et alios episcopos Graecos ad unionem cum Ecclesia Catholica accedere velle dixit.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.* vol. 76, fol. 205 (orig.).

MUH, vol. II, pag. 177, nr. 108.

Em.mo e R.mo Sign. Padrone Colendissimo.

È giunto ultimamente in questa città Monsignor Gieremia Barbarigo, Arcivescovo Paronaxiense del rito greco,¹⁴³ havendo portato seco lettere del Signor Ambasciatore di Francia in Costantinopoli, e di quel Padre Vicario patriarcale, com'anco mi ha mostrato altre lettere di codesta

¹⁴³ Hieremias Barbarigo in suo itinere per Russiam, Lithuania, tandem in Polonia occisus fuit. De eo pulcherrima verba scripsit Metropolita Kiovensis, Josephus Velamin Rutskyj; cfr. *Epistolae Josephi Velamin Rutskyj, Metropolitae Kiovensis (1613-1637)*, Romae 1956, pag. 303, nr. 168; *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 136, nr. 214 (Metropolitae Russiae).

Sacra Congr. e di Mons. Ingoli. L'occasione di questo suo viaggio, per quanto ei dice, è stata l'haver havuto molti travagli in quelle sue bande, rispetto all'apostasia del patriarca Cirillo, et alla professione ch'ei fa di unito con la S. Chiesa Romana, onde presuppone d'haver patito diverse spese, per le quali habbia impegnato tutte le proprie sotanze, va cercando di trovar danari, et è però ricorso alla liberalità di questa Maestà, e d'altri Signori del regno; dice anco che voleva far istanza alla Maestà Sua perchè si compiaccia di ricever in protettione molti vescovi di quelle bande, che vorrebbero dichiararsi per la Santa Unione, di che però non ha portato commissioni in scritto, ma presuppone d'haverle in voce; l'un e l'altro poteva riuscigli men che difficile, s'havesse trovato qui Sua Maestà, ma essend'ella hora tanto lontana, ne torna conto al medesimo di esporsi a si gran viaggio, ne fra i pensieri della guerra par molto a proposito il trattar simili negozi. Io qua gl'ho fatto tutte l'accoglienze convenienti a Prelato di professione unito secondo i suddetti ricapiti, che mi ha mostrato, ond'anco ho stimato dover aggiungere a Vostra Eminenza la presente notitia di persona di lui, e qui le faccio humilissima riverenza.

Di Vilna, 16 Ottobre 1633.

Di Vostra Eminenza R.ma humilissimo et obligatissimo servitore.
Honorato, Arcivescovo.

128.

Vindobona, 12. XI. 1633.

Nuntius Viennensis Card. Ant. Barberino, de praesentatione caesarea Maximi Predojevic in coadiutorem Simeonis Ep. Valachorum et de Patre Nicephoro Rutheno in coadiutorem praeficiendo.

APF, *Scr. rif n. Congr. gen.*, vol. 76, fol. 2-3 (orig.).
ŠIMRAK, p. 93-94.

Em.mo e R.mo Signor mio, Padrone Colendissimo.

Alla lettera di Vostra Eminenza d'8 del passato dico, che sebene l'Imperatore, quand'io feci l'ufficio in nome della Sacra Congregatione, acciochè la Maestà Sua approvasse il pensiero di dar per coadiutore con futura successione al vescovo Simone, ottuagenario et inhabile, il Padre Niceforo Rutheno unito, benignamente mi rispondesse di contentarsene, si com'avvisai Vostra Eminenza con la mia lettera de' 13 Agosto, e facesse scrivere a suoi ministri di Vallachia, acciochè procurassero che quel vescovo vi consentisse, tuttavia dalla risposta ch'ha data questa settimana il Conte di Shwarzemburgh, governatore di Schiavonia, si è veduto che Sua Maestà fin l'anno 1630 haveva nominato e presentato per

successore al vescovo Simone quell'istesso don Massimo Predovich, del quale parla la lettera acclusami ultimamente, come Vostra Eminenza vedrà dalla copia della presentatione cesarea, ch'ora le invio. Stante tal presentatione dell'Imperatore, il medesimo Conte risponde di non haver (f. 2v) eseguito l'ordine col vescovo Simone, giudicando pericolosa ogni contraria dispositione, e soggiunge, che questo don Massimo fin nel tempo del Signor Cardinal Pallotto cominciò ad amministrare le cose ecclesiastiche di quella chiesa, e ch'havendo dopo il detto vescovo Simone ceduto totalmente, l'istesso Conte di Shwarzemburgh gl'haveva dato il braccio secolare per impossessarlo. Parmi scorgere in questo successo molt'inconvenienti, imperochè nè il vescovo Simone poteva o cedere o rassegnar senz'il consenso apostolico, nè don Massimo introdursi, o il Conte dar il braccio secolare per il possesso, prima della confirmatione apostolica. Quando l'Imperatore sarà tornato dalle caccie, rappresentarò alla Maestà Sua il tutto, et insieme accennarò il dubbio, che si può avere del poco merito del primo presentato dalla Maestà Sua, forzandomi per quanto potrò, che Sua Maestà persista nel Padre Niceforo. Se intanto don Massimo verrà a Roma a cercare la sua (f. 3) confirmatione, come si legge nella copia della lettera acclusami, credo, che troverà difficoltà bastanti ad escluderlo. Et io del seguito quà darò a suo tempo parte a Vostra Eminenza, a cui fo humilissima riverenza.

Di Vienna, 12 Novembre 1933.

Di Vostra Eminenza humilissimo et obligatissimo servitore
Ciriaco, Arcivescovo di Patrasso.

(f. 3v) Die 10 Ianuarii 1634. Congr. 187. Nr. 20.

Avvisar il signor Card. Roccio, che nel negotio del vescovato de Vallachi del monte Feletrio s'è dato d'ordine di Nostro Signore un «nihil transeat» agl'officiali di questa corte, alli quali il Monsignor Massimo dovrà per necessità far ricorso per haver la pretesa confermatione apostolica, di che Sua Eminenza ne potrà dar notitia all'Imperatore col rappresentare alla Maestà Sua quanto li fu significato coll'altre, affinchè si dia quel vescovato al Padre Niceforo Ruthelo unito, monaco di S. Basilio e buon theologo, allevato et istrutto in Roma nel collegio greco, e si levino quei popoli dallo scisma.

129.

Derman, 29. I. 1634.

Ex concione funebri a P. Alberto Cortisco, S.I., habita: de miraculis secutis post mortem Archiep. Meletii Smotryckyj.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6574, fol. 37-39 (*copia*).
 APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 338, fol. 361v-365 (*copia*).
 MUH, vol. II, fol. 181, nr. 142.

Historia authentica de miraculis sequutis post mortem bonae memoriae Meletii Smotricii, Archiepiscopi Hieropolitani Rutheni.

Extracta ex concione funebri in monasterio Dermanensi, quod est situm in ducatu Voliniensi, sub Ser.mo Rege Poloniae, habita a R.do Patre Alberto Cortiscio, Soc. Iesu, praedicti viri confessario, di 29 Ianuarii anno 1634.

Ex lingua polonica in latinum traducta.¹⁴⁴

Post frequentiorem Augustissimi Dominici Corporis sumptionem aliaque pietatis exercitia, cognoscens sive e nimia virium debilitate, sive ex aliquo supernaturali instinctu, quod iam ultima veniret hora, de sepultura caepit cogitare. Convocatis itaque fratribus, qui ipsi singulari cura assistebant, iussit sibi omnia, quaecunque ad sepeliendum et vel maxime ad corpus tegendum essent necessaria, quamprimum parari. Afflixit haec ultima voluntas mirum in modum religiosos, tanquam qui illum filiali amore prosequerentur. Quocirca comperendinatione utebantur, vitae dulcissimi Patris quam longissimae desiderosi. Donec tandem idem saepe sepius perurgens effecit, ut singula iam sibi parata videret. Iussit insuper, ut cum iam extremam egisset animam, corpore secundum morem religionis vestito, Breve SS.mi Patris Urbani VIII Papae Romani (per quod eundem non tantum in gremium orthodoxorum recepit, sed etiam metropoliam Hieropolitanam sanguine et martyrio S. Philippi Apostoli gloriosam ut pastori et archiepiscopo eidem credidit et subiecit), ut illud, inquam, Breve vel confirmationem apostolicam statim post mortem in manum sibi darent, seque cum eodem sepelirent. Interim placidissime ultimum efflavit spiritum, ut sanctissimus monachus, praesbyter et episcopus, extremo dolore filiorum. (f. 37v) Qui cum faciem eius et manus abluiissent (pro more religioso), corpus illo vestierunt amictu, quem sibi vivens fieri fecerat. Illud de Brevi apostolico vel doloris exuberantia, ut commune in talibus, vel Domini praeordinatione omnibus plane e mente excidit. Tandem quinque a supremo illo agone horis, cum iam membra omnia ossis in modum induruissent, cor-

¹⁴⁴ Titulus scripti talis est: « *Theatrum certaminis certati, cursus consummati, fidei servatae, sive concio funebris de Rev.mo in Christo Patre ac Domino Meletio Smotricio, Archiepiscopo Hieropolitano, Archimandrita Dermanensi, in ecclesia Dermanensi habita a R.do P. Alberto Cortiscio, Soc. Jesu, die 29 Januarii Anno Domini 1634. Ex lingua polonica in latinam translata* ». — De hoc miro eventu dantur et alia testimonia; cfr. nnr. 130, 131 etc.

poris custodes in memoriam sibi revocantes, optatum illud Breve in manum dexteram, quae iam obriguerat, dare voluerunt. Et ecce digitos omnes hyemis frigore extensos inveniunt et directos, ita ut vix inter pollicem et indicem dictum Breve inseruissent. Hic res plena stuporis. Ibidem ex nunc, astantibus spectantibusque singula fratribus, manus illa emortua et obrigida digitis omnibus Breve ita compressit, ut rugas contraheret membrana. Res inusitata stupore perculit praesentes. Animis tamen resumptis, Breve protrahere tentant, ut recte manu et police teneretur: nullo modo movere possunt, ita ut Brevi in altum elevato, ipsa quoque eidem manus coëlevaretur. Summam rei veritatem probabant omnes, quicunque illam explorare voluerunt, integris aliquot hebdomadibus. Sed et probarunt ipsi S. Unionis hostes, undique circumspicientes, utrum manui non assutum Breve fuerit, agglutinatumve. Aperatum vero Dei miraculum advertentes, obstupefacti recedebant. Gravissimarum illa est sententia personarum, quod corpus ipsum prius se loculo protrahi pateretur, quam Breve sibi auferri. Ac si non iam ore, sed manu (f. 362v) proclamaret: Fidem servavi Ecclesiae Catholicae et Summo illius Pontifici. Haec porro omnia non modo certissima notitia testium oculatorum, fide omni exceptione dignissimorum, spiritualium et saecularium ritus latini et graeci contestata, verum etiam illorum religiosorum, quibus praesentibus praefatum Breve mortuus compresserat, iuramento coram Ill.mo et R.mo D.no Metropolita Chioviensi (qui omnem pastoralem adhibuit curam, quo certior totius negotii redderetur) praestito confirmata, meo sane iudicio, nil aliud quam fidem servatam concludunt. Sed modicum quid esset unum duntaxat miraculum ad summam ss.mi huius Patris virtutem comprobandum. Quidnam sequutum fuerit, attendite.

(f. 38) Accepto mortis nuncio, Ill.mus et R.mus Metropolita Germaniam venit, quem ipse defunctus lecto iam affixus, ut quidem mihi dixerat, ad se si foret possibile, scriptis humiliter litteris evocabat. Hic non sine maximo quoad fratris mortem dolore, quoad Dei miraculum stupore praesens corpori iussit illud Breve recipi. O miraculum! Manus rigida mandatum Superioris agnoscit, voluntati obsecundat, Breve dimittit repetenti. Novi haec res praesentibus omnibus et ipsi Ill.mo Metropolitae causa fuit stuporis. Videor mihi audire vivas e mortuo corpore voces: Servavi fidem; redbo vicario Sedis Apostolicae quod accepi a Sede Apostolica; iam mihi non ulterior Brevis illius usus; fidem servavi.

Venit hic in memoriam summa admiratione dignissima religiosi cuiusdam obedientia, qui defunctus iam et sepultus, cum forte fortuna interrogaretur: Utrumne mortuus fuerit, necne, respondit de sepulchro: Obediens nullo modo potest mori. Haud dispari quoque ratione magnus

hic Meletius suae erga orthodoxam Ecclesiam obedientiae testimonium perhibens, non quidem voce, sed manu paratum se ad exequendum Superioris mandatum ita demonstrat, ut quod de Christo Domino S. Bernardus dicit: Ne perderet obedientiam, vitam perdidit. Idem tantisper immutando de hoc Christi servo dici possit: Vitam perdidit, non obedientiam. Quanquam illud etiam mihi occurrit quod in hac manu Dominus Deus innovare voluerit miraculum, quo in morte servi sui Alexii Romanum in admirationem rapuit universam. Quemadmodum enim Alexius iam demortuus manu tenens scriptum, in quod vitam suam retulerat, nulli illud ne quidem propriis parentibus tradere voluit, praeterquam soli Innocentio Papae, praesente Honorio imperatore. Ita quoque Meletius privilegium dignitatis et unionis suae fideique testimonium non alteri quam summi et oecumenici episcopi vicario restituit.¹⁴⁵ Recenset Metaphrastes, Patres oecumenici Concilii Calcedonensis, scripto fidei symbolo contra Eutychetem aliosque haeresiarchas, scriptum illud corpori S. Euphemiae martyris superimposuisse, (f. 38v) ut per sanctae illius virginis intercessionem Deus miraculo symbolum comprobaret, prout comprobavit. Martyr enim ss.ma manu scriptum excepit extensa, non minore Patrum gaudio quam stupore. Simile quid propter te, Ruthenam nationem, Deus in mortuo hoc Patris sanctissimi corpore perpetravit. Faxit Dominus Deus, ut hoc opus Dei non modo tibi sit causa admirationis, sed etiam salutis. Ne tibi illa debeatur parabola, qua de fratribus divitis illius evangelici conversione Abraham spem abiecit, dicens: *Si Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, audient.* Saniora mihi de te polliceor, et reliquum historiae prosequor...

Hic rursus audite quiddam miraculo nobilissimum iterato. Iubente Ill.mo D.no Metropolita, idem Breve rursus in manum dant Archiepiscopi, rursus ita illud comprimit, ut nulla tractione nullave elevatione sibi avelli pateretur. Hoc plurimi testes oculati diversae conditionis et ritus, omni exceptione maiores, contestantur, quibus plane miraculum videretur, si tanti memoriam miraculi silentio praeterirem. Interea sic existimo, quod mirabilis in Sanctis suis Deus, aliquem fortasse reperiri noverat, qui mirabilem illam priorem compressionem, detentionem et restitutionem Brevis naturali alicui sed occultae ignotae causae et opera-

¹⁴⁵ In hoc loco datur sequens lectio: «Aequissimo demum iure hic addere possum, Inlyta Russia, tui et tuae ergo salutis Creatorem universi hoc prodigium operatum fuisse: atque hanc mortuam licet sed caelesti delibutam miraculo servi sui manum manifesto commonstrarare signo voluisse, quam fideliter subiici teneatis huic pastori, cui ipsi mortui tanto miraculo fidem servant ». Recenset...

tioni adscriberet; quocirca occurrens et quodammodo humanae condescendens pauxillitati ac modicae fidei, admiranda illa opera in emortua servi sui manu innovârat. Imprimis ut totus mundus sciret, in qua et quanta obedientia et ecclesiastica Unione vir Dei e mundo discessisset, ne ad illum provocarent, qui sacrosanctam Unionem et Sanctam Romanam Ecclesiam agnoscere nollent. Deinde ut secundum prius dicta Russia universa in hac manu et membrana legeret, quem in pastorem agnoscere deberet et cuius regimini subiacere. Denique, ut alia transeam, quatenus hocce pacto totam Ecclesiam Catholicam Romanam solatio et gloria compleret, tot et tantis comprobans miraculis, quod talem illa habeat pastorem (f. 39) et antistitem, cuius primatum, iurisdictionem et nomen augustum ipsa corpora mortua iam et rigida tantis prodigiis summa cum obedientia venerantur.

Sed et illud maximi momenti est et stuporis, quod aliquot ante exequias diebus manus illa cadaverosa tam naturali rursus restituta sit vigori et flexibilitati, ut iam tota et quilibet illius digitus ita se patiatur versari, extendi et inflecti, tanquam si manus dormientis esset. Quod ipsem hesterno vespere vidi, manu propria coram omnibus in ecclesia probavi, cum pluribus aliis talium curiosis. Ac proinde imponi sibi et recipi Breve apostolicum pro libitu cuiusvis patitur illa manus, hoc veluti publico testimonii instrumento omni iam, ut ita dicam, obligatione liberata. Me profecto obstupefacit haec insolita mutatio et flexibilitas dictae manus, praesertim hacce frigorum pene intolerabilium tempestate. Nescio vero, an haec manus in servatae praemium fidei a Deo praerogativa insignita fuerit speciali, an vero in recompensationem laborum pro S. Unione scribendo susceptorum, ante generalem illam resurrectionem vigore praemiata. Illud scio: in laboriosis pro honore Dei et beneficis ex amore Christi manibus mirabilia post mortem Deum operatum quandoque fuisse. Atque ita cum S. Luciani martyris pro fide catholica in mare demersi corpus christiani mancum reperissent, illa quorundam fuit sententia, pro laboriosis scilicet in rem fidei catholicae scriptis singularem aliquem compensationis honorem a Domino manum illam recepisse. Ut ut sit, hostes fateantur necesse est et amici hic Deum omnipotentem quiddam ultra ordinarium operari cursum; operatur autem ad gloriam S. Unionis.

130.

Varsavia, 11. III. 1634.

Nuntius Vicecomes Card. Barberimo, de occisione Archiep. Hieremiae Barbarigo.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6160, fol. 4rv (reg.).

Quel Mons. Arcivescovo Paronaxiense,¹⁴⁶ che l'autunno passato capitò in Vilna, e poi tirò alla volta di Polonia (si come dell'uno e dell'altro diedi conto a Vostra Eminenza) haveva raccolto dalla liberalità di diversi di questi Signori buone limosine, le quali non gl'hanno finalmente valso per altro, che per vender col prezzo di esse la sua vita; perchè partendo da Monsignor Arcivescovo di Gnesna per andare al Serenissimo principe Cardinale, fù da' suoi proprii [tra quali (f. 4v) erano due monachi Basiliani] ammazzato e spogliato, restando il suo cadavero nudo e privo della testa, che portarono lontana dal corpo, per forse otto giorni in una selva. De gli assassini non si ha alcuna notitia, benchè Mons. Arcivescovo vicino alla cui città di Lovic è successo questo misfatto, habbia ordinato diverse diligenze; ma l'atrocità del fatto gli destina nel desiderio d'ogn'uno alle meritate pene; ho stimato di non doverlo tacere a Vostra Eminenza, a cui humilissimamente qui m'inchino.

Di Varsovia, XI Marzo 1634.

Di Vostra Eminenza Reverendissima etc.

Honorato, Arcivescovo di Larissa.

131.

30. IV. 1634.

Ignotus quidam Episcopo Korsak: de obitu Archiep. Meletii Smotryckyj et de miraculo mortem subsecuto.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 336, fol. 360rv (*copia*).

Ex literis ad Episcopum Pinsensem Ruthenum, datis de data 30 Aprilis anni currentis (1634).

Schisma felici elatum successu sic in nostros et ruit et furit. R.mus Meletius Smotritius, Archiepiscopus Ieropolitanus, Ostrogi obiit, ob porrectum a schismaticis venenum. Sed ita: quando advertit in se veneno vires labefactari, et e Patribus S. Francisci minoris observantiae idem didicit, quotquot poterat utriusque ritus habere sacerdotes, coram iis fidei professionem fecit, schisma denuo abiuravit, Rectori Collegii Ostrogiensis Societatis Iesu confessus est, sacram Communionem et Extremam Unctionem accepit. Deinde induitus episcopalibus composuit se in lecto, et Breve apostolicum adferri sibi postulavit, sed dum morantur, expi-

¹⁴⁶ Cfr. supra, notam 143; litterae scriptae sunt ad Card. Franciscum Barberini, Secretarium Status Urbani VIII.

ravit. Tandem Breve illud (quo a schismate absolutus Archiepiscopus Ieropolitanus declaratus est) inventum, allatum, in demortui pectore depositum. Et ecce idem Breve per se ipsum in mortui manibus comparuit, neque ullo modo eripi potuit. Advolat, re intellecta, R.mus noster Metropolita, et his vel similibus demortuum alloquitur: Fili, quanquam te mihi nunquam a conversione tua inobedientem adverterim, nihilominus et nunc testare obedientiam tuam, redde mihi Breve Summi Pontificis, quod tibi dedi. Haec ille. Mirum dictu! Vix locutus Metropolita, mortuus praesul manum erigit, ori admovet, Breve exosculatur, metropolitae porrigit. (f. 360v) Quos tandem sensus venerando nostro seni R.mo Metropolitae tantum suggestit prodigium! Legit ille Breve coram omnibus, eoque perlecto, rursus demortuum sic alloquitur: Si tibi hae literae in tremendo iudicii die prosunt, iterum recipe. En mortuus rursus quasi vivam extendit manum, Breve recipit, exosculatur, interque manum alteram fortissime implicat. Ita Deus coronat legitime, brevi licet tempore, in agone catholicae fidei decertantes.¹⁴⁷

(f. 369v) Extratto di lettere date li 30 d'Aprile 1634 al vescovo di Pinsco in materia del miracoloso successo occorso nella morte dell'Arcivescovo Meletio.

Die 5 Iunii 1634. Congr. 192.

Iterum die 21 Novembris 1634. Congr. 198.

Die 16 Decembris 1634. In Congregatione particulari.

132.

Varsavia, 1. VI. 1634.

P. Ioannes Jemialkowski Patri Floriano: de obitu Archiep. Meletii Smotryckyj et de miraculis, quae subsecuta sunt.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 336, fol. 359rv (*copia*). *Ibid.* fol. 361rv *altera copia*. MUH, vol. II, pag. 192, nr. 117.

Ex literis R.di Patris Ioannis Jemialchouschi, Praepositi Varsavien sis Societatis Iesu, ad Patrem Florianum, poenitentiarum S. Petri, de data Varsaviae, 1 Iunii 1634.

Pater Andreas Gutteter, Rector Ostrogiensis, de data 2 Maii scripsit sic: R.mus D.nus Smotricki in morbo aliquoties, imo et immediate ante

¹⁴⁷ De hoc miraculo scripsit S. Congregatio de Prop. Fide ad Nuntium Poloniae sub dat. 27.I.1635, et transmisit quoddam decretum in hac materia; cfr. *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 137, nr. 215.

mortem confessus est uni ex nostris Patribus Collegii mei, reliquis Sacramentis ritu graeco a suis munitus, loquebatur sibi praesentissimus usque ad extremum spiritum. Priusquam moreretur, iusserat sibi in manus post mortem imponi literas apostolicas, quibus eum Sanctissimus fecerat archiepiscopum Hieropolitanum, quod factum est eo modo.

Patres illi permanentes, postquam mortuus est, vestiverunt cadaver more solito vestitu archiepiscopali; post 5 horas, cum iam totum corpus obriguisset, recordati iussionis illius de impositione praedictarum literarum, acceptas literas apostolicas imposuerunt eas inter pollicem et indicem manus dextrae, quas impositas ita constrinxit digitis illis, ut impossibile fuerit illas tollere de manu; elevabatur manus sursum imo totum corpus cum illis. In manu sinistra imposuerant literas patriarchae, sed hae liberae manebant, poterat eas quilibet pro libitu auferre. Praedictas autem literas apostolicas per integras duas hebdomadas constrictas tenebat digitis illis duobus cum admiratione plurimorum et secularium et spiritualium, tam catholicorum quam schismaticorum, donec veniret R.mus D.nus Rutski, Metropolita; is accedens ad mortuum, praecepit uti obedientiae filio, tradat literas digitis tantopere constrictas, et mox sine ulla difficultate tradidit; traditas R.mus Metropolita legit, lectas reponi iussit intra eosdem digitos, iterum constrinxit easdem sicut prius cum omnium astantium stupore; tribus diebus ante funus reliquit literas easdem liberas, sed manus, qua (f. 359v) constrinxerat illas, ita vivida, sanguineo rubore intra cutem ita plena, ac si esset hominis vivi et sani. Hoc iterum miraculum novum omnes in admirationem rapiebat. Horum omnium non auribus tantum, sed et oculatus testis ego ipse fui, et alii Patres nostri, qui mecum eo iverant. Voluit Deus his miraculis, uti credimus, ostendere schismaticis, quantum valeat unio cum Ecclesia Sancta Romana, et quantum illi placuerint scripta illius pro Ecclesia contra schisma. Concionatus est in funere praedicti R.mi noster Pater Albertus Cortiscius cum omnium satisfactione, et catholicorum et schismaticorum, qui aderant frequentes. Haec sunt, quae habui de obitu et miraculis huius viri mirabilis et magnae mortificationis in vita. Hucusque sunt verba formalia Patris Rectoris.

Iosephus ille pseudo Wladica (episcopus) Mohiloviensis etc. mortuus est; ex sexcentis sacerdotibus popis in dioecesi Polocensi tantum duo ei adhaeserunt, et unus eorum subito extinctus est, reliqui omnes in Unione permanserunt.

Concordat cum originalibus literis praefati Ioannis Jemialkouschi, relictis Patri Floriano, paenitentiario S. Petri. Franciscus Ingolus, secretarius Sacrae Congr. de Propaganda Fide.

(f. 370v) Die 21 Novembris 1634. Congr. 198. Die 16 Decembris 1634
in Congr. particulari.

(f. 368v) Relatio de obitu Meletii, Archiepiscopi Hieropolitani Rutheni uniti, et de miraculis, quae tunc Deus est operatus, Praepositi Varsaviensis Societatis Iesu, qui fuit oculatus testis.

Die 16 Decembris 1634 in Congr. particulari.

133.

Vilna, 2. VIII. 1634.

Ex litteris Metr. Rutskyj: de occisione Archiep. Hieremiae Barbarigi.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 336, fol. 357rv.

MUH, vol. II, fol. 199, nr. 129.

Mors Hieremiae Barbarigo Graeci, archiepiscopi Paranaxiensis, occisi in Polonia anno 1634. Ex literis metropolitae Russiae ad episcopum Pinsensem.

De luctuosa morte R.mi D.ni Barbarigo haec habeo D.V. Rev.mae scribenda. Optimus praelatus, obtentis literis ab oratore Regis Galliarum, residente Constantinoli venit ad Illustrem Castellaneum Cracoviensem, supremum exercituum generalem, ab ipso humanissime exceptus est, equis duobus, curru et 100 taleris provisus. Ita venit ad me. Postquam vidi apud (ipsum) literas R.mi D.ni Ingoli (non noveram enim ipsum antea, quia non meo tempore fuit Romae in Collegio graeco), videns ipsum esse verum filium Ecclesiae, effudi paupertatem meam, hoc est dedi ipsi redam corio tectam, quatuor equos iugales et 100 scuta. Suasi ut iret Vilnam ad Ill.mos Nuncium apostolicum et episcopum Vilnensem, aliosque magnates, ad quos omnes literas dedi. Mansit in nostro monasterio aliquot septimanis, non sine onere monasterii, debebat enim aliter tractari, quam communiter tractantur Patres. Sed haec omnia charitas cooperuit. Discessit Varsaviam, indeque ad magnates tam ecclesiasticos quam saeculares. Convenit etiam Ill.mum D.num Archiepiscopum Gnesensem, ad quem peculiares ferebat literas a dicto exercituum generali. Ubique dabatur ipsi per Dei gratiam liberaliter. Sed ista liberalitas nostrorum erat causa interitus ipsius. Comites illius (forte erant schismatici, forte etiam nostri schismatici, ita enim fertur, animum addiderant illis parricidis) in vitam boni praesulis conspirarunt. Dum itaque rediret ab Ill.mo Archiepiscopo Gnesensi, versus civitatem Ravensem, avectus est ab illis sceleratis in silvam densam, deviatumque est (f. 357v) ex condicto, ipso non advertente periculum, aurigam etiam qui erat Vachus in suam pertraxerunt sententiam, et mutum Arabem, qui fuit

apud me cum ipso. Atque hic crudelem in morem innocentem praelatum trucidarunt. Caput divisorunt a reliquo corporis trunko, et alio abiecerunt, denudantesque totum corpus et in silvis relinquentes abierunt. Non multo post a pastoribus corpus inventum, et Ravae multis denunciatum est. Qua fama excitus Palatinus Ravensis misit equites et pedites, qui etiam caput invenerunt. Tandem corpus in civitatem allatum est et honorifice a Patribus Societatis inter fratres ipsorum sepultum. Hoc affirmatur ab omnibus qui inde veniunt, et pro miraculo habetur, quod corpus huius praesulii nec a feris nec a volucribus, quibus plena est illa silva, tactum. Alii alia adjungunt, quod scilicet aves maiores et quidem carnivorae defenderint corpus et caput a bestiis silvestribus, quod visa sunt lumina, etc. Sed de his nondum ipse usquequa certificatus sum. Ser. mus Rex noster dolet vehementer mortem ipsius; alias paratus erat uti opera ipsius et honorare ipsum.

Hucusque Metropolita Russiae, de data Vilnae, 2 Augusti 1634.

(f. 358v) Die 3 decembris 1634. Congr. 199. Num. 27.

Referente R.mo Homodaeo quae scripsit Metropolita Russiae de occisione Hieremiae Barbarici, Archiepiscopi Paronaxiensis graeci, ab eius sociis monachis in Polonia perpetrata, et de miraculis visi luminis super eius corpus et bestiarum quae corpus eiusdem in sylva per plures dies jacens defenderunt ab aliis animalibus, Sacra Congregatio iussit rescribi eidem Metropolitae, ut diligentius de praedictis omnibus se informet, et referat.

134.

Smolensk, 16. VIII. 1634.

Archiepiscopus Smolencensis Raphaëli Korsak de rebus sua eparchiae, de eius persecutione et statu, nec non petit protectionem Sedis Apostolicae.

APF, Scitt. rit. n. Congr. gen., vol. 336, fol. 343, 349.

Leo Creusa, Archiepiscopus Smolencensis, Episcopo Pinsensi, de data 16 Augusti 1634.

Significo D.V. R.mae quod Smolensi, unde a fel. mem. Sigismundo Rege in prima Archiepiscopatus mei erectione peculiari Privilegio Schisma longe expulsum fuerit, maximo animarum lucro, Serenissimus noster novissime Schismaticis concessit, ut ecclesiam sibi aedificarent, prout etiam ex nunc extruxerunt. Praeterea aliam muro extuctam in suburbio eisdem dedit, fundatis pro eadem 200 jugeribus sive mansis terrae. Quod in causa fuit, ut Varsaviam venerim. Sed ut video frustra, propter maximum, qui Schismaticis in Curia monstratur, favorem.

Privilegium mihi collatum pro Monasterio Grodnensi, quod obtinueram sciente D.V. R.ma, ne a Schismaticis occuparetur, consilio usus magnorum virorum, volueram cum certa reformatione hic iterum confirmare peculiari Privilegio, quod cum ad subscribendum Serenissimo offerretur, renuit subscribere, adjiciens, id ad futura Comitia, quae indicta sunt pro Februario proximo anni 1635, remitti.

Schismatici omnibus viribus curant, ut ad illos hoc Monasterium devolvatur; et offerebant uni ex Notarijs mille aureos, ea tantum prætensione ut ad subscribendum Serenissimo offerret; et forte aliud mille offerrent pro impressione sigilli.

R.ma D.V. omnibus viribus curet apud Sedem Apostolicam, ut obviat tantae oppressioni, et Brevia Apostolica ad Senatores Regni utriusque Ordinis obtineat, ut Protestationi contra Schismaticos pro Unitis in Comitijs Electionis et Coronationis factae per illos ipsos inhaerentes, fidem Catholicam tueantur, et nos Unidos omnibus telis inimicorum expostos defendant, et cum illis veniat ad Comitia praedicta, ubi aut vincendum nobis aut forte moriendum.

Leo Creusa, Archiep. Smolen.

(f. 349v) L'Arcivescovo di Smolensco. 16 Agosto 1634 (*nota*).

Che sotto la b.m. del Re Sigismondo havea con privilegio scacciati dalla sua Diocese gli scismatici; ma ora il medesimo Re ha concesso loro l'edificar una Chiesa, et un'ultra cinta di muri gl'ha data ne Borghi con 200 iugeri di terra.

Che volendo confermar con certa riforma il privilegio concessogli, che il Monastero di Groden. non fosse occupato dagli Scismatici, il Re ha rimesso il negotio alla prossima Dieta; e gli Scismatici già hanno offerto mille scudi al Notaro, acciò procuri sottoscrizione del Re, perchè loro sia dato detto Monastero e forse ne daranno altre mille per l'impressione del sigillo, però supplica che si scrivino Brevi Apostolici a questi Senatori in sua difesa, inerendo alle proteste che si fecero nell'ultima Dieta contro gli Scismatici.

135.

Kiovia, 30. XII. 1634.

Epistola Metrop. P. Mohyla ad Palatinum Volhiniae.

APF, *Scr. v.n. Congreg. Gen.*, vol. 338, fol. 179, 180, 181.

Illustrissime Princeps, Magnifice Domine, Domine et Amice.¹⁴⁸

Persuasum, ratum gratumque habet antiqua Russiae natio, de candore ac favore beneficiisque a Vestra Ill.ma Dominatione ipsi praestitis, ita ut numquam fraudari illo possit. Persuasum et ego habeo indubitanterque mihi promitto, praesertim cum sim Ecclesiae eiusdem nationis Pastor, quod etiam supplicatio mea apud Ill.mam Dominationem Vestram certissimum habebit refugium, et maxime in hoc quod totam Ecclesiam nostram afficit, quatenus Vestra Ill.ma Dominatio altum animum suum ad hoc inclinare et operam suam apponere Ill.moque Domino Georgio Zaslaviensi persuadere dignabitur, ut isti libri turpes, blasphemias contientes, Eclary Dipplici, Ecclesiam vere Christianam gravissime et turpisssime lacerantes, typis in lucem publicati, nunc Venerabili Patri Episcopo Luceoriensi V. Patri Pusinae ad anihilandum et defendendum de Monasterio Milecy possint extradi. Magnatum est, Ill.me Dux, magna tueri et promovere. Certus sum itaque quod intercessio Vestrae Ill.mae Dominationis apud Ill.mum Ducem plurimum valebit et facillime hanc gratiam nobis impetrabit; pro qua sicuti et pro alijs Vestrae Ill.mae Dominationi, Domino et benefactori meo, orationibus meis Archiepiscopibus et servitiis meis officiosissimis regratiari sum astrictus. Cui quam diligentissime me commendo.

Ex Monasterio Cioviensi Pieczarski, dicto die 30 Decembris, A. 1634.

Ill.mae Dom.nis Vestrae Magnifici et benefactoris

ex Corde amicus, Servus et continuus exorator

Petrus Mohila, Archiepiscopus Metropolita Cioviensis,

Halicensis et totius Russiae, Archimandrita Pieczarsky

(f. 180v) Beatae memoriae Melecius Smotrycki Archiepiscopus extra-diderat Apologiam pro Russiaca natione, eam sanctificando; Gelasius Diplica, Haereticus, Antapologiam scriptis mandavit, cuius tituli hic ponuntur. Et exemplar Polonicum habetur.

Notae mittentis copiam epistolae:

(fol. 179v) Epistola Metropolitae Chiovien. ad Ill.mum Ducem Palatinum Volhiniae directa, ut intercedat ad Ill.mum Ducem Georgium Zaslaviensem, uti Patronum monasterii Milecii (in quo libri haeretici

¹⁴⁸ Epistola data fuit a Metropolita Kioviensi non-unito, Petro Mohila, ad Palatinum Volhiniae, Adamum Alexandrum Sanguszko (1630-1656), quae consideratur ut exemplum bonae voluntatis Metropolitae, faventis Unioni ecclesiasticae, quia inter opera annihilanda plurima erant contra Ecclesiam Catholicam scripta et edita, praesertim «Antapologia» dicti Diplicae, contra «Apologiam» Meletii Smotryckyj (an. 1628).

conservabantur, praecipue contra Sedem Apostolicam, ad 400 exemplaria), quatenus publice permittat illos comburi.

(fol. 181) Antapologia seu Apologiae, quam ad clarissimam Nationem Russiae Rev.mus Pater Meletius Smotrycki, dictus Archiepiscopus Polocensis, etc. scripsit. Annihilatio facta et clausa in quatuor libris, per Gelazium Duplicam, Anno Domini M.DC.XXXI. Typis mandatum anno 1632.

(fol. 181v) Hoc anatema typis mandatum a Metropolita Kiovien.: non potui originale habere, sed ipsem Gelazius, Haereticus, suam prae-servativam contra anatema Metropolitae, facit eius mentionem.

(fol. 182) « Mohila Petrus, Metropolita Kiovien. ad Cautelam Nationi Russorum tipis mandavit anatema suum ut Antapologiam, a Gelazio Duplica tipis mandatam, omnes abhorrendo non legant, nec habeant ».

Iratus Gelazius Duplica quandam prae-servativam parvam tipis mandavit et minatur alia tradere contra Cautelam Petri Mohila, Metropolitae Kioviensis, si, inquit, meam Antapologiam sic ducet in contemptum; in anno 1633.

136.

Varsavia, 18. II. 1635.

Nuntius Vicecomes Card. A. Barberino, de negotio rerum spiritualium in Comitiis tractato; de relatione ducis Ossolinski super legatione sua ad Sanctam Sedem.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 336, fol. 338rv (orig.).

Em.mo e R.mo Signor Padrone Colendissimo.

De negozi della Dieta, et in particolare di quelli che appartengono allo spirituale, non posso significare a Vostra Eminenza se non che i scismatici, abusando della publica libertà, hanno fin hora impuntato in non voler dar orecchie ad alcun altro affare, prima che ricevino l'effetto del diploma regio, estorto nella coronatione, contro di che io non tralascio di fatigare col mezo di questi prelati e buoni cattolici, e scuoprendo anco assai ben disposta et animata Sua Maestà. Non voglio disperar così presto, che possa esser profittevole qualche partito, che si va proponendo per tirar a longo il negotio, et usare il beneficio del tempo, se ben ogni cosa riesce difficile appresso ai scismatici, gente rozza, incapace, insospettita, e che fa professione di mantener sotto nome di semplicità la sua barbarie con la forza, al qual fine è venuta qua ben proveduta particolarmente di oro.

Hieri il signor duca Ossolinschi fece relatione in publica Dieta della

sua ambasceria a cotesta Santa Sede, ma in proposito de negozi commessili, non puoté parlar d'alcuni se non in generale, non essendo ancor comparso Mons. vescovo di Teodosia, secretario aggiuntogli dal Re; disse nondimeno quel ch'era passato intorno ai punti dell'accademia di Cracovia contro i Padri Gesuiti, delle decime, e delle appellationi de Spirituali a cotesta corte, e toccò qualche cosa della negativa circa l'approvazione apostolica del diploma regio sopra la religione greca; le quali cose tutte s'havranno da discorrer fra i nunzi terrestri.

(f. 338v) I trattati di Prussia o son sciolti a quest' hora, o si sciolglieranno presto senz' effetto, trovandosi particolarmente manchevoli le plenipotenze de deputati Svettesi: segno manifesto ch'essi vogliono l'armi, non i discorsi.

La venuta degl'ambasciatori Moscoviti è ancor incerta, e pur essendo vicino il tempo assegnato per il giuramento, non dovrebbono esser essi lontani. Sua Maestà è stata questa settimana toccata da qualche principio di podagra, la quale però non l'ha dato impedimento ne' pubblici affari, e mentre prego a Vostra Eminenza compita salute, humilissimamente me le inchino.

Varsovia, 18 Febraro 1635.

Di Vostra Eminenza humilissimo et obligatissimo servitore
Honorato, Arcivescovo di Larissa.

137.

Varsavia, 28. II. 1635.

Nuntius Vicecomes Card. A. Barberino, de quadam scriptura schismatistarum contra privilegia catholicorum et de interventu Regis Vladislai in favorem Ecclesiae.

APF, Scr. rif. n. Congr. gen., vol. 336, fol. 336rv (orig.).

Em.mo e R.mo Signor Padrone Colendissimo.

L'ostinazione de' scismatici ha tenuto un pezzo in disordine tutta la Repubblica, congregata nella Dieta, perchè essi hanno sempre ricusato pertinacissimamente di condescender ad alcuna trattatione delle cose pubbliche prima d'haver aggiustato le loro private; onde Sua Maestà mandò loro a dire i giorni passati di voler ella prender sopra di se l'aggiustamento di queste differenze, e che però essi proseguirono gl'altri affari, ed in tal conformità uscì fuori una scrittura assai più mite dell'altra della Dieta della coronatione, della quale i scismatici pretendevano l'escutione, ma che però mi diede motivo di ricorrere a Sua Maestà, raccomandandole

con ogni caldezza l'avvertire di non toccar pregiudicialmente per importunità degl'aversarii i privilegi della Chiesa, e le prerogative della religione cattolica, in che la Maestà Sua procurò di mostrarmi ch'ella faceva il possibilie per schivar simili pregiudizi in congiunture sì fastidiose. Di questa scrittura mando a Vostra Eminenza la copia, se ben i scismatici non pure non l'acceettarono, ma sopra di essa fecero maggior streppito, usciti anche con proteste dalla sala dei nunzi; finalmente Sua Maestà commise il negotio al Signor Vicecancelliere Zamoischi, signore di grande autorità e zelante catolico, siche quello non opererà egli, può malamente sperarsi dall'industria degl'altri; è vero, che i scismatici hanno fin qui ceduto ad alcune pretensioni, come particolarmente a quella del vescovato di Luceoria, ma quelle che restano sono anch'esse di gran momento. La suddetta scrittura (per quanto io vedo) s'è procurato di farla in modo, che in prima apparenza sembri assai mite, et ella riuscirà più o meno dannosa secondo il modo che si terrà (f. 336v) nell'eseguirla; intanto io non ho voluto mancare di participarla a Vostra Eminenza, acciò non resti senza notitia dello stato presente di sì importante negotio, dell'esito del quale restiamo dubiosi, e qui humilissimamente la riverisco.

Di Varsovia, ultimo febraro 1635.

Di Vostra Eminenza humilissimo et obligatissimo servitore.

Honorato, Arcivescovo di Larissa.

138.

Varsavia, 18. III. 1635.

Protestatio Hierarcharum unitorum contra diploma in favorem non-Unitorum.

APF, *Scr. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 336, fol. 47 (copia).

Protestatio Catholicorum contra Privilegium datum Schismaticis Ruthenis in Comitijs Regni Poloniae, Martij die 18, Anno 1635.

Nos infrascripti ad notitiam omnium praesentis et futuri temporis deducimus. — Quia inherentes Manifestationi nostrae, secundum quam tempore Electionis praeteritae et in Comitijs Coronationis Serenissimi Regis Domini Nostri Clementissimi, propositis punctis pacificationis inter Unidos et Non-unitos, non aliter consensum nostrum praebueramus, quam sub beneplacito et assensu Sanctae Sedis Apostolicae. Cum iam nobis per S. Sedem Apostolicam sit declaratum, quod absque laesione conscientiarum nostrarum, et periculo salutis nostrae, non possimus consentire praedictis punctis pacificationis, et alienationi ab Unitis Ecclesiarum et bonorum ecclesiasticorum atque Non-unitis traditioni, mani-

festum facimus, prout etiam publice in facie Reip. in Comitijs praesentibus prius per Ill.mum et Rev.mum Dominum Archiepiscopum Gnesensem nomine Ill.morum et Rev.morum Episcoporum Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, postea per Ill.mum et Rev.mum Dominum Josephum Velamin Rutski, Metropolitam Chioviensem manifestavimus, nos praedictis punctis pacificationis et Constitutioni praesentium Comitorum de Religione Graeca consensum praebere nullo modo posse nec consentire atque ipsos Praelatos Unidos Iura et possessiones omnium Ecclesiarum et Beneficiorum suorum defendere precibus non valentes, non consentiendo, sed patiendo Ecclesijs suis cedere, quas a Nonunitis non satis sunt repetendo; quin imo velle eosdem Unidos Domino Deo supplicare pro S.R.M. Domino suo Clementissimo hoc peccatum, et omnes maledictiones et paenas a Rep. transferre dignetur. Quod iterum atque iterum manifestantes rogamus, ut haec Manifestacio manibus nostris subscripta, Actis Varsaviensibus inseratur.¹⁴⁹

Actum Varsaviae, in Comitijs Generalibus, 18 Martij, Anno 1635.

139.

Varsavia. 25. III. 1635.

Nuntius Vicecomes Card. A. Barberino, de negotio Ruthenorum in Comitiis regni ventilato et de praetensionibus iniustis non Unitorum; de quibusdam privilegiis in favorem Unitorum a Rege concessis.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 336, fol. 334rv (orig.).

Em.mo e R.mo Signor Padrone Colendissimo.

Gran parte dei disturbi e longhezze della terminata Dieta (che Vostra Eminenza si degnerà legger in altra scrittura) è stato il negotio de Rutheni, il quale sin al fine è andato fluttuando con varietà di ripieghi più o meno pregiudiziali, secondo i temperamenti che s'andavano inventando per ovviare ai pericoli ch'instavano per l'ostinazione degl'aversarii; finalmente l'ultima notte, essendo durata la sessione 19 hore continue, tediati tutti da tante fatighe, e come vinti dalla pertinacia de scismatici, i quali, con grande abuso della libertà del paese, hanno sempre negato di consentir al resto prima dell'aggiustamento di questo punto, piegarono a certo accordo, o più tosto a rilasciar loro molte delle pretensioni ch'avevano posto in campo, e che con molt'altre hanno sostenuto acremente;

¹⁴⁹ Hierarchia unita praesentem Protestationem subscrispsit in Comitiis Varsaviensibus; cfr. de his Comitis et diplomate litteram Nuntii Varsaviensis (nr. 138, 139).

le particolarità di queste non le dico per hora a Vostra Eminenza per non significargliele con incertezza, e g'l'Uniti medesimi non le sanno, mentre la constitutione della Republica si riferisce ad un diploma regio da spedirsi. Chiara cosa è ch'in questo frangente non si son potuti schivar diversi pregiudizi, ed i cattolici più ferventi effettivamente si scusano sopra gl'imminenti pericoli del Regno per la guerra di Prussia; il che ha reso pertinaci gl'avversari sin al punto di scioglier la Dieta senza conclusione; il modo che s'è tenuto con essi, rimettendoli al diploma regio, potrà pur lasciar luogo a mitigar sempre il male, s'havrà favorevole l'autorità de' Superiori; già ch'esso diploma ne s'inserisce nella costitutione, ne si publica o stampa con essa, onde vien'ad esser di minor forza; con tutto ciò per far ch'anco i poveri Uniti conseguissero qualche cosa particolare a lor favore in (f. 334v) questa Dieta, ho procurato che 'l Re conceda loro alcuni privilegi a parte, n' quali è specialmente espresso che de beni, de quali essi restano in possesso, siano incapaci perpetuamente i scismatici; cosa a giuditio d'ognuno e de gl'Uniti medesimi stimata molto, se sarà insieme con l'altre ben eseguita; perchè almeno s'assicura loro quello ch'è stato in ogni Dieta controverso; ne sono esclusi dalle pretensioni del resto, se Dio per sua misericordia mandarà migliori congiunture alla Chiesa santa; mentre contr'ogni pregiuditio io ho fatto la protesta, che mando a Vostra Eminenza in copia authentica, si com'hanno anco protestato quasi tutti questi vescovi, e molti dei cattolici latini. Quel più che mi resta per ragguagliar esatamente Vostra Eminenza quando l'havrò a notitia, non lasciarò desiderarglielo, mentre qui umilissimamente la riverisco.

Di Varsovia, 25 Marzo 1635.

Di Vostra Eminenza Rev.ma humilissimo et obligatissimo servitore
Honorato, Arcivescovo di Larissa.

(*Postscriptum*) La scrittura della protesta accennata di sopra non s'è potuta haver a tempo in forma publica, e però si resta a mandarla nel seguente ordinario.

140.

Varsavia, 15. IV. 1635.

Nuntius Vicecomes Card. A. Barberino, de diplomate regio Schismaticis dato tempore coronationis, quod postea aliquomodo moderatum est in favorem episcoporum unitorum Luceoriae et Premisliae.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 336, fol. 344rv (orig.).

Em.mo e R.mo Signor Padrone Colendissimo.

In continuatione del raggugaglio, che diedi a Vostra Eminenza con le precedenti circa il negotio de' Ruteni sbattutosi tanto gagliardamente in quest'ultima Dieta, soggiungo che la constituzione dice in sostanza, che a' scismatici si mantenga il diploma regio, concesso loro nella coronazione; il qual diploma è stato poi moderato con grandissimo contrasto nella seguente maniera: Che 'l vescovato di Luceoria resti al presente vescovo durante la sua vita (il che ricusavano affatto i scismatici, volendolo adesso), e che poi si conferisca a chi essi nominaranno; per rimediare nondimeno che gl'Uniti di quella diocesi non restino in preda de lupi, si deputerà anco un vescovo unito, e se gli darà un'Abbatia detta di Zawica (ch'occupavano i scismatici) per sostentamento.

L'istesso ripiego è stato preso nel vescovato di Premislia, dove i scismatici ricusavano assolutamente, e non meno ostinatamente, che nel primo, il vescovo unito, per la cui provisione si darà una rendita d'alcune migliaia de fiorini, che si cava da un porto, la quale gl'avversarii volevano in ogni modo per loro. Del resto gl'Uniti rimangono in possesso di tutte le chiese e monasteri, che havevano, sicome vedrà Vostra Eminenza dalla copia della lettera regia, con la quale s'è cercato al possibile di rimediare a gl'errori trascorsi, essendosi havuto gravissimi contrasti in ogni punto; di modo che la Dieta ha corso sin all'ultimo quei pericoli, ch'io ho sempre avvisato a Vostra Eminenza.

Del diploma regio non ho potuto haver copia, affermandomi i signori Cancellieri di Polonia e di Lituania di non haverlo voluto reggistrar nelle cancellerie (f. 344v) per non lasciar memoria così abominevole ne' loro atti, sichè non dovendosi anco stampare nella constitutione, resta in mano de' scismatici; se la lettera regia havrà la debita essecutione, si sarà rimediato assai; intanto io non ho mancato di protestare chiarissimamente, sicome appare nella congiunta copia, la quale mando a Vostra Eminenza adesso, per non haver potuto haverla prima autentica, nella qual forma ho stimato d'inviala, acciò possa restar negl'archivii per conservatione delle ragioni della Chiesa; et intorno ad essa devo avvertire, che se bene per servar la forma degl'atti, dicono, ch'io sia comparso personalmente in cancelleria, nondimeno essi son venuti a ricever da me la protesta. Ch'è quanto mi rimaneva da participare a Vostra Eminenza, a cui humilissimamente qui m'inchino.

Di Varsovia, 15 Aprile 1635.

Di Vostra Eminenza Rev.ma humilissimo et obligatissimo servitore
Honorato, Arcivescovo di Larissa.

141.

Venetiis, 27. X. 1635.

Nuntius Vitellius Francisco Ingolo, de adventu Venetias Episcopi Korsak.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen. (Lettere antiche)*, vol. 11, fol. 162 (*orig.*).

Molt' Illustre e molto R.do Signor mio Osservandissimo.

Monsignor di Pinsco, Rutheno unito, è stato da me, e gli ho restituito la lettera di Vostra Signoria con farle tutte quelle dimostrazioni d'affetto, che m'è stato possibile, e che meritavano le sue buone qualità. Egli partì giovedì sera per il suo viaggio,¹⁵⁰ et io l'accompagnai con mie lettere per Monsignor mio Baglioni, Nuntio a Vienna, e gli feci pronta esibitione dell'opera mia in qualsivoglia sua occorrenza, di modo che si partì soddisfatto. Se circa li decreti della visita di Dalmatia le farà bisogno d'altra cosa Vostra Signoria me l'accenni, che sarà servita. Si sono recapitate l'altre lettere portatemi da questa sua de 20 del corrente. E bacio senza più a Vostra Signoria la mano.

Di Venetia, li 27 Ottobre 1635.

Di Vostra Signoria affectionatissimo servitore

Fr. Arcivescovo di Tessalonica.

Signor Ingoli.

(f. 163v) Al molto Illustre e molto R.do Signor mio Osservandissimo, il Signor Ingoli, Segretario della Congr. de Prop. Fide. Roma. (L.S.).

142.

Anno 1635.

Metropolita Rutskyj: relatio de rebus Valachorum in Croatia.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen. 59* fol. 62-63 (*copia*).

MUH, vol. II, fol. 207, nr. 133.

Relatio de rebus Rascianorum, qui et Valachi et Uscochi vocantur.

Sacra Romana Congregatio de Propaganda Fide ante aliquot annos scripsit ad me ut apud hos Valachos, vel Uscochos, qui sub ditione sunt

¹⁵⁰ Agitur de reditu domum Episcopi Pinsensis, Coadiutoris Metropoliae Kiowensis, qui tunc temporis, solita via, ad suam eparchiam redibat, post commemoracionem romanam fere trium annorum in negotiis Ecclesiae unitae et beatificationis Servi Dei Josaphat Kuncevycz, martyris Polocensis.

Sacrae Caesareae Maiestatis in finibus Croatiae mitterem aliquos ex meis pro auxilio illorum populorum, qui hucusque videbantur nomine solum christiani, nihil scientes vel valde parum de rebus fidei, idque non sua culpa, sed ob defectum operariorum. Miseram ergo unum ex Ordine Sancti Basillii presbyterum, qui auctoritate Suae Caesareae Maiestatis adiutus peragravit ipsorum regiones.¹⁵¹ Ab initio timebant sibi ab ipso, putantes non esse eum sacerdotem mere ritus graeci, cuius ipsi sunt tenacissimi; tamen quando legere, cantare, in ecclesia ipsorum ritu graeco et lingua antiquiori slavica (qua ipsi sicut et nos Rutheni utuntur) in omnibus divinis coepit, tandem sacra celebrare, Sacraenta administrare, et omnia munia sacerdotalia obire, in quibus ipse fuit magis exercitatus quam quisquam ex sacerdotibus ipsorum, ita ipsum et amare et revereri coeperunt. Episcopo tamen loci illius, homini iam decrepito non usque adeo gratus fuit: putabat enim eum ambire episcopatum ipsius.¹⁵² Quocirca visum est huic Patri ire Romam, exponere Suae Sanctitati, et Sacrae Congregationi, in quo statu esset loci illius christianitas; rediit postea Viennam cum literis apostolicis et Sacrae Congregationis tanquam missionarius, (f. 62v) exposuit Sacrae Caesareae Maiestati ea quae vidi et quid esset necessarium ad lucrandum Deo illos populos, videlicet, ut ex liberalitate Suae Maiestatis assignaretur operariis, qui mitterentur a nobis Ruthenis, congrua provisio. Annuit Sua Maiestas et expectare hunc Patrem iussit, dum deliberaretur, qualisnam et unde talis provisio assignari posset; sed subsecuti sunt tumultus bellici, qui impediverunt omnia, et Pater ille, rebus infectis, ad propria remeavit. Scripsi de his Sacrae Congregationi, a qua iterum accepi literas, quod quidam Mateovich velit suspicere curam nostrorum, ut recto irent ad ipsum. Respondi, nos nec nosse de nomine hunc dominum, nec scire locum suae mansionis; bonum proinde esse, ut ipse scriberet ad nos de tali suo zelo et significaret, ad quem determinatum locum venire deberemus. Ipse non scripsit, nos etiam non misimus. Sed benignissimus Deus, qui non vult mortem peccatorum, sed ut convertantur et vivant, providit illis miseris aliud medium, et quidem, ut mihi videtur, efficax: permisit Calvinistas Transilvanos novis persecutionibus exagitare Longinum Brancovium, episcopum Genovae et Lipae, super populos ritus graeci a patriarcha Constan-

¹⁵¹ Agitur de Methodio Terleckyj, Basiliano, Alumno Pont. Collegii Vindobonensis, qui anno 1629-1630 missus fuit in hanc regionem ut missionarius apostolicus. Dein fuit Episcopus Chelmensis (1630-1648).

¹⁵² De vicissitudinibus hierarchiae in hac regione cfr. epistolae praesentis voluminis, ut ex.gr. nnr. 120, 121, 122, 123, 124 (ann. 1632-1633).

tinopolitano schismatico constitutum, in tantum, ut a sua Ecclesia in exilium abire deberet; venit in Hungariam, ibi dum commoraretur Taurini ad ecclesiam Rascianorum illius loci, evocatus est ab Eminentissimo et R.mo S. Romanae Ecclesiae Cardinali Archiepiscopo Strigoniensi Selliam, ad residentiam episcopalem, incidit in Rev.mum D.num Ioannem Thomcum Marnavitum, episcopum Bosnensem,¹⁵³ qui pro suo zelo potenter egit cum homine, et transegit ut abiecto schismate ad gremium Ecclesiae Catholicae, matris omnium Christi (f. 63) fidelium redierit, professionem fidei catholicae fecerit, absolutionem a schismate acceperit, et pro complemento bonorum animae suae et sibi subiectorum vel subiiciendorum Romam abiit et Vicario Christi obedientiam praestitit. Rediit Viennam quae siturus, qualiter non iam Genovae et Lipae in Transilvania, sed apud Uscocos, sub protectione caesarea, operam suam offere posset. Inde suasu Patrum nostrorum monachorum S. Basilii, qui sunt Viennae, suscepit difficilem et periculosam peregrinationem in Russiam, quaerendo me hinc inde, tandem invenit me et conversatus sum cum ipso per trium fere mensium spatium cum magno gusto meo, potissimum hinc, quod habeat bona desideria animabus, quarum curam gerit, valde proficua, et talia quae non difficulter ad optatum possunt deduci finem, modo adsit gratia Sacrae Caesareae Maiestatis in providendo ipsi de victu et iis, quibus natura humana carere non potest.

(f. 63v) Il Metropolita di Russia (*seguitur compendium relationis in lingua italica*).

Die 10 Decembris 1635. Congr. 211.

143.

Venetiis, 15. III. 1636.

Nuntius Vitellius Francisco Ingolo, de duce Ossolinski, Legato Vladislai, Regis, ad Papam, et de negotio Ruthenorum; de patriarcha Cyrillo Lucaris, qui haeresi calviniana favit.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 15, fol. 45 (orig.).

MUH, vol. II, pag. 213, nr. 136.

Molto Illustrè Signor mio Osserv.mo.

¹⁵³ Cfr. notam praecedentem (152). Joannes Thomas Marnavich episcopus Bosnensis (1631-1639), erat presbyter Sebenicensis, nominatus a Rege Hungariae et Romae consecratus, et missus ut Vicarius Apost. eparchiae Bosnensis, postea electus ordinarius.

Il signor duce Osselinch,¹⁵⁴ che fu ambasciatore d'obedienza della Maestà del Re di Polonia a Nostro Signore, come mi raccordo che allhora accennai a Vostra Signoria, mi ricercò, che per beneficio de' Ruteni che in particolare erano caduti nell'heresia di Calvino, promossa da Cirillo patriarca, deposto come heretico di quella setta, sarebbe stato di grandissimo giovamento, ch'egli havesse potuto haver authentico documento da poter far publicare, che Cirillo e quella heresia era stata dannata dalla Chiesa Greca. Havendo parlato con questi Greci del patriarca mi hanno detto, che vi è contra di lui la sententia fatta e sottoscritta da Metropoliti, nella quale si danna tale heresia di Calvino e di Cirillo, ma che loro non l'hanno publicata, perchè sta nel codice del patriarcato in Costantinopoli, e che quando saranno colà, se si vorrà in publica forma, la manderanno. Mi è parso però accennar tutto ciò a Vostra Signoria, che bene informata saprà se può giovare, e quanto si può fare per haverla in tal caso. Mi resta di dirli che l'istesso signor Osselin un'anno fa di Polonia di nuovo mi raccordò questo interesse. Il zelo, che ho dell'accrescimento della nostra religione mi fa scrivere tutto ciò a Vostra Signoria, e le bacio la mano.

Di Venetia, li 15 Marzo 1636.

Di Vostra Signoria molto Illustre il humile servitore

Fr. Arcivescovo di Tessalonica.

(f. 58v) Al molto Illustre Signor mio Osservandissimo, il Signor Francesco Ingoli, Roma. (L.S.).

Die 14 Aprilis 1636. Congr. 215.

144.

Peremyslia, 24. VI. 1636.

Protestatio Athanasii Krupeckyj, Ep. Premysliensis uniti, contra invasionem suae cathedralis et diocesis a schismaticis.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 136, fol. 438rv (*copia*).

MUH, vol. I, pag. 218, nr. 140.

¹⁵⁴ Georgius Ossolinski, Legatus Regis Poloniae Vladislai IV ad reddendam obedientiam et pertractanda negotia in Comitiis ann. 1632-1633 constituta, praesertim pacificationis religiosae Unitos inter et non-Unitos (cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 128-130, nr. 229, etc.; *Congregations Particulares*, vol. I, Romae 1956, pag. 8-11, nnr. 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18). Tunc temporis contra conamina Ossolinsci agebat in Urbe Episcopus Pinscensis, Raphael, ad hoc specialiter missus. Georgius Ossolinski erat deinde Cancellarius Regni Poloniae (1643-1650).

Extractum ex protestatione Rev.mi Episcopi Praemisliensis, Rutheni uniti cum Sancta Romana Ecclesia, super invasionem eiusdem episcopatus.

Anno Domini 1636 in castris Praemisliensibus, in festo S. Joannis Baptistae, protestatus est R.mus Athanasius Krupecki, episcopus Praemisliensis et Samboriensis, cum priore monasterii S. Salvatoris, religiosis Ordinis Divi Basilii et aliis utriusque ritus contra D.mum Simeonem Silvestrum Hulevicz Voiutinski,¹⁵⁵ pseudonominatum Praemisliensis episcopatus, ut autorem, et alias complices, quorum numerus ultra decem millia se extendit, quod contra omne ius patriae unitis Ruthenis cum Romana Ecclesia a diversis Regibus et senatu concessum et contra pacta conventa nuper a Ser.mo Rege Vladislao IV firmata, illegali modo possessionem monasteriorum et ecclesiarum seditionibus invadere tentaverit, concitata ad hoc plebe et conducta stipendiaria manu, primo violenter ecclesiam S. Mariae Virginis in suburbio Praemisliensi sitam in festo Pentecostes subintravit, ubi aliquot diebus immoratus, auctis sediciosis in tractum Samboriensem ad occupandas ecclesias, monasteria et praedia, eorumque possessiones concepit. Situatoque exercitu decem millium ad civitatem Samboriensem, una leuca a monasterio S. Salvatoris distantem, quinquaginta praecipuos ad dictum monasterium et episcopum inibi residentem, sub spetie commissariorum a Ser.mo Rege designatorum expedivit, quibus episcopus perhumaniter exceptis quid vellent petiit. Hi privatas quasdam literas regias, sigillo privato munitas, quibus sibi potestatem datam recipiendi monasteria et possessiones episcopales protulerunt. Renitente episcopo possessionem ob modum recipiendi non iuridicum, re infecta ad suos redierunt, tumultuatim idem monasterium unitis viribus aggressuri, quod et fecerunt, circum vicina bona diripientes, ad monasterium accesserunt et obsederunt, dirutisque menibus et aedificiis sine discriminé plurimos tam ecclesiasticas quam saeculares vulnerarunt et in vincula coniecerunt. Inter quos erat qui vulnus lethale exceptit in capite, frater germanus dicti episcopi Premisliensis uniti et eius nepos in femore globo traiectus, ex familia unus immaniter occisus. Coeteri quam plurimi sauciati, et in captivitatem accepti.

¹⁵⁵ Praesenti numero agitur de extracto seu potius synthesi amplioris documenti, positi per extensum in numero sequenti (145). Documentum hoc illustrat continuas difficultates, quas habuit Athanasius Krupeckij in sua Peremysliensi eparchia toto fere vitae sua tempore (1610-1652). Simeon Sylvester Hulevycz-Wojutynskyj erat unus tantummodo e praetendentibus non unitis ad hanc eparchiam, praesertim post concessiones factas annis 1632-1633 in Comitiis electionis regis Poloniae Vladislai IV, ut ex.gr. Isaacius Kopynskyj (1620), Johannes Popiel (1633), Sylvester Hulevycz (1634) etc.



RAPHAEL KORSAK, EP. HALICIEN., PINSCEN., METROP.
KIOVIENSIS (1626-1640)

Tum demum pseudoepiscopus cum applausu et triumpho in monasterium S. Salvatoris introducitur et ecclesiam tumultuatim intrat, ibi prostratum ad altare R.mum episcopum Premisiensem unitum conviciis onerat, pastorale argenteum quod in manu tenuit eripit, suppellectilem ecclesiasticam confiscari iubet, explodere bombardas in illum studet, fato miraculose obnitente, inaniter. Demum dictum episcopum unitum, venerandum senem plusquam sexagenarium, violenter ex ecclesia extrudunt, et insanienti plebi obiiciunt, quem contumeliis, pugnis, colaphis intra et extra ecclesiam inhumaniter ceciderunt huc et illuc protrusum ad necem petitum carceri squallido includunt, ubi biduo episcopum et una nocte fame et siti, apposito exiguo stramine pro lecto, macerarunt, tandem postea dimittunt, reliquos qui in carcere erant detenti(s) et vulneribus deficientes ibidem defodiunt, (f. 438v) ecclesiam profanant, chrisma, altaria, imagines conculcant, aurum, argentum, caeteramque suppellectilem ecclesiasticam diripiunt, totum monasterium S. Salvatoris sibi subiiciunt cum aliis circumvicinis duobus, scilicet monasterio S. Onophrii et Smolnicensi, parochos ecclesiarum circumvicinarum obediare sibi iubent. Quorum omnium causa haec protestatio iuridice est facta a dicto episcopo et libris castrensis est inserta, commonistratis eidem iudicio castrensi mortuis et vulneratis, etc, etc.

(f. 444v) Protesta di Mons. Athanasio vescovo di Premislia, Rutheno unito, e del Rettor del monastero di San Salvator di detta città contro Simeon Silvestro, pseudovedesco Premisiense scismatico, il qual manu armata ha occupato il detto monastero, robbando le suppellettili pretiose e impossessandosi de beni di quello, con ferir e carcerar molti degl'uniti et in particular il nepote di Mons. Athanasio suddetto, il qual estratto violentemente dalla chiesa, ritenuuto prigion con gran patimento molti giorni.¹⁵⁶

145.

Peremyslia, ... VI.1636.

Protestatio Athanasii Krupeckyj contra invasionem eparchiae ex parte Sylvestri Hulevycz-Wojutynskyj. Minutissima descriptio damnorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 136, fol. 439-443v.

Actum in Castro Praemisiensi, Feria Quinta post Festum Nativitatis

¹⁵⁶ Exactius hoc factum triste videri potest in sequenti ampliore documento; alia vice similem violentiam in persona et rebus passus est Krupeckyj anno 1644; cfr. de hisce rebus in J. PELESZ, *Geschichte der Union der rutherischen Kirche mit Rom*, vol. II, Wien 1880, pag. 341 sq.

Sancti Joannis Baptistae proxima, Anno 1636.¹⁵⁷

Ad Officium Actaque praesentia Castren. Capitan. Premislien. personaliter venientes Admodum R.dus Athanasius Krupecki, Ritus Graeci Premislien. et Samborien. Episcopus, cum Venerabili Michaële Krenkowskij et Metrophane Sielski, ecclesiae Cathedralis Praemislen., Ritus eiusdem, Capitularibus suis et totius Venerabilis Capituli nominibus atque Religiosus Josephus Krupecki, Prior Monasterii S. Salvatoris, necnon generosi Nicolaus et Janusius Krupecki, fratres germani, solemniter et gravi cum luctu apertoque maerore quaesti et protestati sunt contra Generosum seu ut solummet nominatum R.dum Semionem seu Silvestrum Hulewicz Woiutynski, Principalem ac primarium infrascriptorum authorem aliosque plurimos Principales et Comprincipalium complices, quorum numerus ultra decem millia sese extendit, qui, etsi ad praesens ignorantur, praesenti tamen protestatione comprehendendi censemur et pro expressis haberi debent ita, ut quandocunque ad notitiam pervenerint salva eorum protestantibus nominatio et iuridica accusatio praecustoditur ideo, quia idem Hulewicz Woiutynski sicuti Iuris patrii (quod nec propriam nullique contrariam rem vi repetendam declarat) non contentus nullaque ratione constitutionum Regni, pacem et securitatem inter Regnicolas S.R.E. et Unionem profitentes et Disunitos subiliantes, habita, comparato sibi super certa Episcopatus Praemislien. et Samborien. Monasteria eorumdemque Monasteriorum ecclesias iure quodam, ex praescripto antiquarum, et recentium Constitutionum Regni tum ob ius et vitam protestantis Episcopi atque ob possessionem eiusdem Episcopatus longe tempore continuatam et Decreto diversorum Regni subselliorum confirmationem et approbationem, nec non ob aliquot protestationes ab Ordinibus Regni Spiritualibus et saecularibus in recenti factas, illegali imo vero nullo, cum advertisset possessionem praedictorum Monasteriorum et ecclesiarum, superstite protestante Episcopo, iure lucrari difficilimum sibi esse, seditionibus et tumultu res suas stabilire et nefarios conatus promovere accessum habuit.

Primum itaque plurimis tam de nobilitate quam de plebe sui similibus inquietae mentis, novarum rerum cupidis, semet Ducem et antesi-

¹⁵⁷ Amplissima descriptio officialis violentiarum et damnorum patratarum in personam et bona ecclesiastica Athanasii Krupeckyj, Episcopi Peremysliensis uniti, anno 1636, mense iunio, ab episcopo non unito Sylvestro Hulevycz-Wojutynskyj, in qua describitur coram Actis totus processus agressionis, iniuriarum et damnorum Episcopi eiusque asseclarum et familiarium. Scriptura in multis locis manca, quia illegibilis et lacerata.

gnanum per suos emissarios, longo ante patratum scelus infrascriptum tempore, clanculum denunciavit, post eos de tempore ac modo rerum gerendarum eductos ad se convocavit, quibus non modicam manum stipendiariorum aliorumque licentiosorum in eum finem propria mercede (f. 439v) conductorum adhibuit, qua caterva numerosa stipatus, multo ante meditatum iter Praemislien. scilicet intractum (actus tempore absentiae nostri Ill.ris et Magnifici Supremi Thesaurarij Praemislien. et Cappitanei, tunc aliis S.R. Illustris et Reipublicae negotiis occupatis, quo vide licet a proposita violentia liceat non arceretur vi exoptatam opportunitatem) continuavit, cuius interiora cum penetrasset Praemislien., principalem illius Territorij Civitatem, suppresso eodem, cui notebat, illegali iure, nec eo iuxta Juris Regni instituta Incolis illius semper oblatam officiosam promulgationem nulla de mora Candidatorum sui adventus Magistratibus Castrensi Urbanove notitia facta, nulla deinceps (?) Religionis propriae habita reverentia, ipso die Sacri (iuxta Constitutionem Graecam) Pentecostes irreligiose ac clandestine (ita ut prius in conspectum cunctis veniret quam aliquis famam adventus eiusdem praesensisset) ingressus est, ubi aliquot diebus commoratus, praetermissa cum Enofo Andrea Zahorowski, qui ei sub specie commissarii cuiusdam aderat, eiusdem Comissionis attestatione, non vocatis ad se debito (?) ordine partibus, nulla introducta adversus Monasterium et protestantem Episcopum ratione Ecclesiae in fundo Valava nuncupato ad suburbana Praemislien. situatae, Immaculatae Virgini dicatae (quam eodem quodam praetenso Iure comprehendi iactabat), expostulatione nulla denique ad futura Iudicia facta, totum tempus in concitanda plebe, seditiosis quoque congregandis, ulteriorique nefarii conatus machinatione consumptum; collecta igitur non contempnenda seditiosorum manu, intractum tam ad occupandas ecclesias, monasteria, praedia ac omnes facultates ecclesiasticas, Iuris et possessionis protestantis Episcopi, pedem ...vit, cui in itinere magna multitudo oppidanorum, rusticorum ex submontanis campetinisque circumstantibus pagis oppidisque, eius cura et nutu evocata, cum bombardis aliisque armis ex usu gentis eiusque gestari solitis obviam venit; conductas itaque copias praecipue exercitus speciem (siquidem, ut praemissum est, ultra decem millia armatorum fuisse contestat) repraesentantes, ac non modo unum misellum senem Episcopum, sed Provincias debellaturum dux sacrilegus, prope scilicet minus quam uno a Monasterio S. Salvatoris, solitae protestantis Episcopi residentiae, miliarii, in oppido antiquo Sambor, et circum circa tempore certo, nimirum feria sexta, festum Nativitatis S. Joannis Baptistae proxime praeteritum precedente, metatus est; cum (f. 440) autem de praesentia R.di Episcopi certorumque eius amicorum (quos celebritas

imminentium, nempe SS. Bartholomei et Barnabae Apostolorum Sabbanino et S. Onofrii Eremitae Dominico diebus, secundum Calendarium Graecorum festorum ac pro eisdem festis, tam in Monasterio S. Salvatoris quam in Monasterio S. Onofrii Eremitae ex veteri instituto cadentium, indulgentiarum pridie ibi compulerant), eo loci cognovisset, Generos. Andream Kosakowski, Vexilliferum Czernihovien., affinem suum, sororem namque principalis germanam duxit uxorem, Andream Zahorowski, Basilium Litynski, Theodorum Winnicki, et Petrum Szeptycki (magis ad cognoscendum praesens. rerum statum, quam iure petendum possessionem), quinquaginta circiter equitibus stipatos ad Monasterium S. Salvatoris expediti, qui a R.do Episcopo humaniter, pro more illius, suscepti, monasteria, ecclesias, Praemislien. et Samborian. Territorij, eorumque praedia et possessiones facultatesque a protestante Episcopo principalem suum iure suo flagitare, se quoque Kosakowskien., a S.R.M. ad ea exequenda designatum exponunt. Tum R.dus protestans miratus, primum, cur ea expostulatione Principalis secus Praemisliae secum non fuerit usus ecclesiamque Divae Virginis repetere asserto Iure suo neglexerit, deinde verbotenus solum, non autem iuridicis et debitiss argumentis non deduxit, nec denique (si deducerentur) ad praemissa praestanda Juris sui advitalis ex authoritate S.R.E. Catholicae, S. Regiae Maiestatis et Republicae dependen. legumque publicarum beneficio teneri se obiiceret; idem G.rosus Kosakowski, depromptis e sinu S.R.M. eo in negotio ad se, non vero, ad protestantem Episcopum exaratis litteris, sigillo eiusdem S.R.M. (si bene Rev.dus protestans meminit) cubiculari insignitis, rem evincere apud protestantem conabatur. Cum autem R.dus protestans id argumenti se convincere principalemque suum in iuridico fundamento, nisi demonstraret multaque in eum finem (nam et eisdem S.R.M. ad G.nosum Kosakowski transmissis litteris, salvo protestan. Episcopatu, his formalibus: «non impediendo tamen possessioni moderni Episcopi Praemislien. Patris Krupecki », possessio cauta et praecustodita est) prudenter dissereret, et se petitam possessionem Iure suo praedicto non admittere responderet, praedictum G.nosum Kosakowski et alii mox modo et veritatis inpatientes cum declaratione (quo magis R.dum protestantem Episcopum suosque amicos et familiares inopinatos aggredirentur), principalem (f. 440) suum ratione praedictae possessionis non admissae vi acturum, regressum maturarunt ac ad suum principalem ea relaturi redierunt. Tum Hulewicz, Principalis, anxius animo quid ultra facturus sit, incepsum violentiae opus prosequeretur an abstineret? deliberat, tandem (ambitione et fastu rerum Iudicij limen confudentibus) vicit dolor amissi; siquidem propter Praemisliensem Vladicatum depositus Terra Luceorien. Notariatum, et pro eodem Vladicatu Praemislien.

Generoso Iwano Popiel Romanowicz tria millia florenorum Polon. in paratis persolvit atque spes futuri lucri indulgentias praedictas conco-mitans, pro oculis fe... existentem, sumpto itaque liberioris animi gratia largiore potu, deliberataque mente et animo disposito, contemptis legibus, et tandem (?) rigida animadversione vi rem aggredi et perficere, haec formalia: « propterea huc veni, ut obtinuerim possessionem, alioquin non redibo » iterato proferens verba, statuit et G.nosis Kosakowski atque Marco Wysoczanski, Andreae Kineliczka Turcanski expugnationis Mo-nasterij negotium demandat, qui praecipue Kosakowski mox et Comis-sarius (prout haberi volebat) Emissarius, ex Iudice Dux, e Cive patriae hostis (?) eius legum illius factus, versus Monasterium S. Salvatoris cum toto agmine citato cursu processerunt, ut intra unius horae spatium multitudo armata agrestium, montes, sylvas, campos circumiacentes in ni-vium instar operiret; postmodum universis copiis pro exigentia parietum Monasterii in quatuor partes divisis cuique parieti quartam partem agmi-nis admovit, ipse vero cum selectiori manu equitum frontem sibi as-sumpsit et totum Monasterium corona cinxit, tumultuario hostis et austriaco more invasit et obsedit; inopinato rerum eventu attoniti pauculi familiares et amici protestant, arma quae cui sors obtulit suam vitam defensuri arripiunt. Primus dux Kosakowski, cum praedictis G.nosis Wysoczanski et Turcanski in societatem facinoris egregie patrandi sibi ascitis, in aciem progressus concitatis equis. Portae Monasteriae... cur-sare plumbeam grandinem emittere, stationes et latera obire, cunctos hortari, acriter ipse instare tam diu consulto non destitit donec... sessi ad portam, ubi primum eumque summum impetum hostes fecerunt ex (?) globali latera praesidiis nudata reliquissent hostique aditum patefecis-sent; dum demum Kosakowski, Marcus Wysoczanski et Andreas Turcanski, quatuor circiter millia agraestium in insidiis collocata, e latebris proximae silvae cum securibus, clamore in coelum usque sublato erum-pere roboraque septorum ab ea parte succindere mandant, citius haec per agrestes facta, quam demandata sunt; ingens igitur ruina patefecit obviam, qua effusus rapidus furentis tumultuae turbae non modo ex-i-guam defendantium (f. 441) manum oppressit, sed cuncta aedificia et quae in eis continebantur disputit, concussit et plane solo equavit. Quis illam lugubrem et deploratam rerum faciem siccis genis effari et describere, non obores lachrimis poterit? non aetati, non sexui, non sanguini parcitur; alii, furore et iracundia excecati, sacratas aedes cedibus pul-luunt et sanguine innoxio sacrilegas expiant manus; alii assueti vivere rapto civium suorum manubriis hostilem in modum potantur, alii im-belles et captivos sui protestantis amicos et familiares in vehicula coni-juunt, et necessarij ausus trophea erigunt; denique prout cuique furor

et amentia suadent, ita tyrranidi indulgent. Erat insuper in secessu peralta turris e latere cocto erecta opportuno loco et expugnatu difficilis, in qua aliquot amici et praesbiteri protestantis inclusi salutem tutabantur, quam cum aliquoties adversarii subire vimque inclusis inferre frustra tentassent, aut ad dolos conversi placide cor compellant, incollumitatem policentur, promissaque iure iurando firmant; vix obsessi, abiectis telis, fidem eorum suscipiunt, cum periuri immaniter in subiectos, frustra eorum fidem obtestantes, debachantur: partim pixidibus, partim gnosisibus impetunt, pulsant, sauciant, trucidant, spoliant. Postquam igitur G.nosum Janusium Krupecki, fratrem germanum R.di Episcopi vulneribus enormibus, officio praesenti Castren. in recenti obductis, ac Religiosum Bandrovski, Praesbiterum, in huc usque diem apud eos in detentione existentem, affecissent, Honestum Nicolaum Stebelski, famulum et musicum protestantis vita privatum, crimen occultando impie tumultassent. Enofum Stephanum Jaminski, Camerarium campestrem Sanocen. cum G.nosa Theophila de Grochowce, coniuge sua, omni ornamento et apparatu, praesertim mundo muliebri, aureo, argenteo, gemneoque ignominiose spoliassent et cum aliis equestris Ordinis viris ad carceres demisissent, caeteraque pro libitu et furore perpetrassent, dictum Principalem Silvestrum Hulewicz, Pseudo Episcopum triumphantem, et victoriae tumidum cum applausu, et buccarum fragore in Monasterium S. Salvatoris deducunt, qui egregius thriumphator, elato supercilio tum vultu, minantibus oculis, voce arroganti, nunc hunc nunc illum captivum ad se deductum obiurgat, accrepat, necem et extrema quaeque pollicetur.

Interim R.dus Krupecki, visa Christianorum tanta immanitate aduersus Christianos et cladem suorum ingentem intuitus, effusis abunde lachrimis, sese in penetralia templi receperat et ne religione loci sese tutaturus, crimen adversariorum deprecaturus, vel sortem, quae caelitus destinata ei obvenisset ante aras equo animo suscepturus; hunc Pseudo (f. 441v) Episcopus humi prostratum et ad altare sacrum provolutum extrema praestolantem ma... stensem sublevatumque convitiis onerat, postmodum impenose supplectilem ecclesiasticam, facultates caeteraque ornamenta sibi demonstrari tradique iubet, quibus omnibus in magna copia extractis (iuxta Regestrum Actis praesen. reproductum), externis et pastorali argenteo e manibus eiusdem R.di protestantis Episcopi ereto, venerandum Senem templo eductum infamanti Plebi praesentat; quas contumelias, quae opprobria, verbera, conphisationes et subsanationes tam intra quam extra ecclesiam non passus innocens et modestus Senex? non eum plus quam sexagenaria et imbecillis aetas, non veneranda canities, non vitae integritas, non denique Religionis Maiestas tutarunt; un-

dique petitur, raptatur, protruditur, consputatur, ad necem et interitum ab omnibus poscitur, ad extremum squalido carceri includitur. Tum demum furibunda et fraterno sanguine ebria corda, laxatis habenis, Deo divisque bellum inferre in aedem S. Salvatoris irreverenter irrupere, Sacra chrismata (terribile dictu) violare et conculcare, altaria demum spoliare. Ideo Sacra (?) parte Caelitumque disrupere, aliaque horrenda bellicina rabie patrari non formidarunt. Denique quicquid Jurium, privilegiorum, monumentorum et librorum, auri, argenti, signatique ferri, cupri, caenis, stanni, pecuniarum, vestium, suppelectilis diversi, equorum, equarum, peccorum, peccudum, frumentorum, alimenti, cibi totiusque diversi, quod diuturna protestantis frugalitas multo tempore comparaverat, id totum avaritia et luxuria invasorum uno die, reseratis violenter conclavibus, depositoriis, cellarijs dirripuit, distraxit, absumpsit et abligurivit, ipsa denique aedificia ferramentis, fenestris alioque genere ornatus usui accomodata ita denudarunt, ut desolatio eorum nihil amplius praeter ignem desideraret; eodem genere violentiae in reliquis ecclesiis, monasteriis eorumque villis, praediis ac facultatibus occupandis sequentibus diebus usi sunt. His itaque omnibus ad libitum peractis, Monasteriis scilicet tribus: S. Salvatoris, S. Onophrij Eremitae, Smolicensique tertio, praediis autem quinque: Straszovice, Nanczulka, Laurow (?), Wolkowice, Buszowce patria lingua nuncupatis, cum eorum villis opulentisque ecclesiis et Praesbiteriis unitis occupatis ac disreptis, protestante ac eius familiaribus et amicis violatis, sauciatis, trucidatis ac incarceratis, tandem R.dum Episcopum ex carcere [in quo duobus (f. 442) diebus et una nocte fame, siti, exiguo stramine, ad capiendam quietem subministrato, inhumaniter premebatur] et nonnullos de amicis ac familia eius dimiserunt, alios vero partim saucios, partim trucidatos, ne eorum facinus Magistratui totique mundo pateret (impio usi artificio etc. pene sedentes vel sine omni Ritu catholico) tumularunt vel carcerebus duris inclusuris; iis quoque quos dimiserunt nihil horum, quae illis erupta sunt restituerunt, verum ignominiose pedes alio carcere coegerunt, donec protestantem praecipue Nobilium in vicinaria degentium humanitate sua suplicaverunt et carpensis itinere pedestri subvenerunt. Quid igitur amplius nefarij restat quod patratam ab iis non sit? Juris publici et iustitiae ordinem rectum subverterunt, Magistratus autoritatem, libertatis ecclesiasticae et pacis publicae integritatem pessum dederunt, Domus Deo dicatas invaserunt et sanguine innoxio foedarunt spoliaruntque, pares sibi conditione et statu dehonstari et incarcерari curarunt, bona ecclesiastica cultui Divino devota singulari legum libertate et pace provisa occuparunt et depopulati sunt, impias et sanguinolentas manus Christo Dei intulerunt, et in primis in bonis, monasteriis

et ecclesis modo praemisso per vim et ruinam occupatis (?) suetas exercitent violentias, vitaeque protestantis R.di Episcopi, amicorum et familiarium eius palam et occulte (quo eis a iure ulciscen. tam enormi crimen detinerent) diffidant penasque legum, tam vetustarum, quam recenter conditarum promeruerunt (?). Quapropter in primis Admodum R.dus Athanasius Krupecki Episcopus, cum suo Capitulo, ratione Iurisdictionis Episcopalis supra monasteria et ecclesias Romanae aggregatas extorsae bonorumque ad ea spectantium sibi, uti legitimo et directo Domino, per violentiam ademptorum et occupatorum, rerum tam ipsius proprietarum quam ecclesias et monasteria concernentium vi receptarum, damnorum ultra modum illatorum praemissorumque omnium et singularum; postea vero Religiosus Josephus, Prior, et G.nosi Nicolaus et Janusius Krupecki ratione violentiae sui et aliorum secum tunc in Monasterio S. Salvatoris existentium invasionis, trucidationis, convulnerationis, depraedationis, carcerationis, securitatis et pacis publicae et ecclesiasticae legumque et constitutionum Regni praemissa patrare (f. 442v) severe prohibentium, violationis contra suprascriptum Semionem Hulewicz Woiutynski, principalem et eius supranominatos comprincipales et complices iterum iterumque protestati sunt, offerentes se ratione praemissorum iuxta iuris exigentiam cum iis acturos. In quorum omnium verificationem iidem protestantes statuerunt coram Officio praesenti Ministeriale Regni Generalem providum Lenko Brylinski de Wilce, et Janusium Zabockowski (?) ...cum nobilibus Joanne Dwernicki et Bartholomeo Losnowski. Qui principales coram Officio et Actis praesentibus stantes publice recognoscunt (?): Quia illi in Monasterio S. Salvatoris eo invasionis, oppugnationis et expugnationis illo tempore, Brylinski quidem cum R.do Episcopo, Zabockowski (?) vero cum G.nosis Stephano Jaminski Camerario Provinciali Terrae Sanocen. praesens pel... aderant ibidemque sibi existentibus ratione praemissorum omnium, seu et non ali... praedictum principalem et complices in conspectu sui... et nobilium patratorum in recenti ex parte praedicti R.di Episcopi protestantis, eiusque amicorum et familiarium obductum et protestatum est; et quia praedictum olim honestum Nicolaum Stebelski, famulum et musicum R.di protestantis Episcopi ictibus globorum plumbeorum ex bombardis emissorum, tam vulneribus ex sibetionibus laetalibus in diversa eius corporis membra molestatum instanter occisum, protestantem G.nosum Janusium Krupecki lanciatum, R.dum Gregorium Bandrowski, Capitul. ecclesiae Praemisiensis, qui hactenus per principalem detinetur, fustibus et tergis securum gravissime concussum; Honestum Ignatium Strasiowski, famulum protestantis G.nosi Nicolai Krupecki, qui etiam hactenus a Principali carceratur, a posteriori corporis parte infra locum

cinguli retrii (?) globi plumbei ex bombarda traiectum, qui globus in osibus haesit; Honestum Hiacinthum Iurow, Ephebum, eiusdem R.di protestantis cubiculi ministrum, convulnerationem; praedicti autem olim Nicolai Stebelski cadaveris denudationem tunc demum et aliis quibusvis Christian. hominum decentibus funebrariis ceremoniis extra cemeterium in rubero (ne officio huic praesentetur pe...) funerem; parietes liminaque ecclesiae et monasterii cemiterium sanguine abunde conspersa (f. 443) et madita, septa et robora septorum inoppugnatorum succissa, omnia vero aedificiorum usui necessaria impessum redacta et funditus depropalatum concussa et creberioribus cavilationibus confurata viderunt et debite, ut par erat, conspexerunt. In carceribus vero, arcta sub custodia, a praedictis principali, comprincipalibus et complicibus detentos R.dos et G.nosos protestantes (excepto R.do Michaele, qui rebus suis spoliatus) ulteriore fuga evasit violentiam; nec non G.nosum Stephanum Jaminski Camerarium Granicalem Terrae Sanocen. et Theophilam de Grochowce, coniuges, atque Nobilem Magdalenum Siapranska, eiusdem G.nosi Jaminski pedisquam et G.nosos ac Nobiles Joannem Zawadski, Petrum Petrowski (?), Sebastianum Wroblewski (?), Andream Pakoszewski, Nicolaum Czerkaski, Adamum Bedzinski, Joannem Piotrowski, Theodorum Makarowski, Joannem Swiatkowski, praedictum R.dum Bandrowski, Ignatium Straszowski et Hiacinthum Iurow, Ephebum, Andream Haydonem, R.dum Joan. Makowecki, eius loci Praesbiterum, Janwij Hungarum, Stephanum et Joan. Aurigas, Joan. Kopec, Cocum, Petrum Paszewski feritos, compedibus vinctos viderunt, praevenerunt, arrestaverunt et de aresto Principali et pluribus Comprincipalibus indixerunt; de quo praesens relatio. Praeterea et idem Ministerialis Regni Generalis providus Lenko Brylinski de Wilecz protestatusque est contra praedictum Principalem, Comprincipalem et complices ideo: Quia illi, nullo officii sui notariatus habito respectu nec paenas contra securitatem in violatores legibus Regni sancitas metuens, etiam protestantem Muler. munus officii sui in praemissio relatum exercentem vi et violenter complem. eum in carceres conicerunt, in iisdem privata authoritate detinuerunt et usque cum R.do Episcopo protestante dimiserunt per quod paenas (?) legum Regni eam in rem statutas succubuerunt offenso iure acturum. Eorum vero quae in praedicta oppugnatione violenta spoliata et direpta sunt ea est series...

(f. 443v) *Hic, post longum rerum Cathalogum, subinsertum:*

Pedum Episcopale vulgo Pastorale magnum argenteum deauratum, duarum et mediae volnarium altitudinis ad altare S. Salvatoris ipse Dominus Hulewicz ex manibus R.mi Patris Episcopi eripuit. Ipsius autem

Cooperatores sclopeta contra illum dirigeabant, sed Deo sic volente exonerare non poterant. Quem R.ssum Episcopum illa vi oppresum et captum carceri manciparunt. Sacristiam S. Salvatoris, cum Biblioteca ibidem inclusa cum libris Graecis, Latinis, Slavonicis et Polonicis per vim effregerunt et dirripuerunt, simulque diversa acta et munimenta, privilegia, et fundationes, litteras, contractus cum diversis personis, Decreta et transactiones antiquissimas. Occuparunt Monasterium muratum S. Onophrij et Monasterium Smolnen., a fundamento noviter erectum, cum omnibus ornamentis receperunt. Ecclesias Unitorum cum illarum paroeciis et Presbyteris violenter sibi subiecerunt, et in particulari ecclesiam Resurrectionis Dominicae in Villa Nanczulka; ecclesiam Sancti Joannis Baptiste ad villam Laurow sitam; ecclesiam Beatissimae Virginis in villa Buszowce; ecclesiam Sanctae Crucis in villa Straszovice. Quas omnes ecclesias, cum suis paroecijs et Praesbiteris, iurisdictioni Episcopali exemerunt et suae illorum sectae subiecerunt. Per quae omnia Ecclesiam Dei et Episcopatum Premisiensem, et clerum damnificarunt, atque damna intulerunt valoris centum quinquaginta millium florenorum. Index vero rerum quae per Dominum Hulewicz Woiutynski, et illius cooperatores, dum Monasterium S. Salvatoris occuparunt, sunt acceptae, talis est, ut sequitur...

Et in continentि coram eodem officio actisque praesentibus personaliter stantes Generosus Janusius Krupecki comonstravit officio praesenti vulnera infrascripta, videlicet: in vertice capitis sectum cruentum enorme, item in spina dorsi fixum cruentum enorme. Atque Honestus Hyacintus Jurow effectibus commonstravit vulnus in capite dextrae partis, rectum cruentum (Qua vulnera officium praesens vidiit et debite conspexit, eaque pro talibus suscepit), protestando sibi, eadem vulnera per suprascriptum principalem et comprincipales, eius complices, tempore superius descripto, circa invasionem praedicti Monasterij Sancti Salvatoris, per vim et violentiam, illata et inficta.

Petrus Suatopelk Bolestra Bycki,
Pocillator, et vice Capitaneus Premisiensis

146.

Vilna, 17. IX. 1636.

Nuntius Filonardus Card. Ant. Barberino, de desiderio Vladislai IV, Regis, procurandi universalem Unionem Ruthenorum.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 338, fol. 188rv (*duplic.*).
MUH, vol. II, pag. 224-228, nr. 144.

Em.mo e Rev.mo Signor mio Padrone Colendissimo.

Da che giunsi in questa corte cominciai ad incaminar i miei officii per proveder a' pregiuditii gravi ch'i Rutheni uniti ricevevano da scismatici, in vigor delle concessioni date loro nelle Diete passate, e ch'eseguivano con diligenz' e disordine, et havendone ottenuto la supersessione scritta con lettere de 16 d'Agosto, Sua Maestà mi comunicò in doi audiende il pensiero havuto altre volte, e che haveva di procurar l'Unione universale di detti scismatici affine di ridurre così gran numero d'anime alla strada della loro salute e porre da questa parte in riposo le sue provincie, quali vengono per detta dissentione di religione gravemente vessate; nel che Sua Maestà si diffuse con mostrarvi così pronta dispositione, ch'a me non restò altro loco che di commendar' il suo zelo e di pregarla per l'effettuatione; onde nell'ultima audienza datami avanti di partir di quâ, mi soggiunse che nella prossima Dieta si sarebbono concertati i modi per la detta Unione, e convenendosi in qualche bona resolutione se ne saria data parte a Nostro Signore, e perciò all'avanzo haveva con lettera uniforme scritto a Signori ecclesiastici e secolari di trattar e trovar il modo di far una perfetta e generale Unione, come nella copia che ho procurato d'haver e mando qui inclusa. Intanto il signor Palatino di Volinia,¹⁵⁸ col Signor tesoriere generale di Lithuania, ch'è Rutheno unito, e promovono questo negotio col Metropolita di Russia et altri Signori che me n'hanno parlato, ho hora interposto i miei officii, e rinnovarò efficacemente alla Dieta con essi et altri, che sarà bisogno, e principalmente con Sua Maestà, non v'essendo diligenza che non sia meritata dall'importanza del negotio, nel qual seguendo l'Unione con superar le difficoltà, che s'incontraranno, e si prevedono gravissime, non si può per hora di quâ far cosa di maggior servitio del Signor Iddio e della religione; e non seguendo, s'acquistarà almeno che Sua Maestà si renderà avversa a' scismatici, per non esser condescesi all'effettuatione di negotio proposto, e del quale n'è Sua Maestà capo et autore.

La Sacra Congregatione de Propaganda fide con lettere di 12 di lu-

¹⁵⁸ Adamus Alexander Sanguszko, Palatinus Volhiniae (1630-1656). Agitur de conamine Unionis Universalis Regis Vladislai IV et ducis A. Sanguszko (an. 1636-1639), quod tamen non fuit ad finem deductum, etiam hac vice ob difficultates canonicas Syndic communis; cfr. Brevia Pontificia ad Regem Vladislaus et ducem Sanguszko in *Documenta Pontificum*, vol. I, pag. 510-512, nr. 449, 450; item, *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 42, nr. 223; pag. 146, nnr. 233, 234, 236 etc.; *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 156 etc. nnr. 272, 285, 286, 287, 289, 295, etc.; *Congregationes Particulares*, vol. I, nnr. 25, 26, 28 etc.; cfr. *Epistolae Metropolitarum Kiovienium Catholicorum: Raphaelis Korsak...*, Romae 1956, nnr. 51, 64, 65, 67.

glio mi mand'un'istruttione sopra (...) ordine di non parlarne sin'all'arrivo del Padre Giovanni Damasceno (...) e protesta, pubblicandosi d'effusione di sangue, (f. 188v) però qui ne è seguito ne se ne prevede inditio, e 'l trattato è publico, essendone da Sua Maestà sola scritto più di cento lettere pubbliche, oltr'i trattati havutisi, e che se n'hanno in voce et avanti l'arrivo di detto spaccio, oltre molt'altri Sua Maestà stessa me n'haveva già parlato due volte. Con tutto ciò io aspetto quel Padre, e tratanto non perderò l'occasione, che mi si presenteranno di promover così bon negotio, qual'è in stato diverso dal supposto di detto Padre. Ond'alla Dieta si vedrà quel che ne seguirà, e secondo lo stato in che si troverà all' hora si concerterà la forma di Brevi, che si potranno scriver qui, o altro, che converrà di fare.

Io parto hoggi per Varsavia; la settimana passata scrissi una lettera in piano per la via ordinaria; questa con doi cifre si manda a Grodna, ove per la partita di Sua Maestà è transferita la spedizione del Cosacco, che porta i dispacci a Varsavia, residenza del maestro delle poste. Et a Vostra Eminenza faccio humilissima riverenza.

Vilna, 17 di Settembre 1636.

147.

Roma, 28. XII. 1636.

Franciscus Ingoli R.mo Cvae: de negotio Ruthenorum unitorum; de scholis in episcopatu Kiovensi haereticis non committendis; de negotio Carolinae cum Card. Pázmány tractato.

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 2135, fol. 65-66 (*copia*).

Illustrissimo e Reverendissimo mio Signor Osservandissimo.

Rimando a Vostra Signoria Ill.ma la nota, che mi diede hieri del vescovo di Chiovia,¹⁵⁹ intorno la quale mi occorre di significarle ch'allí 20 del corrente si tenne una congregazione particolare innanzi il Signor Cardinale San Sisto in materia di Rutheni, et anche del negotio che propone il sudetto vescovo in materia delle scole, che pensano aprir in Chiovia li calvinisti e li scismatici, et a quei Signori Cardinali parve, ch'alla lettera che si scriveva al Nuntio di Polonia con un'instruttione in materia de' Rutheni, si aggiongesse un ordine generale al Nuntio sudetto,

¹⁵⁹ Forsan agitur iam de novo episcopo Kiovensi Latinorum, Alexandro Sokołowski (1636-1645), translato praedecessore, Andrea Szoldrski, ad sedem Premisliensem.

che se li scismatici et altri heretici nella futura Dieta faranno motivo alcuno in pregiuditio della religione cattolica, e massimamente nel demandar licenza d'edificar tempii et aprir scole, si opponga e faccia col Re e colli prelati ecclesiastici et altri senatori layci (f. 65v) cattolici officio, che non si facino detto pregiuditio, o pregiuditii, et in particolare non si diano le dette licenze; e questo dissero bastare, e che il vescovo di Chiovia in questo modo non correrà rischio d'incontrar disgusti, ne disturbi. E la lettera si mandò il medesimo giorno de' 20, perchè giungesse a tempo della Dieta.

Circa poi il negotio della Carolina, saprà Vostra Signoria Ill.ma che del 1630 fù terminato con conditioni molt'avvantagiosi per li Padri Giesuiti, et essendosi da Mons. Paulutio portate le resolutioni al Padre Generale, per quello si vidde del 1632 li Padri Giesuiti di Germania non l'accettorono; perchè essendo venuto il Signor Cardinale Pazman alla corte, Sua Eminenza per parte dell'Imperatore fece istanza, che si terminasse questo negotio della Carolina. Si radunò perciò la congregazione deputata, e si terminò di nuovo il medesimo negotio con più vantaggio della Sede Apostolica, perch'essendo morto il Cardinal Mellino che grandemente aiutava li Padri, e contendandosi il Cardinal Pazman, che le letture fossero libere, si diede a Sua Eminenza il decreto della Sacra Congregazione con un'instruzione, acciò apportando le ragioni della Sede Apostolica e della Chiesa di Praga all'Imperatore, procurasse di far, che Sua Maestà facesse contentar li Padri Giesuiti; ma a questo non s'è mai dal Signor Cardinale Pazman havuta risposta. Hora facendo l'Imperatore istanza, che si termini questo negotio, et insieme colla Maestà Sua il Re d'Ungaria, mi par che si possa rispondere al Nuntio, che dica alle dette Maestà, (f. 66) che sin dell'anno 1632 si diedero al Signor Cardinal Pazman le resolutioni, e che mai s'è havuta risposta dall'Imperatore ne da Padri, ne dal medesimo Cardinale, e che perciò la longhezza non vien da noi; overo se parerà a Sua Santità, si potrà di nuovo tener la congregazione deputata, per dar detta o altra risposta al Nuntio; con che per fine a Vostra Signoria Illustrissima bacio humilmente le mani.

Di casa, li 28 Dicembre 1636.

Di Vostra Signoria Illustrissima e Reverendissima humilissimo e devotissimo servitore

Francesco.

(*in margine infra*) Monsignor Ceva.

148.

XI. 1637.

*Variae petitiones Metropolitae Korsak.*APF, *Scr. rif. n. Congr. gen. (Memoriali 1637)*, vol. 397, fol. 262rv.

Memoriale de iis, quae ab Ill.mo Metropolita Russiae exposcuntur.

1. Petit dispensationem pro bigamis sacerdotibus ad hoc solum tempus inclusive, idque ut a schismate avocentur. (*nota*) De prima adest memoriale.

2. Ut libere alumni Vilnenses et Brunsbergenses Religionem ad iuvandas animas ingredi possint, pro quo dispensatio necessaria. (*nota*) De secunda adest memoriale.

3. Postulat extractum Brevis illius quod sibi datum fuerat dum adhuc esset episcopus Haliciensis pro pensione 600 florenorum ab episcopo Vlodomiriensi solvendorum.¹⁶⁰ Breve enim illud tempore mortis felicis recordationis Metropolitae per summam iniuriam ablatum est. (*nota*) Il Signor Giovanni Domenico procurerà il dupplicato.

4. Monitorium ad eundem episcopum Vlodomiriensem, ut et reddat quod hactenus retinuit (nihil etenim hucusque dedit) et in posterum quotannis pendat. (*nota*) Si può scriver al Nuntio che faccia la causa.

5. Breve apostolicum pro assistentia, quod missum sibi scribitur, nec quidem vidit, imo nec audivit ubinam quaerere posset. Quare petit ut vel ab illo, ad quem directum repetatur, vel si periit aliud de novo fiat. (*nota*) Il Signor Giovanni Domenico lo solleciterà.

6. Videndum est, an sit in privilegio felicis recordationis Clementis VIII expresse, ut Metropolita novus ad visitanda limina apostolica venire debeat in persona. Si sic, quid faciendum, paupertate maxima iter prohibente, Ill.ma Dominatio Vestra consulere dignetur. Binas literas obedientiales acceperat Ill.ma Dominatio Vestra et sibi tantum iter parum necessarium fore videbatur, maxime quod et Sanctissimo notus, et paulo ante duobus annis steterit in persona quanquam non ut Metropolita; fuit tamen coadiutor cum successione.

De bonis Chioviensibus a schismaticis ablatis nulla spes. Ex aliis unicum solum praediolum in Lithuania restat, unde vivere possit, et hoc satis vile.

(f. 262v) Nos memorialia ad SS.mum facimus de dispensatione pro

¹⁶⁰ De hoc Brevi non datur nobis notitia. Ulterius quaerendum manet.

bigamis sacerdotibus, et pro licentia pro alumnis pontificiis Vilnensibus et Brunsbergensibus, ut libere religionem ingredi possint, obtainenda. Bene fecerimus vel non, et an ad S. Congregationem id dirigere debuerimus, Ill.ma Dominatio Vestra videbit.

149.

(7. VI. 1638.)

Petitio Metr. Korsak, ut possit convocare Synodus unitorum cum non unitis, Card. Barberino porrecta.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 338, fol. 290.

Em.mo e R.mo Signore

Si supplica humilmente Vostra Eminenza ad intercedere dalla Santità di Nostro Signore che conceda facoltà al Metropolita di Russia unito greco cattolico di convocar nel fine del prossimo mese di Settembre un Sinodo de suoi Uniti in Varsovia, dove con l'autorità regia si faranno convocare anco li capi de gli Greci scismatici: il tutto a fine di procurar di ridurli all'Unione, et alla debita obbedienza verso la Santità Sua. Che il tutto ecc.

(f. 293v) All'Em.mo e R.mo Sig. il Signor Card. Barberino per il Metropolita di Russia unito greco cattolico.

Raccomandato dalla Maestà del Re di Polonia e Svetia.

In Congr. particolari, die 7 Junii 1638.

150.

Mense iunio 1638.

Sententia cuiusdam consiliarii S. Congr de Prop. Fide super synodo Ruthenorum cum non unitis celebranda.

BIBL. VALLICELIANA, *Codex 34*, fol. 156-159 (*copia*).

MUH, vol. II, pag. 241-246, nr. 161:

Postulatum Serenissimi Regis Poloniae, ut Sanctissimus det facultatem celebrandi conventum inter Ruthenos unitos cum sancta Romana Ecclesia et Schismaticos.

Si bene intelligatur postulatio absque ullo inconvenienti, immo cum magna utilitate publica, ne dicam necessitate, concedi potest.

Non enim postulatur, nec postulari debet a Summo Pontifice facultas convocandi schismaticos episcopos ad Synodum, in qua ipsi etiam tan-

quam episcopi sedeant et suffragium ferant in causis fidei vel aliis quibuscunque; hoc quippe Pontifex merito negabit, cum episcopis schismatis et excommunicatis nullum ius competitat iudicandi in Synodo aut suffragandi, cum praecisi sint ab Ecclesia. Immo nec petitur nunc facultas faciendi Synodum nationalem ex episcopis catholicis, quod licet peteretur concedi posset, ut dicemus. Sed solum facultas faciendi conventum ex episcopis catholicis, et ut praedicti episcopi hac occasione propter publicam necessitatem abesse possint aliquandiu a suis ecclesiis, et ut convocare seu invitare possint schismaticos, ut Rege ad hoc eos, si opus fuerit, compellente, veniant ad dictum conventum, proposituri coram rationes sui schismatis, ut hoc pacto possint sui erroris convinci et ad unionem cum Romano Pontifice promoveri, prout de maiori eorum parte speratur, qui fructus sine conventu obtineri non potest. Non est itaque conventus ille ad decernendum de rebus fidei, vel de iis quae iam a SS.mis Conciliis stabilita sunt, sed ad audiendos schismaticos, eosque convincendos et alliciendos, redditia Romanae fidei ratione. Quod nullo iure naturali vel humano prohibitum est, sed perpetuo Ecclesiae usu observantum.

Quoad 1. Manifeste constat ex Concilio Constantiensi, in quo cum haereticis salvo ducto convocarunt et invitarunt Haereticos Germanos, ut ad Synodum venirent et in ea libere conferrent, proponerent, tractarent, disputarent, examinarent, discuterent, probarent, responderent, (f. 156v) et alia facerent, ut constat ex salvo ducto, qui habetur ante sessionem 14 et ex alio ante sessionem 16. Quod autem Patres utile tunc iudicarunt ad reducendos haereticos Germanos, hoc idem utile et necessarium nunc est ad schismaticos Ruthenos reducendos. Et hoc solum est quod petitur et intenditur in hoc casu.

2. Hoc ipsum constat ex communi doctrina theologorum cum sancto Thoma, 2a 2ae, q. 10, a. 7, qui omnes pro certo supponunt disputationem publicam cum haereticis licitam, utilem et necessariam saepe esse, dum tamen conditions requisitae interveniant, idque usus Sanctorum Patrum manifeste comprobat, ut constat ex Augustino, lib. de unico Baptismo, initio tomii 7, ubi respondet querellae Donatistarum, qui dicebant non licere hanc publicam disputationem, ad quod sanctus Augustinus sic respondet: *Prima illuc invidia est quod ventilatur in publico res secreta. Taceant ergo qui hoc fieri debere non putant, aut si ad loquendum cogi se dicunt, ut respondeant contra sentientibus. Haec etiam nostra causa est ut respondeamus, debet enim palam redargui qui in occulto nocet.* Haec Augustinus, qui eodem tomo 7 mentionem facit disputationis publicae initiae inter catholicos et Donatistas, iussu Constantini imperatoris, et aliarum collationum publicarum, de quibus videri potest in Breviculo



STEMMA ANTONII SIELAVA, AEP. POLOCEN.,
ET METROP. KIOVIENSIS (1624-1655)

et in concionibus super gestis cum Emerito, post initium, et in libro de gestis cum eodem Emerito et alibi. Unde epistolam 48 concludit: *Cum haereticis verbis esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum.* Et S. Bernardus, Serm. 64 in Cantica: *Capiantur haeretici non tam armis quam argumentis.* De quo videri potest Valentia, 2a 2ae, disp. 1, q. 10, punct. 4, et Soaresius, disp. 20 de Fide, sect. 1, quibus consentiunt caeteri omnes.

3. Probatur, quia in hoc casu concurrunt conditiones omnes quas theologi cum s. Thoma requirunt, ut collatio et disputatio cum haereticis utilis et licita sit: 1-a est ex parte disputantis; 2-a ex parte illius cum quo disputantur; 3-a ex parte auditorum.

Ergo ex parte disputantis est, quod non disputet quasi de dogmate dubitans (f. 157) vel illud revocans in dubium, et quod doctrinam habet sufficientem ad illud munus, ne fides ex defectu disputantis periclitetur. De iure autem canonico requiritur, quod non sit laicus, sed clericus, ex Cap. 2 *Inhibemus*, de Haereticis lib. 6. Quae omnia in hoc casu reperiuntur, cum debeant ad hoc convenire episcopi catholici et alii ecclesiastici doctissimi in controversiis, et qui parati sunt pro unione cum S. Romana Ecclesia sanguinem fundere, eamque unionem totis viribus procurant. Sunt etiam non solum clerci, sed et episcopi, ad quos ex munere suo spectat haec disputatio, iuxta illud Pauli 2 ad Thimot. 1: *Episcopum debere esse amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut possit eos qui contradicunt arguere.*

Ex parte vero eorum, cum quibus disputatur, exigi solet quod sit spes illos reducendi, alioquin vana et inutilis est disputatio. Admonet autem Chrisostomus, Hom. 6 in illa verba Pauli ad Titum 3: *Haereticum hominem post unam et secundam correctionem devita*, non esse facile desperandum, sed patienter sperandum et tentandum. Alii addunt, licet reductio haeretici non speretur, utilem esse disputationem, si haeretici timidiores fiunt, et catholici magis in fide confirmantur. Nam, ut dixit Bernardus, loco citato: *Etsi haereticus non surgat ex fece, tamen Ecclesia confirmatur in fide.* Et haec omnia in casu praesenti reperiuntur, quia et de magna parte schismaticorum speratur hoc pacto reductio certa, et certissimum est quod sequetur eorum confusio et confirmatio catholicorum, praesertim cum schismatici ignari sint omnino et imperiti, et clarissime convinci possint de falsificatis Patrum libris ex originalibus antiquioribus, quae apud ipsos habentur, et propter alias rationes.

Denique, ex parte auditorum, coram quibus disputatur, requiri solet ne illis nocumentum afferat, ut fortasse ea occasione dubitent de rebus fidei, de quibus antea non dubitabant. (f. 157v) Hoc autem peri-

culum nunc non timetur, cum disputatio non sit coram populo facienda, sed coram Patribus et viris doctis, et populus sit ipse magis confirmandus ex confusione schismaticorum et eorum ignorantia detecta. Quare non minus utilis speratur haec disputatio futura, quam quae ob eundem finem suscepta fuit ab Augustino et a S. Petro Martyre, et aliis Sanctis, qui hoc modo fidem christianam promoverunt.

Opponi potest 1. Gelasius Papa, relatus in cap. *Cum quibus*, 36, q. 3, dicens: *Nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienae*. Hoc tamen bene explicat Glossa, ibi verbo *Certamen*, his verbis: *Ad hoc potest disputari cum eis ut convincantur, non ut in dubium revocent fidem nostram, ut Extrav. de haereticis*, cap. 1.

Et theologi communiter id intelligunt de disputatione contentiosa et inutili, non de utili ad correptionem. De quo videri potest Petrus Hurtado, Disp. 24 de Fide, sect. 2.

2. Opponitur ex lege *Nemo*, Cod. de Summa Trinitate, ubi omnibus prohibetur de rebus in Conciliis definitis disputare. Ad hanc tamen legem respondet S. Thomas, dicto art. 7, ad 2um, et alii theologi cum eo, loqui de disputatione orta ex dubitatione, et qua in dubium revocantur semel definita, non quae tendit ad ea confirmanda et suadenda. Videatur Soaresius, ubi supra, num. 4.

3. Opponitur, quia Synodus nationalis vel alias conventus non potest iterum se ingerere in ea quae a Synodo generali stabilita sunt, quales sunt controversiae Graecorum cum Latinis. Sed iam diximus conventum hunc non indici ad decernendum de his punctis fidei, sed ad audiendos schismaticos, eosque coram convincendos. In quo nullam sibi autoritatem arrogant catholici, sed executioni mandant, quae a generalibus Conciliis statuta sunt, ne si errantes non corrigant et audiendo convincant, arguantur a S. Leone, qui, ep. 93, cap. 13, dixit: *Qui alium (f. 158) ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat*. Et a S. Ambrosio, qui lib. 1 Officiorum, cap. 3, dixit: *Sicut pro otioso verbo, ita pro otioso silentio ratio est reddenda*. Quibus consonat Gregorius, 2a parte Pastoralis, cap. 4.

Ex dictis itaque infertur, posse Summum Pontificem, si velit, facultatem etiam catholicis episcopis concedere Synodum nationalem celebrandi, ad quam Regis autoritate cogantur non catholici, sed schismatici, accedere, non ut iudices et cum suffragio, sed reddituri rationem et pastores catholicos eorumque argumenta audituri. Posset autem Pontifex cavere, ne ulla decreta huius Synodi autoritatem et robur habeant antequam a Sede Apostolica videantur et approbentur. Posset denique idem Pontifex, Synodo non concessa, permittere conventum ad praedictum finem disputandi cum schismaticis eosque reducendi, concessa

licentia absentiae a propriis ecclesiis per aliquot menses ad hoc necessarios. Et insuper, ad maiorem securitatem praecipere ne pacta aut conventiones ullae cum schismaticis ibi factae ullius sint valoris aut roboris, donec a Sede Apostolica examinentur aut approbentur. Hoc enim modo praecaventur omnia pericula, consultur necessitati spirituali illius regni, et satisfit piae postulationi Ser.mi Regis.

Ultra rationes ex sacris canonibus deductas, considerare debet Sacra Congregatio politicas.

Quarum prima est, quod Ser.mus Poloniae Rex unice promoveat hoc negotium et promoturus est, idem facit et faciet Respublica Regni Poloniae; nam ex iis, quae plures observata sunt, non expedit Poloniae Regibus neque Reipublicae, ut Rutheni schismatici sint sub patriarcha Constantinopolitano, nam illi omnia Regni arcana patriarchae significant, et patriarcha, ut Turcas reddat sibi benevolos, (f. 158v) illa eis aperit, et successu temporis posset occurrere ut Turcae etiam Poloniae Regnum invadant, et, quod Deus avertat, capiant, cum insigni damno totius christianitatis, cuius antemurale est regnum Poloniae. Quando autem principes supremi urgent, non est dubium quod populi faciant quod princeps vult.

Exemplum Arianae haeresis habemus, quod favore imperatorum et principum grassata est fere per totam Ecclesiam catholicam, ita ut una vice 14 episcopi catholici numerarentur, et notum est dictum S. Hieronimi de conciliabulo Ariminensi.

Secunda est, qui(a) Ser.mus, si fiat Unio, Metropolitae locum senatorium in Respublica promittit, quod valde utile esset Ruthenis, locus enim ille esset vinculum perpetuae Unionis, ne ea dissoluta illum amittant Rutheni.

Tertia est, si SS.mus D.nus Noster det, si non titulum patriarchalem Metropolitae Russiae, quod Ser.mus cupit, saltem titulum primatiae, non erit dubium de felici successu Unionis. Nec erit indecens huiusmodi titulus: nam sub Metropolita Russiae sunt vastissimae regiones et populatissimae, quae si comparetur primatiis Galliae aut Hispaniae, exigui admodum eorum districtus erunt in comparatione Russiae. Ultra quod Metropolita Russiae sub se habet plures episcopos et archiepiscopos, et quia vastissimae sunt eorum dioeceses, ut difficile possint gubernari, poterunt multiplicari episcopatus et episcopi ex Unitis, qui plurimum ad conservandam Unionem poterunt inservire.

Quarta denique est, quia si uniatur tota Russia cum Sede Apostolica, facile poterit reduci ad unionem magnus ducatus Moschoviae, in quo sunt milliones animarum infectae simplici schismate Graecorum, nam eadem lingua (f. 159) utuntur in divinis Moschovitae cum Ruthenis,

et vernacula lingua qua passim utuntur ambae nationes, non habe differentiam nisi in dialectis seu pronuntiatione vocabulorum, sicut in italica lingua contingit, ratione diversarum habitationum, vel ad summum in italica, gallica et hispanica, ratione vocabulorum diversimode formatorum vel prolatorum.

(f. 159v) R.mo Patri Horatio Iustiniano.

151.

Kirzytelegh, 12. IV. 1638.

Litterae nominationis Episcopi Mukacoviensis alicuius protopresbyteri, cum assignatione competentiae et commendatione apud clerum.

ARCHIV. EP.PORUM UZHORODENSIS (orig.).

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 60, pag. 72.

Basilius Tarasowicz Dei clem.ma benignitate Munkacziensis, Mararmensis nec non totius Hung. orthodoxae cathol. Ecclesiae r.gr. Ep.pus universis et singulis Ill.mis, Rev.mis, Illustribus, admodum Rev.dis, Magnificis, Generosis, Egregiis Nobilibus, Comitibus, Vicecomitibus, Capitaneis, Vicecapitaneis, Ispanis, Iudicibus, Praefectis, Consulibus visuris, lecturis ac legi audituris salutem aeternamque felicitatem et quorum interest officiorum nostrorum semper paratam commendationem.

Quandoquidem a nemine in dubium vocari posse arbitramur, ordinem esse animam rerum, sine quo omnis series dispositi universi collabi, corrui et in nihilum redigi deberet, nos quoque in districtu post Tibiscano, ut vivida, vivifica in sancta Dei Ecclesia virtus vigeat, pietas ardeat, religio floreat, neque ullum lapsum inclinationemve patiatur, sed omnia decenter et ordine juxta mandatum divi apostoli fiant, eandem dispositionem coordinationis haberi voluimus. Idcirco gratia et potestate a Spiritu S. nobis data et authoritate S. Catholicae Ecclesiae boni ordinis ergo inter pastores Graecanicae Ecclesiae ritus tenentes conservandi, ad maiorem Dei ter Opt. Max. gloriam et ad emolumentum Ecclesiae S. Radivoja Marinicz, presbyterum Vdorozensem in protopopatum seu gradum officialis, ut decenter et ordine parochiam nostram suae inspectioni commissam in universo districtu post Tibiscano disponat et ordinet, benediximus et juxta S. Literarum cardinem et apostolorum oecumenicarumque Synodorum canones, nec non secundum potestatem sibi a nobis datam accusatos criminis judicet, refractarios puniat, mandatis Dei contrarios admoneat, constituimus et praeposuimus. Cui officiali adjutorem adjecimus Paulum Paszewski, presbyterum. Cujus officio Vestras Ill.mas, Magnif.

ac g. D.nationes fautores et patronos et defensores, ne malum aliquid imminere videatur, rogatas esse volumus, neque dubitamus nec spe dicidimus, omnia bona bono et pio animo Vestras D.nationes et Ecclesiae Dei et nostro officiali praestituros et privilegia nostra a supereminenti Caes. Mat.te nec non a Regibus pientissimis Hung. antiquitus data, libertates antiquas et libera exercitia religionis benignissime approbata, confirmata et nobis donata veneraturos et honoraturos. Facturi Christo salvatori rem gratam et nobis acceptabilem officiisque nostris recompensandam et tum felicitate vitali, tum aeterna beatitudine in coelis a Deo confirmandam et immarcescibili corona condecorandam. Interim gratae gratiae et cristiano favori libertatem nemini deneganti benignissimorum meorum patronorum nos committimus et commendamus.

Datum in synodo nostra spirituali Kiraytelegh, die 12 Apr. secundum vetus cal., a.s. nostrae 1638.

Basilius Tarassowicz, Munkacziensis, Maramorisensis nec non totius Hung. orthodoxae catholicae Ecclesiae ritus Graeci ep.pus.

152.

Kiovia, 27. X. 1638.

Petrus Mohila, Metr. Kiovensis non unitus, Cyrillo Kontaris, patriarchae Constantinopolitano: Laudes praedecessoris eius Cyrilli Lucaris praedicat et reverentiam novo patriarchae exhibit; petit, ut excommunicatio adversus Moysem Mohilam, germanum suum, a patriarcha Lucaris lata, irrita declaretur; de Confraternitate Stauropygiali Leopoliensi et de episcopo Isaia Kopynskyj, a patr. Lucaris deposito, conqueritur, necnon editiones liturgicas Leopolienses reprobatur.

APF, *Scr. rif. n. Congr. gen.*, vol. 61, fol. 91rv (orig.).

MUH, vol. II, pag. 248-251, nr. 164.

Sanctissime Beatissimeque Pater.

Debitae erga tuam Sanctissimam Sedem Apostolicam obedientiae officio nostra mediocritas admonita ad deosculandam Tuae Sanctitatis manum contendit, quippe non ignoramus divinissimam apostolicae Constantinopolitanae Sedis Maiestatem eiusmodi habere divini et humani iuris fulgorem, ut caeteris apostolicis sedibus medii planetae ad instar sua speciali quadam vi ac virtute praestet. Reliquarum namque apostolicarum sedium antistites ac patriarchae sunt equidem Salvatoris nostri vivae et animatae effigies, sunt exemplaria integerrima, sunt denique sui proprii gregis non mercenarii, sed boni pastores et sui archipastoris vicaria quaedam in terris numina, verum sacrosancta apostolica sedes

Constantinopoleos uberiori quodam Divini Pneumatis afflatu super alias elevata est sedes, ut veluti sol sua sydera, ita haec patriarcharum collustrat tyaras ac inter vertices Ecclesiae militantis eminet. Sedes enim haec talem ac tantam Synodorum suffragiis praerogativam obtinuit, ut iis divinae leges suffragantes, controversias fidei, non modo in gremio sui patriarchatus, sed in aliis quoque sedibus exortas huic dirimere concesserint. Hinc omni modo intra sui apostolici dominii districtus ac limites omnium Ecclesiarum regimen habere, verum omnium quoque metropolium et episcopatum, monasteriorum et ecclesiarum, Stauropegiorum seu Crucium fixionum, omniumque rerum ad animae salutem pertinentium huic Sanctae Sedi ius quoddam peculiare debetur.

